24. Σιδόνιοι δὲ πολύτεχνοί τινες παραδέδονται καὶ καλλίτεχνοι, καθάπερ καὶ ὁ ποιητὴς δηλοῖ· πρὸς δὲ καὶ φιλόσοφοι περί τε ἀστρονομίαν καὶ ἀριθμητικήν, ἀπὸ τῆς λογιστικῆς ἀρξάμενοι καὶ τῆς νυκτιπλοίας· ἐμπορικὸν γὰρ καὶ ναυκληρικὸν ἑκάτερον· καθάπερ καὶ τῶν Αἰγυπτίων εὕρεμα γεωμετρίαν φασὶν ἀπὸ τῆς χωρομετρίας, ἣν ὁ Νεῖλος ἀπεργάζεται, συγχέων τοὺς ὅρους κατὰ τὰς ἀναβάσεις. τοῦτο μὲν οὖν παρ' Αἰγυπτίων ἥκειν εἰς τοὺς Ἕλληνας πεπιστεύκασιν, ἀστρονομίαν δὲ καὶ ἀριθμητικὴν παρὰ Φοινίκων· νυνὶ δὲ πάσης καὶ τῆς ἄλλης φιλοσοφίας εὐπορίαν πολὺ πλείστην λαβεῖν ἔστιν ἐκ τούτων τῶν πόλεων· εἰ δὲ δεῖ Ποσειδωνίῳ

cia vocatur, angusta ac maritimis obnoxia æstibus; quæ vero supra hanc est mediterranea regio usque ad Arabes, inter Gazam et Antilibanum, Judæa nominatur.

22. Jam Cœlesyria quæ proprie dicitur peragrata, in Phœniciam transimus. Hujus eam partem quæ ab Orthosia Berytum usque pertendit, jam descripsimus. Post Berytum vero est Sidon ducentis (σ') fere stadiis ab ea distans; in medio est Tamyras flumen et Æsculapii lucus et Leonum urbs. Post Sidonem maxima et antiquissima urbs Phœnicum est Tyrus, æquiparanda Sidoni et magnitudine et celebritate et antiquitate multis fabulis tradita. Poetæ quidem magis Sidonem celebrant (Homerus ne meminit quidem Tyri), sed coloniæ in Africam et Hispaniam usque ad loca extra columnas deductæ Tyrum magis celebrant. Ergo ambæ et nunc et antiquitus claræ illustresque; controversum vero in utraque est, utra earum Phœnicum metropolis dici debeat. Ceterum Sidon ad elegantem continentis portum sita est.

23. Tyrus tota fere insula est, ac simili modo habitata quo Aradus; ad continentem aggere annectitur, quem Alexander, quum obsideret, exstruxit. Portus duos habet, alterum clausum, alterum apertum, quem Ægyptium vocant. Dicunt in ea domos multas habere contignationes, adeo ut vel Romæ urbis domibus altiores sint; ideo etiam parum abfuit aliquando, quin tota urbs terræ motibus deleretur. Cladem etiam accepit ab Alexandro expugnata; has tamen calamitates omnes superavit, et se recollegit, quum navigationibus, qua re Phœnices semper aliis præstitere, tum officinis purpurariis. Tyria enim purpura omnium longe optima esse censetur, ac purpurarum venatio in propinquo fit et cetera cuncta, quæ ad tingendas vestes pertinent, in promptu sunt. Quodsi minus jucunda ob officinarum tinctoriarum multitudinem commorantibus urbs est, attamen divitem reddit ista industria. Porro Tyrii non solum a regibus liberi suique juris esse permissi sunt, sed a Romanis etiam libertate donati sunt, quum parvo sumptu ab iis Tyrii impetrassent ut regum decretum ratum haberent atque confirmarent. Colitur apud eos Hercules majorem in modum. Quantum classe potuerint, argumento evidenti est multitudo et magnitudo coloniarum ab iis deductarum. Dictum est de Tyriis.

24. Sidonii quum multarum tum elegantium artium magistri perhibentur, quod etiam Homerus innuit; ad hæc astronomiæ et arithmeticæ periti, a ratiocinationibus et nocturna navigatione ducto initio; utrumque enim mercatorum est et nauclerorum; simili ratione Ægyptiorum inventum geometriam aiunt ab agrorum dimensione, qua opus est, quum Nilus auctus terminos confundat. Hanc igitur disciplinam ab Ægyptiis ad Græcos propagatam esse pro certo habent, a Phœnicibus vero astronomiam et arithmeticam; nunc vero omnis etiam reliquæ philosophiæ copia maxima ex his civitatibus peti potest. Quodsi Po-

Digitized by Google

πιστεῦσαι, καὶ τὸ περὶ τῶν ἀτόμων δόγμα παλαιόν ἐστιν ἀνδρὸς Σιδονίου Μώχου πρὸ τῶν Τρωικῶν χρόνων γεγονότος. τὰ μὲν οὖν παλαιὰ ἐάσθω· καθ' ἡμᾶς δὲ ἐκ Σιδόνος μὲν ἔνδοξοι φιλόσοφοι γεγόνασι Βοηθός τε, ᾧ συνεφιλοσοφήσαμεν ἡμεῖς τὰ Ἀριστοτέλεια, καὶ Διόδοτος, ἀδελφὸς αὐτοῦ· ἐκ Τύρου δὲ Ἀντίπατρος, καὶ μικρὸν πρὸ ἡμῶν Ἀπολλώνιος ὁ τὸν πίνακα ἐκθεὶς τῶν ἀπὸ Ζήνωνος φιλοσόφων καὶ τῶν βιβλίων. διέχει δὲ τῆς Σιδόνος ἡ Τύρος οὐ πλείους τῶν διακοσίων σταδίων· ἐν δὲ τῷ μεταξὺ πολίχνιον, Ὀρνίθων πόλις λεγομένη· εἶτα πρὸς Τύρῳ ποταμὸς ἐξίησι· μετὰ δὲ τὴν Τύρον ἡ Παλαίτυρος ἐν τριάκοντα σταδίοις.

25. Εἶθ' ἡ Πτολεμαΐς ἐστι μεγάλη πόλις, ἣν Ἄκην ὠνόμαζον πρότερον· ᾗ ἐχρῶντο ὁρμητηρίῳ πρὸς τὴν Αἴγυπτον οἱ Πέρσαι. μεταξὺ δὲ τῆς Ἄκης καὶ Τύρου θινώδης αἰγιαλός ἐστιν ὁ φέρων τὴν ὑαλῖτιν ἄμμον· ἐνταῦθα μὲν οὖν φασι μὴ χεῖσθαι, κομισθεῖσαν εἰς Σιδόνα δὲ τὴν χωνείαν δέχεσθαι· τινὲς δὲ καὶ τοῖς Σιδονίοις εἶναι τὴν ὑαλῖτιν ψάμμον ἐπιτηδείαν εἰς χύσιν, οἱ δὲ πᾶσαν πανταχοῦ χεῖσθαί φασιν. ἤκουσα δ' ἐν τῇ Ἀλεξανδρείᾳ παρὰ τῶν ὑαλουργῶν, εἶναί τινα καὶ κατ' Αἴγυπτον ὑαλῖτιν γῆν, ἧς χωρὶς οὐχ οἷόν τε τὰς πολυχρόους καὶ πολυτελεῖς κατασκευὰς ἀποτελεσθῆναι, καθάπερ καὶ ἄλλοις ἄλλων μιγμάτων δεῖν· καὶ ἐν Ῥώμῃ δὲ πολλὰ παρευρίσκεσθαί φασι καὶ πρὸς τὰς χρόας καὶ πρὸς τὴν ῥαστώνην τῆς κατασκευῆς, καθάπερ ἐπὶ τῶν κρυσταλλοφανῶν· ὅπου γε καὶ τρυβλίον χαλκοῦ πρίασθαι καὶ ἐκπωμάτιον ἔστιν.

26. Ἱστορεῖται δὲ παράδοξον πάθος τῶν πάνυ σπανίων, κατὰ τὸν αἰγιαλὸν τοῦτον τὸν μεταξὺ τῆς τε Τύρου καὶ τῆς Πτολεμαΐδος. καθ' ὃν γὰρ καιρὸν οἱ Πτολεμαεῖς, μάχην συνάψαντες πρὸς Σαρπηδόνα τὸν στρατηγόν, ἐλείφθησαν ἐν τῷ τόπῳ τούτῳ, τροπῆς γενομένης λαμπρᾶς, ἐπέκλυσεν ἐκ τοῦ πελάγους κῦμα τοὺς φεύγοντας ὅμοιον πλημμυρίδι, καὶ τοὺς μὲν εἰς τὸ πέλαγος ἀφήρπασε καὶ διέφθειρεν, οἱ δ' ἐν τοῖς κοίλοις τόποις ἔμειναν νεκροί· διαδεξαμένη δὲ ἡ ἄμπωτις πάλιν ἀνεκάλυψε καὶ ἔδειξε τὰ σώματα τῶν κειμένων ἀναμὶξ ἐν νεκροῖς ἰχθύσι. τοιαῦτα δὲ καὶ περὶ τὸ Κάσιον συμβαίνει τὸ πρὸς Αἰγύπτῳ, σπασμῷ τινι ὀξεῖ καὶ ἁπλῷ περιπιπτούσης τῆς γῆς καὶ εἰς ἑκάτερον μεταβαλλομένης ἅπαξ· ὥστε τὸ μὲν μετεωρισθὲν αὐτῆς μέρος ἐπαγαγεῖν τὴν θάλατταν, τὸ δὲ συνιζῆσαν δέξασθαι, τραπομένης δὲ τὴν ἀρχαίαν πάλιν ἕδραν ἀπολαβεῖν τὸν τόπον, τοτὲ μὲν οὖν καὶ ἐξαλλάξεώς τινος γενομένης, τοτὲ δ' οὔ, τάχα καὶ περιόδοις τισὶν ἐνδεδεμένων τῶν τοιούτων παθῶν ἀδήλοις ἡμῖν, καθάπερ τοῦτο καὶ ἐπὶ τῶν κατὰ τὸν Νεῖλον ἀναβάσεων λέγεται διαφόρων γινομένων, ἄδηλον δὲ τὴν τάξιν ἐχουσῶν.

27. Μετὰ δὲ τὴν Ἄκην Στράτωνος πύργος, πρόσορμον ἔχων. μεταξὺ δὲ ὅ τε Κάρμηλος τὸ ὄρος καὶ πολιχνίων ὀνόματα, πλέον δ' οὐδέν, Συκαμίνων πόλις, Βουκόλων καὶ Κροκοδείλων πόλις καὶ ἄλλα τοιαῦτα· εἶτα ὄρυμὸς μέγας τις.

sidonio credimus, etiam de atomis dogma antiquum est viri Sidonii, Mochi scilicet, qui ante Trojani belli tempus vixit. Sed missa faciamus antiqua; nostra autem ætate Sidon philosophos nobiles tulit Boethum, quo nos in Aristotelea philosophia discenda sòcio usi sumus, et Diodotum, ejus fratrem; Tyrius fuit Antipater, et paulo ante nos Apollonius, qui librorum et philosophorum a Zenone profectorum tabulam edidit. Distat Tyrus a Sidone stadiis ducentis, non amplius; in medio est oppidum, nomine Ornithon sive gallinarum urbs; tum apud Tyrum fluvius exit; post Tyrum vero est Palætyrus, triginta stadiis distans.

25. Inde Ptolemais, magna urbs, prius Ace nominata; hac Persæ receptaculo adversus Ægyptum utebantur. Inter Acen et Tyrum est litus arenæ tumulis obsitum, qui vitrariam arenam ferunt; eam dicunt hoc in loco non fundi, quum vero Sidonem delata sit, fusioni obnoxiam fieri. Sunt qui dicant, Sidonios quoque vitrariam arenam habere fusioni aptam; quidam autem omnem ubique fundi contendunt. Ego a vitrariis Alexandriæ audivi, quandam terram vitrariam esse etiam in Ægypto, sine qua sumptuosa illa et multorum colorum opera perfici nequirent, quemadmodum etiam alia aliis mixturis indigerent; Romæ quoque multa et ad colores et ad operum facilitatem inveniri, quemadmodum in vitro crystalli modo pellucido; siquidem catinum et poculum semissi emere liceat.

26. Memoriæ proditum est mirum quippiam et ex iis quæ raro contingunt, in litore accidisse inter Tyrum ac Ptolemaidem. Quo enim tempore Ptolemaenses prœlio cum Sarpedone imperatore commisso victi sunt in hoc loco, fuga insigni facta, e pelago aquæ moles ut in fluxu assurgens fugientes obruit, atque alios in pelagus abripuit, alios in locis concavis mortuos reliquit; subsecutus deinde refluxus corpora detexit atque ostendit inter pisces mortuos promiscue jacentia. Tale quid circa Casium quoque apud Ægyptum accidit, ubi terra convulsione quadam celeri atque simplici mutatur et in contrarium semel invertitur, adeo ut pars ejus in sublime elevata mare impellat, pars subsidens id recipiat, deinde inverso motu pristinam rursus sedem locus recipiat, et interdum etiam permutatio quædam fiat, nonnunquam nulla; fieri etiam potest ut motus hi ignotis quibusdam conversionum circuitionibus ac vicibus sint devincti, sicuti idem contendunt de Nili incrementis, quæ quum varia sint, tamen certum quendam sed ignotum nobis ordinem habeant.

27. Post Acam est Stratonis turris, ad quam appellere naves possunt. In medio Carmelus est mons et oppidula, quorum præter nomina nihil novimus, ut Sycaminorum urbs et Bubulcorum et Crocodilorum et hujusmodi alia. Sequitur ingens silva.

Digitized by Google

28. Εἶτα Ἰόπη, καθ' ἣν ἡ ἀπὸ τῆς Αἰγύπτου παραλία σημειωδῶς ἐπὶ τὴν ἄρκτον κάμπτεται, πρότερον ἐπὶ τὴν ἕω τεταμένη. ἐνταῦθα δὲ μυθεύουσί τινες τὴν Ἀνδρομέδαν ἐκτεθῆναι τῷ κήτει· ἐν ὕψει γάρ ἐστιν ἱκανῶς τὸ χωρίον, ὥστ' ἀφορᾶσθαί φασιν ἀπ' αὐτοῦ τὰ Ἱεροσόλυμα, τὴν τῶν Ἰουδαίων μητρόπολιν· καὶ δὴ καὶ ἐπινείῳ τούτῳ κέχρηνται καταβάντες μέχρι θαλάττης οἱ Ἰουδαῖοι· τὰ δ' ἐπίνεια τῶν λῃστῶν λῃστήρια δηλονότι ἐστί. τούτων δὲ καὶ ὁ Κάρμηλος ὑπῆρξε καὶ ὁ δρυμός· καὶ δὴ καὶ εὐάνδρησεν οὗτος ὁ τόπος, ὥστ' ἐκ τῆς πλησίον κώμης Ἰαμνείας καὶ τῶν κατοικιῶν τῶν κύκλῳ τέτταρας μυριάδας ὁπλίζεσθαι. εἰσὶ δ' ἐντεῦθεν εἰς τὸ Κάσιον τὸ πρὸς Πηλουσίῳ μικρῷ πλείους ἢ χίλιοι στάδιοι, τριακόσιοι δ' ἄλλοι πρὸς αὐτὸ τὸ Πηλούσιον.

29. Ἐν δὲ τῷ μεταξὺ καὶ ἡ Γαδαρίς ἐστιν, ἣν καὶ αὐτὴν ἐξιδιάσαντο οἱ Ἰουδαῖοι· εἶτ' Ἄζωτὸς καὶ Ἀσκάλων. ἀπὸ δὲ Ἰαμνείας εἰς Ἄζωτὸν καὶ Ἀσκάλωνά εἰσιν ὅσον διακόσιοι στάδιοι. κρομμυών τ' ἀγαθός ἐστιν ἡ χώρα τῶν Ἀσκαλωνιτῶν, πόλισμα δὲ μικρόν. ἐντεῦθεν ἦν Ἀντίοχος ὁ φιλόσοφος, μικρὸν πρὸ ἡμῶν γεγονώς. ἐκ δὲ τῶν Γαδάρων Φιλόδημός τε ὁ Ἐπικούρειος καὶ Μελέαγρος καὶ Μένιππος ὁ σπουδογέλοιος καὶ Θεόδωρος ὁ καθ' ἡμᾶς ῥήτωρ.

30. Εἶθ' ὁ τῶν Γαζαίων λιμὴν πλησίον· ὑπέρκειται δὲ καὶ ἡ πόλις ἐν ἑπτὰ σταδίοις, ἔνδοξός ποτε γενομένη, κατεσπασμένη δ' ὑπὸ Ἀλεξάνδρου καὶ μένουσα ἔρημος. ἐντεῦθεν δ' ὑπέρβασις λέγεται χιλίων διακοσίων ἑξήκοντα σταδίων εἰς Αἴλαν πόλιν ἐπὶ τῷ μυχῷ τοῦ Ἀραβίου κόλπου κειμένην· διττὸς δ' ἐστίν· ὁ μὲν ἔχων εἰς τὸ πρὸς τῇ Ἀραβίᾳ καὶ τῇ Γάζῃ μέρος, ὃν Αἰλανίτην προσαγορεύουσιν ἀπὸ τῆς ἐν αὐτῷ πόλεως, ὁ δ' εἰς τὸ πρὸς Αἰγύπτῳ κατὰ τὴν Ἡρώων πόλιν, εἰς ὃν ἐκ Πηλουσίου ἡ ὑπέρθεσις ἐπιτομωτέρα· δι' ἐρήμων δὲ καὶ ἀμμωδῶν χωρίων αἱ ὑπερβάσεις ἐπὶ καμήλων· πολὺ δὲ καὶ τὸ τῶν ἑρπετῶν ἐν αὐταῖς πλῆθος.

31. Μετὰ δὲ Γάζαν Ῥαφία, ἐν ᾗ μάχη συνέβη Πτολεμαίῳ τε τῷ τετάρτῳ καὶ Ἀντιόχῳ τῷ Μεγάλῳ. εἶτα Ῥινοκόρουρα, ἀπὸ τῶν εἰσῳκισμένων ἐκεῖ τὸ παλαιὸν ἀνθρώπων ἠκρωτηριασμένων τὰς ῥῖνας οὕτω καλουμένη· τῶν γὰρ Αἰθιόπων τις, ἐπελθὼν ἐπὶ τὴν Αἴγυπτον, ἀντὶ τοῦ ἀναιρεῖν τοὺς κακούργους ἀποτέμνων τὰς ῥῖνας ἐνταῦθα κατῴκιζεν, ὡς οὐκ ἂν ἔτι τολμήσοντας κακουργεῖν διὰ τὴν αἰσχύνην τῆς ὄψεως.

32. Καὶ αὕτη μὲν οὖν ἡ ἀπὸ Γάζης λυπρὰ πᾶσα [καὶ] ἀμμώδης· ἔτι δὲ μᾶλλον τοιαύτη ἡ ἐφεξῆς ὑπερκειμένη, ἔχουσα τὴν Σιρβωνίδα λίμνην παράλληλόν πως τῇ θαλάττῃ μικρὰν δίοδον ἀπολείπουσαν μεταξὺ μέχρι τοῦ Ἐκρήγματος καλουμένου, μῆκος ὅσον διακοσίων σταδίων, πλάτος δὲ τὸ μέγιστον πεντήκοντα· τὸ δ' Ἔκρηγμα συγκέχωσται. εἶτα συνεχὴς ἄλλη τοιαύτη ἡ ἐπὶ τὸ Κάσιον, κἀκεῖθεν ἐπὶ τὸ Πηλούσιον.

33. Ἔστι δὲ τὸ Κάσιον θινώδης τις λόφος ἀκρωτηριάζων ἄνυδρος, ὅπου τὸ Πομπηίου τοῦ Μάγνου σῶμα

28. Postea Iope, juxta quam Ægypti litus, antea versum ortum solis porrectum, ad septentrionem notabilem in modum deflectitur. Ibi quidam Andromedam ceto expositam fabulati sunt. Locus satis editus est, ita ut inde tradant Hierosolyma conspici, Judæorum metropolim; ac sane portu hoc utuntur Judæi usque ad mare pertinentes; portus vero latronum patet esse etiam latronum receptacula. Judæorum autem fuere etiam Carmelus et silva; atque adeo hic locus hominibus abundavit, ut ex Iamnia, proximo vico, et circum vicinis habitationibus quadraginta hominum millia armarentur. Inde ad Casium Pelusio propinquum montem distantia est mille stadiorum et paulo amplius, hinc alia trecenta usque ad ipsum Pelusium.

29. Interjacet Gadaris, quam ipsam quoque Judæi suam fecerunt; postea Azotus et Ascalon. Iamnia Azoto et Ascalone distat ducentis fere stadiis. Ascalonensium ager hortus ceparum est egregius; urbs ipsa non est magna, ex qua oriundus erat Antiochus philosophus, qui nos paululum ætate antecessit. Gadarensis fuit Philodemus Epicureus et Meleager et Menippus seria jocose solitus exprimere, et Theodorus orator, qui ætate nostra floruit.

30. Mox sequitur Gazæorum portus, cui etiam urbs superjacet septem stadiorum intervallo, quæ olim illustris fuit, ab Alexandro autem diruta deserta manet. Ex hoc loco dicitur esse mille ducentorum stadiorum transcensus ad urbem Ælan (*Ælana?*) sitam in Arabici sinus intimo recessu. Duplex hic est, alter juxta Arabiam versus Gazam tendens, quem Ælaniticum appellant ab urbe quæ in eo est; alter juxta Ægyptum ad Heroum urbem tendens, in quem compendiosius iter est a Pelusio; ceterum transitus fiunt in camelis per loca deserta et arenosa; magna est etiam iis in locis serpentum multitudo.

31. Gazam sequitur Raphia, ubi Ptolemæus quartus cum Antiocho Magno depugnavit. Postea sunt Rhinocorura, ab iis dicta, qui nares truncati olim eo fuere translati; nam Æthiopum quidam rex, qui Ægyptum invaserat, non nece, sed nasi mutilatione maleficos puniens ibi collocavit, quod propter oris deformitatem redire domum non ausuri forent.

32. Ceterum tota hæc, quæ est inde a Gaza regio, sterilis est et arenosa, sed magis etiam ea, quæ deinceps superjacet, lacum habens Sirbonidem, mari fere parallelum, parvumque in medio relinquens transitum usque ad locum, cui ab eruptione Ecregma nomen; longitudo lacus est ducentorum fere stadiorum, maxima latitudo quinquaginta; Ceterum Ecregma illud sive Eruptio nunc obturata est. Sequitur deinceps alia ejus generis regio ad Casium atque inde usque ad Pelusium.

33. Casius est collis ex arenarum cumulis constans, promontorii speciem præbens, aqua destitutus, ubi Magni

Digitized by Google

κεῖται καὶ Διός ἐστιν ἱερὸν Κασίου· πλησίον δὲ καὶ ἐσφάγη ὁ Μάγνος, δολοφονηθεὶς ὑπὸ τῶν Αἰγυπτίων. εἶθ' ἡ ἐπὶ Πηλούσιον ὁδός, ἐν ᾗ τὰ Γέρρα καὶ ὁ Χαβρίου λεγόμενος χάραξ καὶ τὰ πρὸς τῷ Πηλουσίῳ βάραθρα, ἃ ποιεῖ παρεκχεόμενος ὁ Νεῖλος, φύσει κοίλων καὶ ἑλωδῶν ὄντων τῶν τόπων. τοιαύτη μὲν ἡ Φοινίκη. φησὶ δ' Ἀρτεμίδωρος εἰς τὸ Πηλούσιον ἐκ μὲν Ὀρθωσίας εἶναι σταδίους τρισχιλίους ἑξακοσίους πεντήκοντα κατακολπίζοντι· ἐκ δὲ Μελαινῶν ἢ Μελανιῶν τῆς Κιλικίας τῶν πρὸς Κελένδεριν ἐπὶ μὲν τὰ μεθόρια τῆς Κιλικίας καὶ Συρίας χιλίους καὶ ἐνακοσίους· ἐντεῦθεν δ' ἐπὶ τὸν Ὀρόντην πεντακοσίους εἴκοσιν· εἶτ' ἐπὶ Ὀρθωσίαν χιλίους ἑκατὸν τριάκοντα.

34. Τῆς δ' Ἰουδαίας τὰ μὲν ἑσπέρια ἄκρα τὰ πρὸς τῷ Κασίῳ κατέχουσιν Ἰδουμαῖοί τε καὶ ἡ λίμνη. Ναβαταῖοι δ' εἰσὶν οἱ Ἰδουμαῖοι· κατὰ στάσιν δ' ἐκπεσόντες ἐκεῖθεν προσεχώρησαν τοῖς Ἰουδαίοις καὶ τῶν νομίμων τῶν αὐτῶν ἐκείνοις ἐκοινώνησαν· πρὸς θαλάττῃ δὲ ἡ Σιρβωνὶς τὰ πολλὰ κατέχει καὶ ἡ συνεχὴς μέχρι Ἱεροσολύμων· καὶ γὰρ ταῦτα πρὸς θαλάττῃ ἐστίν· ἀπὸ γὰρ τοῦ ἐπινείου τῆς Ἰόπης εἴρηται ὅτι ἐστὶν ἐν ὄψει. ταῦτα μὲν προσάρκτια· τὰ πολλὰ δ' ὡς ἕκαστά εἰσιν ὑπὸ φύλων οἰκούμενα μικτῶν ἔκ τε Αἰγυπτίων ἐθνῶν καὶ Ἀραβίων καὶ Φοινίκων· τοιοῦτοι γὰρ οἱ τὴν Γαλιλαίαν ἔχοντες καὶ τὸν Ἱερικοῦντα καὶ τὴν Φιλαδελφίαν καὶ Σαμάρειαν, ἣν Ἡρώδης Σεβαστὴν ἐπωνόμασεν. οὕτω δ' ὄντων μιγάδων, ἡ κρατοῦσα μάλιστα φήμη τῶν περὶ τὸ ἱερὸν τὸ ἐν τοῖς Ἱεροσολύμοις πιστευομένων Αἰγυπτίους ἀποφαίνει τοὺς προγόνους τῶν νῦν Ἰουδαίων λεγομένων.

35. Μωσῆς γάρ τις τῶν Αἰγυπτίων ἱερέων, ἔχων τι μέρος τῆς [κάτω] καλουμένης χώρας, ἀπῆρεν ἐκεῖσε ἐνθένδε, δυσχεράνας τὰ καθεστῶτα, καὶ συνεξῆραν αὐτῷ πολλοὶ τιμῶντες τὸ θεῖον. ἔφη γὰρ ἐκεῖνος καὶ ἐδίδασκεν, ὡς οὐκ ὀρθῶς φρονοῖεν οἱ Αἰγύπτιοι θηρίοις εἰκάζοντες καὶ βοσκήμασι τὸ θεῖον, οὐδ' οἱ Λίβυες· οὐκ εὖ δὲ οὐδ' οἱ Ἕλληνες, ἀνθρωπομόρφους τυποῦντες· εἷς γὰρ ἐν τοῦτο μόνον θεὸς τὸ περιέχον ἡμᾶς ἅπαντας καὶ γῆν καὶ θάλατταν, ὃ καλοῦμεν οὐρανὸν καὶ κόσμον καὶ τὴν τῶν ὄντων φύσιν. τούτου δὴ τίς ἂν εἰκόνα πλάττειν θαρρήσειε νοῦν ἔχων ὁμοίαν τινὶ τῶν παρ' ἡμῖν; ἀλλ' ἐᾶν δεῖν πᾶσαν ξοανοποιίαν, τέμενος [δ'] ἀφορίσαντας καὶ σηκὸν ἀξιόλογον τιμᾶν ἕδους χωρίς. ἐγκοιμᾶσθαι δὲ καὶ αὐτοὺς ὑπὲρ ἑαυτῶν καὶ ὑπὲρ τῶν ἄλλων ἄλλους τοὺς εὐονείρους· καὶ προσδοκᾶν δεῖν ἀγαθὸν παρὰ τοῦ θεοῦ καὶ δῶρον ἀεί τι καὶ σημεῖον τοὺς σωφρόνως ζῶντας καὶ μετὰ δικαιοσύνης, τοὺς δ' ἄλλους μὴ προσδοκᾶν.

36. Ἐκεῖνος μὲν οὖν τοιαῦτα λέγων ἔπεισεν εὐγνώμονας ἄνδρας οὐκ ὀλίγους καὶ ἀπήγαγεν ἐπὶ τὸν τόπον τοῦτον, ὅπου νῦν ἐστι τὸ ἐν τοῖς Ἱεροσολύμοις κτίσμα. κατέσχε δὲ ῥᾳδίως, οὐκ ἐπίφθονον ὂν τὸ χωρίον, οὐδ' ὑπὲρ οὗ ἄν τις ἐσπουδασμένως μαχέσαιτο· ἔστι γὰρ πετρῶδες, αὐτὸ μὲν εὔυδρον, τὴν δὲ κύκλῳ χώραν ἔχον λυπρὰν καὶ ἄνυδρον, τὴν δ' ἐντὸς ἑξήκοντα σταδίων

Pompeii corpus jacet, et Jovis Casii est templum; nec procul inde Magnus jugulatus fuit, Ægyptiorum dolo circumventus. Deinde est via Pelusium ducens, in qua sunt Gerrha et Chabriæ, quod vocatur, vallum atque voragines Pelusio proximæ, Nili effusionibus factæ, quum ea loca cava et palustria sint. Talis igitur est Phœnicia. Artemidorus ait ab Orthosia Pelusium esse stadia ter mille sexcenta quinquaginta, si quis sinus intret; a Melænis vero sive Melaniis quæ in Cilicia ad Celenderim sunt, usque ad Ciliciæ et Syriæ confinia, stadia mille et nonaginta; hinc vero ad Orontem quingenta viginti; tum ad Orthosiam usque mille centum triginta.

34. Judææ extrema occidentalia, Casio proxima, Idumæi occupant et lacus. Idumæi quidem Nabatæi sunt, qui per seditionem patria ejecti Judæis se adjunxerunt, et eorum leges amplexi sunt. Ad mare autem majorem partem occupat Sirbonis lacus et continua regio usque ad Hierosolyma; nam Hierosolyma quoque ad mare jacent; jam ante enim docuimus, hanc a navali Ioppes conspici. Atque hæc quidem versus septentrionem sunt; plurimæ vero singulis suis partibus a gentibus habitantur mixtis ex Ægyptiis, Arabibus et Phœnicibus; nam tales sunt qui Galilæam habent, et Hiericuntem et Philadelphiam et Samariam, quam Herodes Sebastam, id est Augustam, nominavit. Quum autem sic sint convenæ, fama, quæ plurimum obtinet de his, quæ de templo Hierosolymitano jactata fidem inveniunt, perhibet, ab Ægyptiis fuisse prognatos eos, qui nunc Judæi appellantur.

35. Nam Moses unus ex Ægyptiis sacerdotibus, quum partem quandam Ægypti inferioris haberet, ac moleste ferret præsentem statum, inde huc commigravit, multis eum comitantibus, quibus divina curæ erant. Affirmabat enim docebatque, Ægyptios non recte sentire, qui bestiarum ac pecorum imagines deo tribuerent, itemque neque Afros, non recte item Græcos, qui diis hominum figuram affingerent. Id vero solum esse deum, quod nos omnes et terram ac mare continet, quod cœlum et mundum et rerum omnium naturam appellamus. Hujus vero quisnam sanæ mentis effingere ausit imaginem alicujus earum rerum, quæ penes nos sunt, similem? Proinde omni simulacrorum efficione repudiata, dignum ei templum ac delubrum constituendum ac sine aliquo simulacro colendum; debere vero etiam incubare in templo tum ipsos pro se tum pro aliis alios bona somnia videntes; semper bonum aliquid sive donum sive signum a deo exspectare debere viros caste et cum justitia viventes, ceteris vero nihil esse sperandum.

36. Talia Moses dicens hominibus rectæ mentis haud paucis fidem fecit, inque eam regionem deduxit, ubi nunc condita sunt Hierosolyma; quam facile obtinuit, quum non invidendus esset locus neque dignus de quo pertinaciter aliquis contenderet; est enim saxosus, aquis ipse quidem abundans, sed circumvicinam regionem habens sterilem et siccam et

Digitized by Google

καὶ ὑπόπετρον. ἅμα δ' ἀντὶ τῶν ὅπλων τὰ ἱερὰ προὐβάλλετο καὶ τὸ θεῖον, ἵδρυσιν τούτου ζητεῖν ἀξιῶν, καὶ παραδώσειν ὑπισχνούμενος τοιοῦτον σεβασμὸν καὶ τοιαύτην ἱεροποιίαν, ἥτις οὔτε δαπάναις ὀχλήσει τοὺς χρωμένους οὔτε θεοφορίαις οὔτε ἄλλαις πραγματείαις ἀτόποις. οὗτος μὲν οὖν εὐδοκιμήσας τούτοις συνεσπήσατο ἀρχὴν οὐ τὴν τυχοῦσαν, ἁπάντων προσχωρησάντων ῥᾳδίως τῶν κύκλῳ διὰ τὴν ὁμιλίαν καὶ τὰ προτεινόμενα.

37. Οἱ δὲ διαδεξάμενοι χρόνους μέν τινας ἐν τοῖς αὐτοῖς διέμενον δικαιοπραγοῦντες καὶ θεοσεβεῖς ὡς ἀληθῶς ὄντες· ἔπειτ' ἐφισταμένων ἐπὶ τὴν ἱερωσύνην τὸ μὲν πρῶτον δεισιδαιμόνων, ἔπειτα τυραννικῶν ἀνθρώπων, ἐκ μὲν τῆς δεισιδαιμονίας αἱ τῶν βρωμάτων ἀποσχέσεις, ὧνπερ καὶ νῦν ἔθος ἐστὶν αὐτοῖς ἀπέχεσθαι, καὶ [αἱ] περιτομαὶ καὶ αἱ ἐκτομαὶ καὶ εἴ τινα τοιαῦτα ἐνομίσθη, ἐκ δὲ τῶν τυραννίδων τὰ λῃστήρια. οἱ μὲν γὰρ ἀφιστάμενοι τὴν χώραν ἐκάκουν καὶ αὐτὴν καὶ τὴν γειτνιῶσαν, οἱ δὲ συμπράττοντες τοῖς ἄρχουσι καθήρπαζον τὰ ἀλλότρια καὶ τῆς Συρίας κατεστρέφοντο καὶ τῆς Φοινίκης πολλήν. ἦν δ' ὅμως εὐπρέπειά τις περὶ τὴν ἀκρόπολιν αὐτῶν, οὐχ ὡς τυραννεῖον βδελυττομένων, ἀλλ' ὡς ἱερὸν σεμνυνόντων καὶ σεβομένων.

38. Πέφυκε γὰρ οὕτω, καὶ κοινόν ἐστι τοῦτο καὶ τοῖς Ἕλλησι καὶ τοῖς βαρβάροις. πολιτικοὶ γὰρ ὄντες ἀπὸ προστάγματος κοινοῦ ζῶσιν· ἄλλως γὰρ οὐχ οἷόν τε τοὺς πολλοὺς ἕν τι καὶ ταὐτὸ ποιεῖν ἡρμοσμένως ἀλλήλοις, ὅπερ ἦν τὸ πολιτεύεσθαι, καὶ ἄλλως πως νέμειν βίον κοινόν. τὸ δὲ πρόσταγμα διττόν· ἢ γὰρ παρὰ θεῶν ἢ παρὰ ἀνθρώπων· καὶ οἵ γε ἀρχαῖοι τὸ παρὰ τῶν θεῶν ἐπρέσβευον μᾶλλον καὶ ἐσέμνυνον, καὶ διὰ τοῦτο καὶ ὁ χρηστηριαζόμενος ἦν τότε πολὺς καὶ τρέχων εἰς μὲν Δωδώνην, ὅπως

ἐκ δρυὸς ὑψικόμοιο Διὸς βουλὴν ἐπακούσῃ,

συμβούλῳ τῷ Διὶ χρώμενος, εἰς δὲ Δελφούς,

τὸν ἐκτεθέντα παῖδα μαστεύων μαθεῖν,
εἰ μηκέτ' εἴη·

αὐτὸς δ' ὁ παῖς

ἔστειχε τοὺς τεκόντας ἐκμαθεῖν θέλων
πρὸς δῶμα Φοίβου.

καὶ ὁ Μίνως παρὰ τοῖς Κρησὶν

ἐννέωρος βασίλευε Διὸς μεγάλου ὀαριστής·

δι' ἐννέα ἐτῶν, ὥς φησι Πλάτων, ἀναβαίνων ἐπὶ τὸ ἄντρον τοῦ Διὸς καὶ παρ' ἐκείνου τὰ προστάγματα λαμβάνων καὶ παρακομίζων εἰς τοὺς ἀνθρώπους. τὰ δ' ὅμοια ἐποίει καὶ Λυκοῦργος ὁ ζηλωτὴς αὐτοῦ· πυκνὰ γάρ, ὡς ἔοικεν, ἀποδημῶν ἐπυνθάνετο παρὰ τῆς Πυθίας, ἃ προσῆκεν παραγγέλλειν τοῖς Λακεδαιμονίοις.

39. Ταῦτα γὰρ ὅπως ποτὲ ἀληθείας ἔχει, παρά γε τοῖς ἀνθρώποις ἐπεπίστευτο καὶ ἐνενόμιστο, καὶ διὰ τοῦτο καὶ οἱ μάντεις ἐτιμῶντο, ὥστε καὶ βασιλείας ἀξιοῦσθαι, ὡς τὰ παρὰ τῶν θεῶν ἡμῖν ἐκφέροντες

intra stadia sexaginta etiam lapidosam. Simul autem loco armorum sacra et deum prætendebat, cui se dicebat sedem quærere, et ejusmodi cultum et sacrificia traditurum pollicebatur, quæ nec impensa nec immissis divinitus furoribus neque re ulla absurda cultores perturbarent. Hæc ille quum suis probasset, non contemnendum est adeptus imperium: facile enim gentes omnes finitimæ tanta proposita spe, et hujusmodi consuetudine ductæ se adjunxerunt.

37. Successores aliquamdiu in iisdem institutis permansere, justi et vere religiosi; post quum sacerdotium occupassent primum quidem superstitiosi homines, deinde etiam tyrannici, superstitio invexit abstinentiam a cibis quibusdam, quam etiamnum retinent, et circumcisiones et excisiones et si qua sunt hujusmodi alia; tyrannis autem latrocinia. Qui enim deficiebant, simul et suam regionem et vicinam vexabant; at qui principum res agebant, ii aliena diripiebant, et Syriæ ac Phœniciæ non pauca subigebant. Honor nihilominus arci eorum habebatur; quam non ut sedem tyrannorum aversarentur homines, sed honorarent et venerarentur ut templum.

38. Sic enim a natura est hominibus comparatum, et communi hoc Græcis et barbaris, ut qui civitatem constituunt, commune præcepto atque instituto vivant; aliter enim multi nec in unum coire, et convenienter idem agere (quod est civiliter degere), neque alia ratione societatem vitæ servare possunt. Præceptum vero duplex est, aut divinum, aut humanum. Et antiqui quidem divina majore in honore et veneratione habebant, itaque multi tunc oracula consulebant et Dodonam adibant (*Od.* 14, 328):

ut e quercu alte comata Jovis consilium audirent

Jove consiliario utentes: alii Delphos, ut ille (*Eurip. Phœn.* 36),

quærens cognoscere expositus filius
an non amplius esset superstes;

ipse vero filius (*ib.* 34)

parentes explorare volens ibat
ad domum Phœbi.

Et Minos apud Cretenses (*Od.* 19, 179)

regnabat novenis annis Jovis magni confabulator,

id est, nono quoque anno, ut Plato (*Min.* II, p. 319) dicit, in Jovis antrum descendit, et ab illo præcepta accepit, quæ ad homines afferret. Eodem modo Lycurgus, ejus imitator, egit; nam sæpe, ut videtur, peregrinans, ea ex Pythia sciscitabatur quænam oporteret imperare Lacedæmoniis.

39. Hæc igitur quamcunque habeant veritatis rationem, apud homines certe credebantur et pro veris recipiebantur et propterea divinatores in pretio erant tanto, ut etiam imperio digni judicarentur, scilicet qui divina nobis præ-

Digitized by Google

παραγγέλματα καὶ ἐπανορθώματα καὶ ζῶντες καὶ ἀποθανόντες· καθάπερ καὶ ὁ Τειρεσίας,

τῷ καὶ τεθνηῶτι νόον πόρε Περσεφόνεια
οἴῳ πεπνῦσθαι· τοὶ δὲ σκιαὶ ἀΐσσουσι.

5 τοιοῦτος δὲ [καὶ] ὁ Ἀμφιάρεως καὶ ὁ Τροφώνιος καὶ [ὁ] Ὀρφεὺς καὶ ὁ Μουσαῖος καὶ ὁ παρὰ τοῖς Γέταις θεός, τὸ μὲν παλαιὸν Ζάμολξις, Πυθαγόρειός τις, καθ' ἡμᾶς δὲ ὁ τῷ Βυρεβίστᾳ θεσπίζων, Δεκαίνεος· παρὰ δὲ τοῖς Βοσπορηνοῖς Ἀχαΐκαρος, παρὰ δὲ τοῖς Ἰνδοῖς 10 οἱ γυμνοσοφισταί, παρὰ δὲ τοῖς Πέρσαις οἱ Μάγοι καὶ νεκυομάντεις καὶ ἔτι οἱ λεγόμενοι λεκανομάντεις καὶ ὑδρομάντεις, παρὰ δὲ τοῖς Ἀσσυρίοις οἱ Χαλδαῖοι, παρὰ δὲ τοῖς Ῥωμαίοις οἱ Τυρρηνικοὶ † ὡροσκόποι. τοιοῦτος δέ τις ἦν καὶ ὁ Μωσῆς καὶ οἱ διαδεξάμενοι 15 ἐκεῖνον, τὰς μὲν ἀρχὰς λαβόντες οὐ φαύλας, ἐκτραπόμενοι δ' ἐπὶ τὸ χεῖρον.

40. Ἤδη δ' οὖν φανερῶς τυραννουμένης τῆς Ἰουδαίας, πρῶτος ἀνθ' ἱερέως ἀνέδειξεν ἑαυτὸν βασιλέα Ἀλέξανδρος· τούτου δ' ἦσαν υἱοὶ Ὑρκανός τε καὶ Ἀρι- 20 στόβουλος· διαφερομένων δὲ περὶ τῆς ἀρχῆς, ἐπῆλθε Πομπήιος καὶ κατέλυσεν αὐτοὺς καὶ τὰ ἐρύματα αὐτῶν κατέσπασε καὶ αὐτὰ ἐν πρώτοις τὰ Ἱεροσόλυμα βίᾳ καταλαβών· ἦν γὰρ πετρῶδες καὶ εὐερκὲς ἔρυμα, ἐντὸς μὲν εὔυδρον, ἐκτὸς δὲ παντελῶς διψηρόν, τάφρον λατο- 25 μητὴν ἔχον βάθος μὲν ἑξήκοντα ποδῶν, πλάτος δὲ πεντήκοντα καὶ διακοσίων· ἐκ δὲ τοῦ λίθου τοῦ λατομηθέντος ἐπεπύργωτο τὸ τεῖχος τοῦ ἱεροῦ. κατελάβετο δ', ὥς φασι, τηρήσας τὴν τῆς νηστείας ἡμέραν, ἡνίκα ἀπείχοντο οἱ Ἰουδαῖοι παντὸς ἔργου, πληρώσας τὴν 30 τάφρον καὶ ἐπιβαλὼν τὰς διαβάθρας· κατασπάσαι δ' οὖν ἐκέλευσε τὰ τείχη πάντα καὶ ἀνεῖλεν εἰς δύναμιν τὰ ληστήρια καὶ τὰ γαζοφυλάκια τῶν τυράννων. ἦν δὲ δύο μὲν τὰ ταῖς εἰσβολαῖς ἐπικείμενα τοῦ Ἱερικοῦντος Θρήξ τε καὶ Ταῦρος, ἄλλα δὲ Ἀλεξάνδριόν τε καὶ Ὑρκάνιον 35 καὶ Μαχαιροῦς καὶ Λυσιὰς καὶ τὰ περὶ τὴν Φιλαδελφίαν καὶ ἡ περὶ Γαλιλαίαν Σκυθόπολις.

41. Ἱερικοῦς δ' ἐστὶ πεδίον κύκλῳ περιεχόμενον ὀρεινῇ τινι καί που καὶ θεατροειδῶς πρὸς αὐτὸ κεκλιμένῃ· ἐνταῦθα δ' ἐστὶν ὁ φοινικών, μεμιγμένην ἔχων καὶ 40 ἄλλην ὕλην ἥμερον καὶ εὔκαρπον, πλεονάζων δὲ τῷ φοίνικι, ἐπὶ μῆκος σταδίων ἑκατόν, διάρρυτος ἅπας καὶ μεστὸς κατοικιῶν· ἔστι δ' αὐτοῦ καὶ βασίλειον καὶ ὁ τοῦ βαλσάμου παράδεισος· ἔστι δὲ τὸ φυτὸν θαμνῶδες, κυτίσῳ ἐοικὸς καὶ τερμίνθῳ, ἀρωματίζον· οὗ τὸν φλοιὸν 45 ἐπισχίσαντες ὑπολαμβάνουσιν ἀγγείοις τὸν ὀπόν, γλίσχρῳ γάλακτι παραπλήσιον· ἀναληφθεὶς δ' εἰς κογχάρια λαμβάνει πῆξιν· λύει δὲ κεφαλαλγίας θαυμαστῶς καὶ ὑποχύσεις ἀρχομένας καὶ ἀμβλυωπίας· τίμιος οὖν ἐστι, καὶ διότι ἐνταῦθα μόνον γεννᾶται· καὶ ὁ φοινικὼν 50 δὲ τοιοῦτος, ἔχων τὸν καρυωτὸν φοίνικα ἐνταῦθα μόνον, πλὴν τοῦ Βαβυλωνίου καὶ τοῦ ἐπέκεινα πρὸς τὴν ἕω· μεγάλη οὖν ἀπ' αὐτῶν ἡ πρόσοδος. καὶ τῷ ξυλοβαλσάμῳ δὲ ὡς ἀρώματι χρῶνται.

42. Ἡ δὲ Σιρβωνὶς λίμνη πολλὴ μέν ἐστι· καὶ γὰρ

cepta ac monitus exponerent et vivi et mortui, quemadmodum Tiresias (*Od.* 494):

cui etiam mortuo mentem præbuit Proserpina,
solus ut sapiat, dum reliqui ut umbræ volitant.

Talis fuit etiam Amphiaraus et Trophonius et Orpheus et Musæus et apud Getas deus, olim Zamolxis Pythagoreus quidam, ætate nostra Byrebistæ vaticinans Decæneus, et apud Bosporanos Achaicarus, apud Indos Gymnosophistæ, apud Persas Magi, et qui Necyomantici et Lecanomantici et Hydromantici appellantur, apud Assyrios Chaldæi, apud Romanos Etrusci haruspices (οἰωνοσκόποι?). Talis erat etiam Moses et successores ejus, qui ab initiis non malis postea degeneravere.

40. Quum vero palam jam Judæa tyrannide premeretur, primus pro sacerdote se regem fecit Alexander, cujus filios Hyrcanum et Aristobulum de imperio disceptantes Pompelus superveniens dejecit, atque eorum munitiones evertit, et ipsa in primis Hierosolyma vi capta sunt. Erat enim saxosum et bene cinctum munimentum, intus aquis abundans, exterius omnino sicca, fossam habens saxis incisam sexaginta pedum profunditate, latitudine ducentorum quinquaginta. E lapide autem exciso educta erant templi mœnia. Pompeius cepit, observato jejunii die, quo ab omni opere Judæi abstinent, impleta fossa et admotis scalis; jussit mœnia omnia convelli, ac, quantum potuit, latronum receptacula diruit, et loca ubi gaza tyrannorum recondita erat: quorum duo erant Threx atque Taurus in Hiericuntis ingressu sita, alia autem Alexandrium et Hyrcanium et Machærûs et Lysias et quæ circa Philadelphiam erant, item Scythopolis Galilææ proxima.

41. Hiericus est planities montano tractu circumdata, qui fere in theatri speciem ad ipsam declinat. Ibi est palmetum, mixtam habens silvam mitiorem et bene frugiferam, palmis vero abundans, longitudine stadiorum centum, totus irriguus et habitationibus plenus. Ibi et regia est, et balsami hortus, quæ planta aromatica est fruticosa, cytiso et terebintho persimilis; hujus corticem scindentes, succum in vasis suscipiunt, tenaci lacti persimilem; susceptus autem in conchis coagulatur; capitis dolores et suffusiones oculorum incipientes et hebetudinem visus mirifice sanat; quare in pretio est, eo quoque quod hic solum nascitur. Palmetum quoque quod palmam caryotam fert, alibi nullum est, excepto Babylonio et eo qui ulterius est orientem versus. Magnus igitur ex his plantis proventus est. Præterea ligno quoque balsami pro aromate utuntur.

42. Sirbonis lacus magnus quidem est; nam ambitum

Digitized by Google

χιλίων σταδίων εἰρήκασί τινες τὸν κύκλον· τῇ μέντοι παραλίᾳ παρεκτέταται μικρῷ τι πλέον τῶν διακοσίων σταδίων μῆκος ἐπιλαμβάνουσα, ἀγχιβαθής, βαρύτατον ἔχουσα ὕδωρ, ὥστε μὴ δεῖν κολύμβου, ἀλλὰ τὸν ἐμβάντα καὶ μέχρις ὀμφαλοῦ προβάντα εὐθὺς ἐξαίρεσθαι· μεστὴ δ' ἐστὶν ἀσφάλτου· αὕτη (τοῦτο) δὲ ἀναφυσᾶται κατὰ καιροὺς ἀτάκτους ἐκ μέσου τοῦ βάθους μετὰ πομφολύγων, ὡς ἂν ζέοντος ὕδατος· κυρτουμένη δ' ἡ ἐπιφάνεια λόφου φαντασίαν παρέχει· συναναφέρεται δὲ καὶ ἄσβολος πολλή, καπνώδης μέν, πρὸς δὲ τὴν ὄψιν ἄδηλος, ὑφ' ἧς κατιοῦται καὶ χαλκὸς καὶ ἄργυρος καὶ πᾶν τὸ στιλπνὸν μέχρι καὶ χρυσοῦ· ἀπὸ δὲ τοῦ κατιοῦσθαι τὰ σκεύη γνωρίζουσιν οἱ περιοικοῦντες ἀρχομένην τὴν ἀναβολὴν τοῦ ἀσφάλτου, καὶ παρασκευάζονται πρὸς τὴν μεταλλείαν αὐτοῦ, ποιησάμενοι σχεδίας καλαμίνας. ἔστι δ' ἡ ἄσφαλτος γῆς βῶλος, ὑγραινομένη μὲν ὑπὸ θερμοῦ καὶ ἀναφυσωμένη καὶ διαχεομένη, πάλιν δὲ μεταβάλλουσα εἰς πάγον ἰσχυρὸν ὑπὸ τοῦ ψυχροῦ ὕδατος, οἷόν ἐστι τὸ τῆς λίμνης ὕδωρ, ὥστε τομῆς καὶ κοπῆς δεῖσθαι· εἶτ' ἐπιπολάζουσα διὰ τὴν φύσιν τοῦ ὕδατος, καθ' ἣν ἔφαμεν μηδὲ κολύμβου δεῖσθαι, μηδὲ βαπτίζεσθαι τὸν ἐμβάντα, ἀλλ' ἐξαίρεσθαι· προσπλεύσαντες δὲ ταῖς σχεδίαις κόπτουσι καὶ φέρονται τῆς ἀσφάλτου ὅσον ἕκαστος δύναται.

43. Τὸ μὲν οὖν συμβαῖνον τοιοῦτον· γόητας δὲ ὄντας σκήπτεσθαί φησιν ἐπῳδὰς ὁ Ποσειδώνιος τοὺς ἀνθρώπους καὶ οὖρα καὶ ἄλλα δυσώδη ὑγρά, ἃ περικαταχέαντας καὶ ἐκπιάσαντας πήττειν τὴν ἄσφαλτον, εἶτα τέμνειν· εἰ μή τίς ἐστιν ἐπιτηδειότης τῶν οὔρων τοιαύτη, καθάπερ καὶ ἐν ταῖς κύστεσι τῶν λιθιώντων, καὶ ἐκ τῶν παιδικῶν οὔρων ἡ χρυσόκολλα συνίσταται· ἐν μέσῃ δὲ τῇ λίμνῃ τὸ πάθος συμβαίνειν εὔλογον, ὅτι καὶ ἡ πηγὴ τοῦ πυρὸς καὶ τῆς ἀσφάλτου κατὰ μέσον ἐστὶ καὶ τὸ πλῆθος· ἄτακτος δὲ ἡ ἀναφύσησις, ὅτι καὶ ἡ τοῦ πυρὸς κίνησις οὐκ ἔχει τάξιν ἡμῖν φανεράν, ὥσπερ καὶ ἄλλων πνευμάτων πολλῶν. τοιαῦτα δὲ καὶ τὰ ἐν Ἀπολλωνίᾳ τῇ Ἠπειρώτιδι.

44. Τοῦ δ' ἔμπυρον τὴν χώραν εἶναι καὶ ἄλλα τεκμήρια φέρουσι πολλά· καὶ γὰρ πέτρας τινὰς ἐπικεκαυμένας δεικνύουσι τραχείας περὶ Μοασάδα καὶ σήραγγας πολλαχοῦ καὶ γῆν τεφρώδη, σταγόνας τε πίσσης ἐκ λισσάδων λειβομένας καὶ δυσώδεις πόρρωθεν ποταμοὺς ζέοντας, κατοικίας τε ἀνατετραμμένας σποράδην· ὥστε πιστεύειν τοῖς θρυλουμένοις ὑπὸ τῶν ἐγχωρίων, ὡς ἄρα ᾠκοῦντό ποτε τρισκαίδεκα πόλεις ἐνταῦθα, ὧν τῆς μητροπόλεως Σοδόμων σώζοιτο κύκλος ἑξήκοντά που σταδίων· ὑπὸ δὲ σεισμῶν καὶ ἀναφυσημάτων πυρὸς καὶ θερμῶν ὑδάτων ἀσφαλτωδῶν τε καὶ θειωδῶν ἡ λίμνη προπέσοι καὶ πέτραι πυρίληπτοι γένοιντο, αἵ τε πόλεις αἱ μὲν καταποθεῖεν, ἃς δ' ἐκλίποιεν οἱ δυνάμενοι φυγεῖν. Ἐρατοσθένης δέ φησι τἀναντία, λιμναζούσης τῆς χώρας, ἐκρήγμασιν ἀνακαλυφθῆναι τὴν πλείστην, καθάπερ τὴν † θάλατταν.

45. Ἔστι δὲ καὶ ἐν τῇ Γαδαρίδι ὕδωρ μοχθηρὸν

nonnulli mille stadiorum tradiderunt; præter maritimam vero oram non multum ultra ducenta stadia longitudine extenditur; statim a litore profundus est et aquam habet gravissimam, adeo ut urinatores in eo locum non habeant; nam vel qui umbilico tenus in eum procedit, statim extollitur; plenus est bitumine, quod e medio fundo temporibus non certis cum bullis quasi ferventis aquæ efflatur, ac tum superficies paludis curvata collis speciem præbet; simul vero etiam fuligo multa emittitur, fumosa illa quidem, sed visum fallens, a qua æri et argento et nitidis omnibus et ipsi etiam auro rubigo inducitur. Ex eo autem quod vasa æruginem contrahunt, accolæ intelligunt bituminis eruptionem appetere, ac sese arundineis ratibus ad id inquirendum accingunt. Bitumen est terræ gleba, quæ calore liquefacta efflatur atque diffunditur, rursumque in solidum corpus in aqua frigida coit, qualis est lacuum aqua: unde et sectione et incisione opus habet. Deinde in summo fluitat, propter aquæ naturam, quam diximus ingredientem nec urinare nec immergi posse, sed attolli. Ratibus autem adnavigantes, bitumen contundunt et quantum ejus quisque potest, auferunt.

43. Res ipsa igitur ita se habet. Posidonius vero narrat præstigiis deditos homines incantationibus uti, et lotia et alios hujusmodi fœtidos humores inspergere atque exprimere, quibus bitumen coaguletur; postea incidere; nisi forte aliqua lotii vis est, qualis in vesica calculo laborantium, ex quo sicut ex puerorum lotio chrysocolla conflatur. In medio autem lacus ista evenire consentaneum rationi est, quoniam ignis ac bituminis fons et copia in medio est; non stato autem efflatur tempore, quia ignis quoque motus, sicuti aliorum multorum flatuum ordinem non habet nobis manifestum. Ceterum similia etiam apud Apolloniam Epiroticam eveniunt.

44. Esse autem ignem in solo ejus regionis, multis etiam aliis signis docent; nam et petras asperas exustas circa Moasada ostendunt, et multis in locis fissuras et terram cinerulentam et picis guttas e petris destillantes, et quæ fœtorem in longinquum emittunt flumina ferventia, et habitationes passim eversas: ut iis fides haberi posse videatur, quæ ab indigenis prædicantur, in hoc loco tredecim urbes olim habitatas fuisse, quarum caput Sodoma adhuc sexaginta stadiorum habeat superstitem ambitum; terræ autem tremoribus et ignis aquarumque calidarum et bituminosarum ac sulphurearum eruptione exstitisse lacum, et saxa ignem concepisse, et urbium alias absorptas, alias ab iis, quicunque fugere potuissent, derelictas esse. Eratosthenes contra sentit, regionem olim stagnasse, eruptionibus autem factum esse, ut maxima ejus pars retegeretur, sicuti in Thessalia (τὴν Θετταλίαν).

45. In agro etiam Gadareno est aqua quædam pessima

Digitized by Google

λιμναῖον, οὗ τὰ γευσάμενα κτήνη τρίχας καὶ ὁπλὰς καὶ κέρατα ἀποβάλλει. ἐν δὲ ταῖς καλουμέναις Ταριχέαις ἡ λίμνη μὲν ταριχείας ἰχθύων ἀστείας παρέχει, φύει δὲ δένδρα καρποφόρα, μηλέαις ἐμφερῆ· χρῶνται δ' Αἰγύπτιοι τῇ ἀσφάλτῳ πρὸς τὰς ταριχείας τῶν νεκρῶν.

46. Πομπήιος μὲν οὖν περικόψας τινὰ τῶν ἐξιδιασθέντων ὑπὸ τῶν Ἰουδαίων κατὰ βίαν ἀπέδειξεν † Ἡρώδῃ τὴν ἱερωσύνην· τῶν δ' ἀπὸ γένους τις ὕστερον Ἡρώδης, ἀνὴρ ἐπιχώριος, παραδὺς εἰς τὴν ἱερωσύνην, τοσοῦτον διήνεγκε τῶν πρὸ αὐτοῦ, καὶ μάλιστα τῇ πρὸς Ῥωμαίους ὁμιλίᾳ καὶ πολιτείᾳ, ὥστε καὶ βασιλεὺς ἐχρημάτισε, ὄντος τὸ μὲν πρῶτον Ἀντωνίου τὴν ἐξουσίαν, ὕστερον δὲ καὶ Καίσαρος τοῦ Σεβαστοῦ· τῶν δ' υἱῶν τοὺς μὲν αὐτὸς ἀνεῖλεν, ὡς ἐπιβουλεύσαντας αὐτῷ, τοὺς δὲ τελευτῶν διαδόχους ἀπέλιπε, μερίδας αὐτοῖς ἀποδούς. Καῖσαρ δὲ καὶ τοὺς υἱοὺς ἐτίμησε τοῦ Ἡρώδου καὶ τὴν ἀδελφὴν Σαλώμην καὶ τὴν ταύτης θυγατέρα Βερενίκην· οὐ μέντοι εὐτύχησαν οἱ παῖδες, ἀλλ' ἐν αἰτίαις ἐγένοντο, καὶ ὁ μὲν ἐν φυγῇ διετέλει, παρὰ τοῖς Ἀλλόβριξι Γαλάταις λαβὼν οἴκησιν, οἱ δὲ θεραπείᾳ πολλῇ μόλις εὕροντο κάθοδον, τετραρχίας ἀποδειχθείσης ἑκατέρῳ.

ΚΕΦ. Γ'.

Ὑπέρκειται δὲ τῆς Ἰουδαίας καὶ τῆς Κοίλης Συρίας μέχρι Βαβυλωνίας καὶ τῆς τοῦ Εὐφράτου ποταμίας πρὸς νότον Ἀραβία πᾶσα χωρὶς τῶν ἐν τῇ Μεσοποταμίᾳ Σκηνιτῶν. περὶ μὲν οὖν τῆς Μεσοποταμίας καὶ τῶν νεμομένων αὐτὴν ἐθνῶν εἴρηται· τὰ δὲ πέραν τοῦ Εὐφράτου τὰ μὲν πρὸς ταῖς ἐκβολαῖς αὐτοῦ νέμονται Βαβυλώνιοι καὶ τὸ τῶν Χαλδαίων ἔθνος (εἴρηται δὲ [καὶ] περὶ τούτων), τὰ δ' ἑξῆς τῆς Μεσοποταμίας μέχρι Κοίλης Συρίας, τὸ μὲν πλησιάζον τῷ ποταμῷ † καὶ τὴν Μεσοποταμίαν Σκηνῖται κατέχουσιν Ἄραβες, δυναστείας ἀποτετμημένοι μικρὰς ἐν λυπροῖς χωρίοις διὰ τὰς ἀνυδρίας, γεωργοῦντες μὲν ἢ οὐδὲν ἢ μικρά, νομὰς δὲ ἔχοντες παντοδαπῶν θρεμμάτων, καὶ μάλιστα καμήλων· ὑπὲρ δὲ τούτων ἔρημός ἐστι πολλή· τὰ δὲ τούτων ἔτι νοτιώτερα ἔχουσιν οἱ τὴν εὐδαίμονα καλουμένην Ἀραβίαν οἰκοῦντες. ταύτης δὲ τὸ μὲν προσάρκτιον πλευρὸν ἡ λεχθεῖσά ἐστιν ἔρημος, τὸ δ' ἑῷον ὁ Περσικὸς κόλπος, τὸ δὲ ἑσπέριον ὁ Ἀράβιος, τὸ δὲ νότιον ἡ μεγάλη θάλαττα ἡ ἔξω τῶν κόλπων ἀμφοῖν, ἣν ἅπασαν Ἐρυθρὰν καλοῦσιν.

2. Ὁ μὲν οὖν Περσικὸς κόλπος λέγεται καὶ ἡ κατὰ Πέρσας θάλαττα. φησὶ δὲ περὶ αὐτῆς Ἐρατοσθένης οὕτως, ὅτι τὸ μὲν στόμα φησὶν εἶναι στενὸν οὕτως, ὥστ' ἐξ Ἁρμόζων, τοῦ τῆς Καρμανίας ἀκρωτηρίου, τῆς Ἀραβίας ἀφορᾶται τὸ ἐν Μάκαις· ἀπὸ δὲ τοῦ στόματος ἡ ἐν δεξιᾷ παραλία περιφερὴς οὖσα κατ' ἀρχὰς μὲν ἀπὸ τῆς Καρμανίας πρὸς ἕω μικρόν, εἶτα πρὸς ἄρκτον νεύει, καὶ μετὰ ταῦτα πρὸς τὴν ἑσπέραν μέχρι Τερηδόνος καὶ τῆς ἐκβολῆς τοῦ Εὐφράτου· περιέχει δὲ τήν τε Καρμανίων παραλίαν καὶ τὴν Περσῶν καὶ Σουσίων

in lacu, qua degustata, pecora pilos, ungues et cornua amittunt. Apud Tarichcas quas vocant, est lacus, qui optima salsamenta præbet; gignit etiam arbores fructiferas malis similes. Ægyptii bitumine ad mortuorum condituras utuntur.

46. Pompeius regionibus quibusdam, quas Judæi sibi violenter asciverant, resectis, Hyrcanum (Ὑρκανῷ) præfecit sacerdotio. Postmodum ex ea gente ortus Herodes in dignitatem istam irrepsit, tantum prædecessoribus, familiaritate maxime Romanorum suaque erga eos agendi ratione, præstitit ut rex quoque fuerit appellatus, Antonio primum, postea Cæsare Augusto potestatem ei concedente. De filiis alios ipse, ut eorum impetitus insidiis, interemit, alios moriens, assignata cuique portione, successores reliquit. Cæsar vero et Herodis filios, et sororem Salomen et Berenicen, ejus filiam, honore prosecutus est; attamen filiis res non feliciter cesserunt, qui rei facti, alter in exsilio apud Gallos Allobroges vitam exegit, reliqui ægre multis obsequiis reditum impetrarunt, et suam uterque tetrarchiam.

CAP. III.

Supra Judæam et Cœlesyriam usque ad Babyloniam et fluvialem Euphratis regionem austrum versus tota est Arabia, exceptis Scenitis, qui sunt in Mesopotamia. De Mesopotamia quidem et gentibus, quæ eam incolunt, jam dictum est; quæ vero trans Euphratem est regio, prope ostia fluvii a Babyloniis incolitur et Chaldæorum gente (de quibus item jam diximus); quæ vero Mesopotamiæ succedunt usque in Cœlesyriam, ubi flumini et Mesopotamiæ (τῇ M.) propinqua sunt, Arabes Scenitæ obtinent, in parvas divisi ditiones in locis propter aquarum inopiam sterilibus; agros aut nullos aut exiguos colentes, sed greges alentes omne genus pecoris, præsertim camelorum; ultra hos vero solitudo est multa; quæ vero his etiam magis versus austrum sunt, ab iis tenentur, qui felicem Arabiam incolunt. Cujus septentrionale latus faciunt jam dicta deserta, orientale Persicus sinus, occidentale Arabicus, austrinum mare magnum, quod extra utrumque sinum est, quodque totum mare Rubrum vocatur.

2. Persicus itaque sinus etiam Persicum mare appellatur; de quo Eratosthenes ita narrat: ostium ait adeo angustum esse, ut ex Harmozis, Carmaniæ promontorio, Arabiæ conspiciatur promontorium quod est apud Macas. A faucibus autem ora, quæ a dextris est, quum curva sit, principio quidem a Carmania paululum orientem versus, postea ad septentrionem vergit, hinc versus occidentem usque ad Teredonem et Euphratis ostia; complectitur autem et Carmaniorum oram et Persarum et Susianorum et

Digitized by Google

καὶ Βαβυλωνίων ἀπὸ μέρους, ὅσον μυρίων οὖσα σταδίων· περὶ ὧν καὶ ἡμεῖς εἰρήκαμεν· τὸ δ' ἐντεῦθεν ἑξῆς ἐπὶ τὸ στόμα πάλιν ἄλλοι τοσοῦτοι, καθάπερ καὶ Ἀνδροσθένη λέγειν φησὶ τὸν Θάσιον, τὸν καὶ Νεάρχῳ συμπλεύσαντα † καθ' αὑτόν· ὥστε δῆλον ἐκ τούτων εἶναι, διότι μικρὸν ἀπολείπεται τῷ μεγέθει τῆς κατὰ τὸν Εὔξεινον θαλάττης αὕτη ἡ θάλατται· λέγειν δέ φησιν ἐκεῖνον περιπεπλευκότα στόλῳ τὸν κόλπον, ὅτι ἀπὸ Τερηδόνος ἑξῆς ἐν δεξιᾷ ἔχοντι τὴν ἤπειρον ὁ παράπλους ἔχει προκειμένην νῆσον Ἴκαρον, καὶ ἱερὸν Ἀπόλλωνος ἅγιον ἐν αὐτῇ καὶ μαντεῖον Ταυροπόλου.

3. Παραπλεύσαντι δὲ τῆς Ἀραβίας εἰς δισχιλίους καὶ τετρακοσίους σταδίους ἐν βαθεῖ κόλπῳ κεῖται πόλις Γέρρα, Χαλδαίων φυγάδων ἐκ Βαβυλῶνος οἰκούντων γῆν ἁλμυρίδα καὶ ἐχόντων ἁλίνας τὰς οἰκίας, ἃς, ἐπειδὴ λεπίδες τῶν ἁλῶν ἀφιστάμεναι κατὰ τὴν ἐπίκαυσιν τὴν ἐκ τῶν ἡλίων συνεχεῖς ἀποπίπτουσι, καταρραίνοντες ὕδασι πυκνὰ τοὺς τοίχους συνέχουσι· διέχει δὲ τῆς θαλάττης διακοσίους σταδίους ἡ πόλις· πεζέμποροι δ' εἰσὶν οἱ Γερραῖοι τὸ πλέον τῶν Ἀραβίων φορτίων καὶ ἀρωμάτων. Ἀριστόβουλος δὲ τοὐναντίον φησὶ τοὺς Γερραίους τὰ πολλὰ σχεδίαις εἰς τὴν Βαβυλωνίαν ἐμπορεύεσθαι, ἐκεῖθεν δὲ τῷ Εὐφράτῃ τὰ φορτία ἀναπλεῖν εἰς Θάψακον, εἶτα πεζῇ κομίζεσθαι πάντῃ.

4. Πλεύσαντι δ' ἐπὶ πλέον ἄλλαι νῆσοι, Τύρος καὶ Ἄραδος, εἰσίν, ἱερὰ ἔχουσαι τοῖς Φοινικικοῖς ὅμοια· καί φασί γε οἱ ἐν αὐταῖς οἰκοῦντες τὰς ὁμωνύμους τῶν Φοινίκων νήσους καὶ πόλεις ἀποίκους ἑαυτῶν. διέχουσι δὲ αἱ νῆσοι αὗται Τερηδόνος μὲν δεχήμερον πλοῦν, τῆς δὲ κατὰ τὸ στόμα ἄκρας τῆς ἐν Μάκαις ἡμερήσιον.

5. Ἀπὸ δὲ τῆς Καρμανίας εἰρήκασι καὶ Νέαρχος καὶ Ὀρθαγόρας νῆσον Ὠγυρὶν κεῖσθαι πρὸς νότον πελαγίαν ἐν δισχιλίοις σταδίοις, ἐν ᾗ τάφος Ἐρύθρα δείκνυται, χῶμα μέγα ἀγρίοις φοίνιξι κατάφυτον· τοῦτον δὲ βασιλεῦσαι τῶν τόπων καὶ ἀπ' αὐτοῦ τὴν θάλατταν ἐπώνυμον καταλιπεῖν· δηλῶσαι δὲ ταῦτά φησιν αὐτοῖς Μιθρωπάστην τὸν Ἀρῆνου τοῦ Φρυγίας σατράπου, φυγόντα μὲν Δαρεῖον, διατρίψαντα δ' ἐν τῇ νήσῳ, συμμίξαντα δὲ αὐτοῖς καταχθεῖσιν εἰς τὸν Περσικὸν κόλπον καὶ ζητοῦντα κάθοδον δι' αὐτῶν εἰς τὴν οἰκείαν.

6. Καθ' ὅλην δὲ τὴν τῆς Ἐρυθρᾶς παραλίαν κατὰ βυθοῦ φύεται δένδρα ὅμοια δάφνῃ καὶ ἐλαίᾳ, ταῖς μὲν ἀμπώτισιν ὅλα ὑπερφανῆ γιγνόμενα, ταῖς δὲ πλημμυρίσιν ἔσθ' ὅτε ὅλα καλυπτόμενα, καὶ ταῦτα τῆς ὑπερκειμένης γῆς ἀδένδρου οὔσης, ὥστε ἐπιτείνεσθαι τὸ παράδοξον. περὶ μὲν οὖν τῆς κατὰ Πέρσας θαλάττης, ἣν ἑῴαν πλευρὰν ἔφαμεν εἶναι τῆς εὐδαίμονος Ἀραβίας, τοιαῦτα εἴρηκεν Ἐρατοσθένης.

7. Φησὶ δ' ὁ Νέαρχος τὸν Μιθρωπάστην ἐντυχεῖν αὐτοῖς μετὰ Μαζήνου· τὸν δὲ Μαζήνην ἐπάρχειν νήσου τινὸς τῶν ἐν τῷ Περσικῷ κόλπῳ· καλεῖσθαι δὲ τὴν νῆσον Δωράκτα· εἰς ταύτην δὲ τὸν Μιθρωπάστην καταφυγόντα ξενίας τυχεῖν κατὰ τὴν ἐξ Ὠγύριος γενομένην

Babyloniæ ex parte, adeo ut sit decies fere mille stadiorum, de quibus nos quoque diximus (15, 2, 14). Hinc protinus usque ad os alia totidem stadia sunt, sicut etiam Androsthenem Thasium tradere dicit, qui et cum Nearcho navigavit, *et Arabicam oram præternavigavit* [καὶ τὴν Ἀράβων παραλίαν παραπλεύσαντα] pro se seorsum, ut perspicuum ex his sit mare hoc magnitudine non multum superari a mari Euxino. Porro tradere ait Thasium illum, cum classe sinus oram circumvectum, a Teredone naviganti, ac deinceps continentem a dextris habenti, insulam Icarum (Icarium *codd.*) oræ projectam apparere, et Apollinis templum in ea sanctum atque oraculum *Dianæ* Tauropolæ.

3. Ubi oram Arabiæ legeris ad bis mille et quadringenta stadia, in profundo sinu urbs jacet nomine Gerrha, quam Chaldæi tenent, e Babylonia extorres, loca salsa et domos ex sale factas habitantes; has, quum salis squamæ propter solis ardorem abscedentes continue cadant, crebro aquis adspergunt, atque eo pacto continuitatem parietum tutantur. Hæc urbs stadiis ducentis a mari distat. Gerrhæi negotiatione ut plurimum terrestri tractant Arabum merces et aromata. Aristobulus contra ait Gerrhæos merces plurimas in Babyloniam ratibus importare, hinc vero per Euphratem usque ad Thapsacum vehere, postea quo libeat pedestri itinere eas ferri.

4. Naviganti ulterius sunt aliæ insulæ, Tyrus et Aradus, quæ templa Phœniciis similia habent; quodsi incolas earum audias, insulæ et urbes, quæ Phœnices eodem nomine habent, ipsorum forent coloniæ. Distant hæ insulæ a Teredone decem dierum navigatione, a promontorio vero, quod est in ore apud Macas, unius.

5. Nearchus et Orthagoras perhibent, Ogyrin (Tyrinen *codd.*) insulam in alto mari versus austrum jacere, duobus millibus stadiorum a Carmania distantem, in qua Erythræ sepulcrum ostenditur, magnus tumulus silvestribus palmis consitus; hunc vero in iis locis regnasse, et de se mari nomen reliquisse; atque hæc sibi a Mithropasta, Arsitæ (Ἀρσίτου) filio, satrapæ Phrygiæ, patefacta, qui Darium fugiens, in ea insula degisset, et cum ipsis congressus in Persicum sinum delatis, reditum in patriam opera ipsorum ambivisset.

6. In tota Rubri maris ora arbores in profundo nascuntur, lauro et oleæ adsimiles, quæ, quum resorbetur mare, totæ deteguntur, eo affluente nonnunquam totæ obruuntur, quod eo fit mirandum magis, quia tota superjacens regio arboribus caret. De Persico itaque mari, quod nos orientale latus felicis Arabiæ diximus, talia Eratosthenes tradidit.

7. Nearchus ait Mithropastem ipsis cum Mazena occurrisse; Mazenam vero insulæ cuidam in Persico sinu præfuisse; vocari insulam Doracta (*Aoracta* s. *Oaracta?*); ac Mithropastem ex Ogyri discedentem in hanc insulam confugisse ibique hospitio acceptum fuisse atque sic Maze-

Digitized by Google

ἄφοδον, καὶ δὴ καὶ συνελθεῖν τῷ Μαζήνῃ συσταθησόμενον τοῖς ἐν τῷ στόλῳ Μακεδόσι, τὸν δὲ Μαζήνην καὶ καθηγεμόνα τοῦ πλοῦ γενέσθαι. λέγει δὲ καὶ ἐν ἀρχῇ τοῦ Περσικοῦ παράπλου νῆσον, ἐν ᾗ μαργαρίτης πολὺς καὶ πολυτίμητός ἐστιν, ἐν ἄλλαις δὲ ψῆφοι τῶν διαυγῶν καὶ λαμπρῶν· ἐν δὲ ταῖς πρὸ τοῦ Εὐφράτου νήσοις δένδρα φύεσθαι λιβάνου πνέοντα, ὧν τὰς ῥίζας κλωμένων ὀπὸν ῥεῖν· παγούρων δὲ καὶ ἐχίνων μεγέθη, ὅπερ κοινὸν ἐν πάσῃ τῇ ἔξω θαλάττῃ· τοὺς μὲν γὰρ εἶναι μείζους καυσιῶν, τοὺς δὲ καὶ δικοτύλους· ἐποχεῖλαν δὲ κῆτος ἰδεῖν πεντήκοντα πηχῶν.

ΚΕΦ. Δ'.

Ἀρχὴ δὲ τῆς Ἀραβίας ἀπὸ τῆς Βαβυλωνίας ἐστὶν ἡ Μαικηνή· πρόκειται δὲ ταύτης τῇ μὲν ἡ ἔρημος τῶν Ἀράβων, τῇ δὲ τὰ ἕλη τὰ κατὰ Χαλδαίους, ἃ ποιεῖ παρεκχεόμενος ὁ Εὐφράτης, τῇ δὲ ἡ κατὰ Πέρσας θάλαττα, δυσάερος [δὲ] οὖσα καὶ ὁμιχλώδης καὶ ἔομβρος ἅμα καὶ καυματηρά, καλλίκαρπος (δέ) ἐστιν ὅμως· ἡ δ' ἄμπελος ἐν ἕλεσι φύεται, καλαμίναις ῥιψὶν ἐπιβαλλομένης γῆς, ὅση δέξαιτ' ἂν τὸ φυτόν, ὥστε φορητὴν γίνεσθαι πολλάκις, εἶτα κοντοῖς ἀπωθεῖσθαι πάλιν εἰς τὴν οἰκείαν ἕδραν.

2. Ἐπάνειμι δὲ ἐπὶ τὰς Ἐρατοσθένους ἀποφάσεις, ἃς ἑξῆς περὶ τῆς Ἀραβίας ἐκτίθεται. φησὶ δὲ περὶ τῆς προσαρκτίου καὶ ἐρήμης, ἥτις ἐστὶ μεταξὺ τῆς τε εὐδαίμονος Ἀραβίας καὶ τῆς Κοιλοσύρων καὶ τῶν Ἰουδαίων, μέχρι τοῦ μυχοῦ τοῦ Ἀραβίου κόλπου, διότι ἀπὸ Ἡρώων πόλεως, ἥτις ἐστὶ πρὸς τῷ Νείλῳ μυχὸς τοῦ Ἀραβίου κόλπου, πρὸς μὲν τὴν Ναβαταίων Πέτραν εἰς Βαβυλῶνα πεντακισχίλιοι ἑξακόσιοι, πᾶσα μὲν πρὸς ἀνατολὰς θερινάς, διὰ δὲ τῶν παρακειμένων Ἀραβίων ἐθνῶν Ναβαταίων τε καὶ Χαυλοταίων καὶ Ἀγραίων· ὑπὲρ δὲ τούτων ἡ Εὐδαίμων ἐστίν, ἐπὶ μυρίους καὶ δισχιλίους ἐκκειμένη σταδίους πρὸς νότον μέχρι τοῦ Ἀτλαντικοῦ πελάγους. ἔχουσι δ' αὐτὴν οἱ μὲν πρῶτοι μετὰ τοὺς Σύρους καὶ τοὺς Ἰουδαίους ἄνθρωποι γεωργοί· μετὰ δὲ τούτους δίαμμός ἐστι γῆ καὶ λυπρά, φοίνικας ἔχουσα ὀλίγους καὶ ἄκανθαν καὶ μυρίκην καὶ ὀρυκτὰ ὕδατα, καθάπερ καὶ ἡ Γεδρωσία· σκηνῖται δ' ἔχουσιν αὐτὴν Ἄραβες καὶ καμηλοβοσκοί. τὰ δ' ἔσχατα πρὸς νότον καὶ ἀνταίροντα τῇ Αἰθιοπίᾳ βρέχεταί τε θερινοῖς ὄμβροις καὶ δισπορεῖται παραπλησίως τῇ Ἰνδικῇ, ποταμοὺς δ' ἔχει καταναλισκομένους εἰς πεδία καὶ λίμνας, εὐκαρπία δ' ἐστὶν ἥ τε ἄλλη καὶ μελιτουργεία δαψιλῆ, βοσκημάτων τε ἀφθονία πλὴν ἵππων καὶ ἡμιόνων καὶ ὑῶν, ὄρνεά τε παντοῖα πλὴν χηνῶν καὶ ἀλεκτορίδων. κατοικεῖ δὲ τὰ μέγιστα τέτταρα ἔθνη τὴν ἐσχάτην λεχθεῖσαν χώραν· Μιναῖοι μὲν ἐν τῷ πρὸς τὴν Ἐρυθρὰν μέρει, πόλις δ' αὐτῶν ἡ μεγίστη Κάρνα ἢ Κάρναν· ἐχόμενοι δὲ τούτων Σαβαῖοι, μητρόπολις δ' αὐτῶν Μαρίαβα· τρίτοι δὲ Κατταβανεῖς, καθήκοντες πρὸς τὰ στενὰ καὶ τὴν διάβασιν

nam convenisse, ut ab eo commendaretur Macedonicæ classi; ipsum vero Mazenam etiam ducem navigationis fuisse. Dicit etiam in Persicæ oræ initio insulam esse, in qua multi et pretiosi uniones gignantur, dum in aliis reperiantur clari et pellucidi lapilli; in insulis autem quæ sint ante Euphratem, arbores tus redolentes nasci, quarum radices fractæ succum effundant, item miras pagurorum atque echinorum magnitudines, quod omni exteriori mari commune est; hos enim pileis esse majores, illos duorum acetabulorum; vidisse etiam cetum in oram impactum quinquaginta cubitorum.

CAP. IV.

Arabiæ initium a Babylonia est regio *Mæsena*. Ante hanc jacent ab una parte Arabum deserta, ab altera Chaldæorum paludes, quas Euphrates effusus facit, a tertia parte mare Persicum. Ea etsi gravem ac nebulosum aerem habet, simulque pluviosa est et æstuosa, fructus tamen optimos producit. Vitis in paludibus nascitur, terra in arundineis cratibus imposita, quanta stirpem recipiat: ut sæpe etiam ab aqua deferatur, et rursus in pristinam sedem contis propellatur.

occasionibus, non prorsus innotuerit imbrium historia ejus ætatis hominibus, præsertim quum sacerdotes curiosius in sacros libros referrent et confirmarent, quæ subtilioris aliquid haberent cognitionis. Etenim si quid aliud, hoc dignum disquisitione erat quod adhuc quæri solet, cur nempe æstate et non hieme, in partibus australissimis imbres cadant, in Thebaide vero et circa Syenen non item? Illud vero, num ex imbribus Nilus augeatur, non erat quærendum, neque in hanc rem talibus opus erat testibus, quales producit Posidonius; ait enim Callisthenem tradere æstivos imbres causam esse; idque hunc ab Aristotele sumpsisse, Aristotelem vero a Thrasyalce Thasio, qui unus fuit ex antiquis physicis; Thrasyalcem autem ab alio (*a Thalete?*), atque illum ab Homero, qui Nilum cœlitus delapsum dicat (*Od.* 4, 481):

Rursus ad Ægypti cœlo delapsa fluenta.

Verum istæc mitto, quum a multis sint tractata, de quibus satis sit duos afferre, qui ætate nostra de Nilo scripserunt, Eudorum et Aristonem Peripateticum. Hi, dempto ordine, cetera omnia et stylo et argumentis iisdem fere uterque posuerunt. Itaque libros inter se collaturus, quum exemplarium copia nulla fieret, alterum cum altero comparavi; uter autem alterius compilaverit scriptum, fortasse Ammonis oraculo doceri aliquis possit. Eudorus quidem Aristonem eo nomine incusat, sed dicendi genus potius est Aristoneum. Ceterum prisci id solum Ægyptum vocavere, quod habitatur et a Nilo irrigatur, inde a locis Syenæ proximis incipientes usque ad mare; recentiores vero ad hoc usque tempus, ab orientali regione omnes fere partes assumpserunt, quæ inter Arabicum sinum sunt atque Nilum (Æthiopes Rubro mari non adeo utuntur); ab occidente vero loca usque ad Auases, quæ vocantur, et in ora maritima ab ostio Canopico usque ad eum locum, qui Catabathmus dicitur, et Cyrenæorum ditionem. Nam Ptolemaici reges eo usque dominationem protulerunt suam, qui quidem etiam Cyrenaicam sub se habuerunt, separatim ab Ægypto Cyproque. Romani, qui postea successerunt, provinciam Ægyptum iisdem finibus inclusam servarunt. Auases Ægyptii regiones vocant habitatas et maximis desertis circumdatas, quasi quasdam pelagi insulas, quales sæpe occurrunt in Libya; tres vero sunt Ægypto finitimæ et ei subditæ. Hæc igitur de Ægypto in universum et summatim dicimus; nunc singula regionis et quæ habeat præclara persequemur.

6. Initium autem ab Alexandria faciemus et locis ei vicinis, quum hujus tractationis præcipuam partem ea occupent. Ergo maritima ora a Pelusio usque ad Canopicum ostium ad occidentem naviganti est mille fere et trecentorum stadiorum, quod et basim ipsius Delta diximus; hinc ad Pharum insulam alia sunt stadia centum et quinquaginta.

Digitized by Google

νῆσον ἄλλοι στάδιοι πεντήκοντα πρὸς τοῖς ἑκατόν. ἡ δὲ Φάρος νησίον ἐστὶ παράμηκες, προσεχέστατον τῇ ἠπείρῳ, λιμένα πρὸς αὐτὴν ποιοῦν ἀμφίστομον. ἠιὼν γάρ ἐστι κολπώδης, ἄκρας εἰς τὸ πέλαγος προβεβλη-
5 μένη δύο· τούτων δὲ μεταξὺ ἡ νῆσος ἵδρυται κλείουσα τὸν κόλπον, παραβέβληται γὰρ αὐτῷ κατὰ μῆκος· τῶν δ' ἄκρων τῆς Φάρου τὸ μὲν ἑῷον μᾶλλόν ἐστι προσεχὲς τῇ ἠπείρῳ καὶ τῇ κατ' αὐτὴν ἄκρᾳ (καλεῖται δ' ἄκρα Λοχιάς), καὶ ποιεῖ τὸν λιμένα ἀρτίστομον· πρὸς δὲ τῇ
10 στενότητι τοῦ μεταξὺ πόρου καὶ πέτραι εἰσίν, αἱ μὲν ὕφαλοι, αἱ δὲ καὶ ἐξέχουσαι, τραχύνουσαι πᾶσαν ὥραν τὸ προσπῖπτον ἐκ τοῦ πελάγους κλυδώνιον. ἔστι δὲ καὶ αὐτὸ τὸ τῆς νησῖδος ἄκρον πέτρα περίκλυστος, ἔχουσα πύργον θαυμαστῶς κατεσκευασμένον λευκοῦ λίθου πο-
15 λυόροφον, ὁμώνυμον τῇ νήσῳ· τοῦτον δ' ἀνέθηκε Σώστρατος Κνίδιος, φίλος τῶν βασιλέων, τῆς τῶν πλωιζομένων σωτηρίας χάριν, ὥς φησιν ἡ ἐπιγραφή. ἁλιμένου γὰρ οὔσης καὶ ταπεινῆς τῆς ἑκατέρωθεν παραλίας, ἐχούσης δὲ καὶ χοιράδας καὶ βράχη τινά, ἔδει σημείου
20 τινὸς ὑψηλοῦ καὶ λαμπροῦ τοῖς ἀπὸ τοῦ πελάγους προσπλέουσιν, ὥστ' εὐστοχεῖν τῆς εἰσβολῆς τοῦ λιμένος. καὶ τὸ ἑσπέριον δὲ στόμα οὐκ εὐείσβολόν ἐστιν, οὐ μὴν τοσαύτης γε δεῖται προνοίας· ποιεῖ δὲ καὶ τοῦτο ἄλλον λιμένα τὸν τοῦ Εὐνόστου καλούμενον· πρόκειται δ' οὗ-
25 τος τοῦ ὀρυκτοῦ καὶ κλειστοῦ λιμένος· ὁ μὲν γὰρ ἐκ τοῦ λεχθέντος πύργου τῆς Φάρου τὸν εἴσπλουν ἔχων ὁ μέγας ἐστὶ λιμήν· οὗτοι δὲ συνεχεῖς ἐν βάθει ἐκείνῳ, τῷ ἑπτασταδίῳ καλουμένῳ χώματι διειργόμενοι ἀπ' αὐτοῦ, παράκεινται· τὸ δὲ χῶμά ἐστιν ἀπὸ τῆς ἠπείρου γέφυρα
30 ἐπὶ τὴν νῆσον κατὰ τὸ ἑσπέριον αὐτῆς μέρος ἐκτεταμένη, δύο διάπλους ἀπολείπουσα μόνον εἰς τὸν Εὐνόστου λιμένα, καὶ αὐτοὺς γεγεφυρωμένους· ἦν δ' οὐ γέφυρα μόνον ἐπὶ τὴν νῆσον τὸ ἔργον τοῦτο, ἀλλὰ καὶ ὑδραγώγιον, ὅτε γε ᾠκεῖτο· νῦν δ' ἠρήμωσεν αὐτὴν ὁ θεὸς Καῖ-
35 σαρ ἐν τῷ πρὸς Ἀλεξανδρέας πολέμῳ, τεταγμένην μετὰ τῶν βασιλέων· ὀλίγοι δ' οἰκοῦσι πρὸς τῷ πύργῳ ναυτικοὶ ἄνδρες. ὁ γοῦν μέγας λιμὴν πρὸς τῷ κεκλεῖσθαι καλῶς τῷ τε χώματι καὶ τῇ φύσει, ἀγχιβαθής τέ ἐστιν, ὥστε τὴν μεγίστην ναῦν ἐπὶ κλίμακος ὁρμεῖν,
40 καὶ εἰς πλείους σχίζεται λιμένας. οἱ μὲν οὖν πρότεροι τῶν Αἰγυπτίων βασιλεῖς, ἀγαπῶντες οἷς εἶχον καὶ οὐ πάνυ ἐπεισάκτων δεόμενοι, διαβεβλημένοι πρὸς ἅπαντας τοὺς πλέοντας, καὶ μάλιστα τοὺς Ἕλληνας (πορθηταὶ γὰρ ἦσαν καὶ ἐπιθυμηταὶ τῆς ἀλλοτρίας κατὰ
45 σπάνιν γῆς), ἐπέστησαν φυλακὴν τῷ τόπῳ τούτῳ, κελεύσαντες ἀπείργειν τοὺς προσιόντας· κατοικίαν δ' αὐτοῖς ἔδοσαν τὴν προσαγορευομένην Ῥακῶτιν, ἣ νῦν μὲν τῆς Ἀλεξανδρέων πόλεώς ἐστι μέρος τὸ ὑπερκείμενον τῶν νεωρίων, τότε δὲ κώμη ὑπῆρχε· τὰ δὲ κύκλῳ τῆς
50 κώμης βουκόλοις παρέδοσαν, δυναμένοις καὶ αὐτοῖς κωλύειν τοὺς ἔξωθεν ἐπιόντας. ἐπελθὼν δὲ Ἀλέξανδρος, ἰδὼν τὴν εὐκαιρίαν, ἔγνω τειχίζειν ἐπὶ τῷ λιμένι τὴν πόλιν· τῆς δ' ὕστερον ἐπηκολουθηκυίας εὐδαιμονίας τῇ πόλει μνημονεύουσί τι σημεῖον κατὰ τὴν ὑπογραφὴν

Pharus exigua est insula oblonga, quæ continenti adjacet, ancipitem ad eam portum faciens. Est enim litus sinuosum, quod duo promontoria in mare emittit, inter quæ insula jacet portum claudens, cui per longum objicitur; de Phari promontoriis orientale magis continentem et oppositum sibi promontorium, cui Lochias nomen, attingit, et portum efficit ore arcto. Accedit ad angustias portus, quod in intermedio freto petræ sunt, partim aquis opertæ, partim eminentes, continue occurrentem ex pelago fluctum exasperantes. Ipsum adeo insulæ promontorium est petra quædam mari circumdata, turrim habens ex albo lapide mirifice structam multis fastigiis, eodem, quo insula, nomine. Eam Sostratus Cnidius, regum amicus, posuit ob navigantium salutem, ut testatur inscriptio. Nam quum ora ex utraque parte importuosa et humilis esset, cautesque ac brevia haberet: signo aliquo opus fuit alto et splendente, quo usi navigantes ex alto portus ingressum contingere possent. Occiduum etiam ostium, quamquam non tutum ingressum habet, non tamen tanta indiget providentia; sed hoc quoque alium portum efficit, qui Eunosti dicitur. Hic ante effossum et clausum portum jacet; qui enim ex dicta Phari turri ingressum habet, is maximus portus est; hi vero continui in secessu illo adjacent, a magno portu dirempti aggere, qui Heptastadium appellatur. Agger ille est pons quidam a continenti in insulam ad occidentalem ejus partem porrectus, duos tantum transitus navigantibus relinquens in Eunosti portum, ipsos quoque ponte junctos; quod opus non modo pons erat in insulam, sed etiam aquæ ductus, illo saltem tempore quo habitabatur insula; nunc divus Cæsar eam in Alexandrino bello (in quo pro regibus contra ipsum steterat) evastavit; pauci tamen nautæ juxta turrim habitant. Maximus quidem portus, præterquam quod et natura et aggere bene clauditur, profundus est adeo proxime ipsum litus, ut maxima etiam navis ad ipsos gradus ejus applicari tuto possit; et in portus complures scinditur. Enimvero primi Ægyptiorum reges suis contenti opibus, nec importata aliunde magnopere desiderantes, omnibus exteris navigantibus infensi erant, maxime vero Græcis (qui ob soli penuriam populari atque appetere aliena solebant), ideoque custodes huic loco imposuerunt, qui appellentes arcerent; habitandam iis dederunt Rhacotin, quæ nunc Alexandriæ pars est, navalibus imminens, tunc vicus erat. Quæ in orbem vico circumjacebant, bubulcis tradidere, qui ipsi quoque vires haberent ad arcendos extraneos. Quum autem Alexander eo venisset, loci opportunitate perspecta, statuit urbem ad portum esse muniendam. Futuram urbis felicitatem, quæ consecuta est, ferunt ostento in ipsa operis designatione

Digitized by Google

τοῦ κτίσματος συμβάν· τῶν γὰρ ἀρχιτεκτόνων γῇ λευκῇ διασημαινομένων τὴν τοῦ περιβόλου γραμμήν, ἐπιλιπούσης τῆς γῆς καὶ τοῦ βασιλέως ἐπιόντος, οἱ διοικηταὶ τῶν ἀλφίτων μέρος τῶν παρεσκευασμένων τοῖς ἐργάταις παρέσχον, δι' ὧν καὶ αἱ ὁδοὶ κατετμήθησαν εἰς πλείους· τοῦτ' οὖν οἰωνίσθαι λέγονται πρὸς ἀγαθοῦ γεγονός.

7. Ἡ δ' εὐκαιρία πολύτροπος· ἀμφίκλυστόν τε γάρ ἐστι τὸ χωρίον δυσὶ πελάγεσι, τῷ μὲν ἀπὸ τῶν ἄρκτων τῷ Αἰγυπτίῳ λεγομένῳ, τῷ δ' ἀπὸ μεσημβρίας τῷ τῆς λίμνης τῆς Μαρείας, ἣ καὶ Μαρεῶτις λέγεται· πληροῖ δὲ ταύτην πολλαῖς διώρυξιν ὁ Νεῖλος, ἄνωθέν τε καὶ ἐκ πλαγίων, δι' ὧν τὰ εἰσκομιζόμενα πολλῷ πλείω τῶν ἀπὸ θαλάττης ἐστίν, ὥσθ' ὁ λιμὴν ὁ λιμναῖος ὑπῆρχε πλουσιώτερος τοῦ θαλαττίου· ταύτῃ δὲ καὶ τὰ ἐκκομιζόμενα ἐξ Ἀλεξανδρείας πλείω τῶν εἰσκομιζομένων ἐστί· γνοίη δ' ἄν τις ἔν τε τῇ Ἀλεξανδρείᾳ καὶ τῇ Δικαιαρχίᾳ γενόμενος, ὁρῶν τὰς ὁλκάδας ἔν τε τῷ κατάπλῳ καὶ ἐν ταῖς ἀναγωγαῖς, ὅσον βαρύτεραί τε καὶ κουφότεραι δεῦρο κἀκεῖσε πλέοιεν. πρὸς δὲ τῷ πλούτῳ τῶν καταγομένων ἑκατέρωσε εἴς τε τὸν κατὰ θάλατταν λιμένα καὶ εἰς τὸν λιμναῖον καὶ τὸ εὐάερον ἄξιον σημειώσεώς ἐστιν· ὃ καὶ αὐτὸ συμβαίνει διὰ τὸ ἀμφίκλυστον καὶ τὸ εὔκαιρον τῆς ἀναβάσεως τοῦ Νείλου. αἱ μὲν γὰρ ἄλλαι πόλεις αἱ ἐπὶ λιμνῶν ἱδρυμέναι βαρεῖς καὶ πνιγώδεις ἔχουσι τοὺς ἀέρας ἐν τοῖς καύμασι τοῦ θέρους· ἐπὶ γὰρ τοῖς χείλεσιν αἱ λίμναι τελματοῦνται διὰ τὴν ἐκ τῶν ἡλίων ἀναθυμίασιν· βορβορώδους οὖν ἀναφερομένης τοσαύτης ἰκμάδος, νοσώδης ὁ ἀὴρ ἕλκεται καὶ λοιμικῶν κατάρχει παθῶν. ἐν Ἀλεξανδρείᾳ δὲ τοῦ θέρους ἀρχομένου πληρούμενος ὁ Νεῖλος πληροῖ καὶ τὴν λίμνην καὶ οὐδὲν ἐᾷ τελματῶδες τὸ τὴν ἀναφορὰν ποιῆσον μοχθηράν· τότε δὲ καὶ οἱ ἐτησίαι πνέουσιν ἐκ τῶν βορείων καὶ τοῦ τοσούτου πελάγους, ὥστε κάλλιστα τοῦ θέρους Ἀλεξανδρεῖς διάγουσιν.

8. Ἔστι δὲ χλαμυδοειδὲς τὸ σχῆμα τοῦ ἐδάφους τῆς πόλεως· οὗ τὰ μὲν ἐπὶ μῆκος πλευρά ἐστι τὰ ἀμφίκλυστα, ὅσον τριάκοντα σταδίων ἔχοντα διάμετρον, τὰ δὲ ἐπὶ πλάτος οἱ ἰσθμοί, ἑπτὰ ἢ ὀκτὼ σταδίων ἑκάτερος, σφιγγόμενος τῇ μὲν ὑπὸ θαλάττης, τῇ δ' ὑπὸ τῆς λίμνης. ἅπασα μὲν ὁδοῖς κατατέτμηται ἱππηλάτοις καὶ ἁρματηλάτοις, δυσὶ δὲ πλατυτάταις, ἐπὶ πλέον ἢ πλέθρον ἀναπεπταμέναις, αἳ δὴ δίχα καὶ πρὸς ὀρθὰς τέμνουσιν ἀλλήλας. ἔχει δ' ἡ πόλις τεμένη (τά) τε κοινὰ κάλλιστα καὶ τὰ βασίλεια, τέταρτον ἢ καὶ τρίτον τοῦ παντὸς περιβόλου μέρος· τῶν γὰρ βασιλέων ἕκαστος ὥσπερ τοῖς κοινοῖς ἀναθήμασι προσεφιλοκάλει τινὰ κόσμον, οὕτω καὶ οἴκησιν ἰδίᾳ περιεβάλλετο πρὸς ταῖς ὑπαρχούσαις, ὥστε νῦν τὸ τοῦ ποιητοῦ,

ἐξ ἑτέρων ἕτερ' ἐστίν·

ἅπαντα μέντοι συναφῆ καὶ ἀλλήλοις καὶ τῷ λιμένι, καὶ ὅσα ἔξω αὐτοῦ. τῶν δὲ βασιλείων μέρος ἐστὶ καὶ τὸ Μουσεῖον, ἔχον περίπατον καὶ ἐξέδραν καὶ οἶκον μέγαν,

fuisse præmonstratam; architectis enim ambitus lineam gypso designantibus, quum adventante rege gypsum deficeret, farinæ operariis destinatæ a procuratoribus fuisse præbitam partem, qua etiam compitorum plures divisiones delineaverint; eam igitur rem visam fuisse boni ominis.

7. Commoditates urbs habet non unius modo generis. Duo enim maria locum alluunt, alterum a septentrione, quod Ægyptium dicitur, alterum a meridie, quod Maria palus vel etiam Mareotis appellatur; eam Nilus multis fossis tum e superioribus partibus, tum e lateribus actis implet, per quas multo plura importantur, quam e mari, adeo ut palustris portus ditior sit marino. Ibi vero etiam quæ ex Alexandria exportantur plura sunt quam quæ importantur. Facile id cognoverit qui Alexandriæ et Dicæarchiæ fuerit, observaveritque onerarias naves et venientes et abeuntes, quanto graviores aut leviores ultro citroque navigent. Jam præter opes, quæ ex utraque parte et in maris et in lacus portum advehuntur, aeris temperies digna est memoratu: quæ ipsa quoque idcirco contingit, quod urbs utrimque alluitur, et Nilus incrementa commode facit. Quippe ceteræ urbes, quæ ad latus sitæ sunt, gravem et præfocantem aerem in æstivis ardoribus habent; nam propter vapores a sole excitatos cœnum in lacuum labris cogitur, unde cœnoso humore exhalante, aer morbidus attrahitur, ac pestilentiæ initium præbet. At Alexandriæ incipiente æstate Nilus auctus auget etiam lacum, et nullum cœno locum relinquit, unde malignus aliquis posset vapor exhalare. Huc accedit quod eodem tempore etiam etesiæ a borealibus partibus et tanto pelago adspirant, adeo ut Alexandrini optime æstatem agant.

8. Urbis solum chlamydis figuram habet, cujus latera, quæ in longum tendunt, ea sunt quæ aqua utrinque alluuntur, triginta fere stadiorum habentia diametrum, latera vero, quæ in latum tendunt, isthmi sunt, quorum uterque, septem octove stadiorum, hinc mari, illinc lacu stringitur. Ac tota quidem urbs viis divisa est, per quas et equi et currus agi possint, duabus autem latissimis, quæ amplius jugero expanduntur, et sese ad rectos angulos secant. Urbs habet publicos lucos pulcherrimos et regias, quæ quartam tertiamve totius ambitus partem occupant. Nam regum quisque ut publicis monumentis aliquid ornamenti addere studebat, ita et ad jam exstructas regias aliquam de suo adjiciebat, ut nunc poetæ illud vere dici possit (*Od.* 17, 266),

Sunt alia ex aliis;

atque omnes inter se junctæ sunt, et portui contiguæ et iis quæ extra eum sunt. Pars etiam regiarum est Museum, quod deambulationem habet et exedram et maximam do-

Digitized by Google

ἐν ᾧ τὸ συσσίτιον τῶν μετεχόντων τοῦ Μουσείου φιλολόγων ἀνδρῶν. ἔστι δὲ τῇ συνόδῳ ταύτῃ καὶ χρήματα κοινὰ καὶ ἱερεὺς ὁ ἐπὶ τῷ Μουσείῳ, τεταγμένος τότε μὲν ὑπὸ τῶν βασιλέων, νῦν δ' ὑπὸ Καίσαρος. μέρος δὲ τῶν βασιλείων ἐστὶ καὶ τὸ καλούμενον Σῆμα, ὃ περίβολος ἦν, ἐν ᾧ αἱ τῶν βασιλέων ταφαὶ καὶ ἡ Ἀλεξάνδρου· ἔφθη γὰρ τὸ σῶμα ἀφελόμενος Περδίκκας ὁ τοῦ Λάγου Πτολεμαῖος, κατακομίζοντα ἐκ τῆς Βαβυλῶνος καὶ ἐκτρεπόμενον ταύτῃ κατὰ πλεονεξίαν καὶ ἐξιδιασμὸν τῆς Αἰγύπτου· καὶ δὴ καὶ ἀπώλετο διαφθαρεὶς ὑπὸ τῶν στρατιωτῶν, ἐπελθόντος τοῦ Πτολεμαίου καὶ κατακλείσαντος αὐτὸν ἐν νήσῳ ἐρήμῃ· ἐκεῖνος μὲν οὖν ἀπέθανεν ἐμπεριπαρεὶς ταῖς σαρίσσαις, ἐπελθόντων ἐπ' αὐτὸν τῶν στρατιωτῶν· σὺν αὐτῷ δὲ † καὶ οἱ βασιλεῖς, Ἀριδαῖός τε καὶ τὰ παιδία τὰ Ἀλεξάνδρου, καὶ ἡ γυνὴ Ῥωξάνη ἀπῆραν εἰς Μακεδονίαν· τὸ δὲ σῶμα τοῦ Ἀλεξάνδρου κομίσας ὁ Πτολεμαῖος ἐκήδευσεν ἐν τῇ Ἀλεξανδρείᾳ, ὅπου νῦν ἔτι κεῖται· οὐ μὴν ἐν τῇ αὐτῇ πυέλῳ· ὑαλίνη γὰρ αὕτη, ἐκεῖνος δ' ἐν χρυσῇ κατέθηκεν· ἐσύλησε δ' αὐτὴν ὁ Κόκκης καὶ Παρείσακτος ἐπικληθεὶς Πτολεμαῖος, ἐκ τῆς Συρίας ἐπελθὼν καὶ ἐκπεσὼν εὐθύς, ὥστ' ἀνόνητα αὐτῷ τὰ σῦλα γενέσθαι.

9. Ἔστι δ' ἐν τῷ μεγάλῳ λιμένι κατὰ μὲν τὸν εἰσπλοῦν ἐν δεξιᾷ ἡ νῆσος καὶ ὁ πύργος ὁ Φάρος· κατὰ δὲ τὴν ἑτέραν χεῖρα αἵ τε χοιράδες καὶ ἡ Λοχιὰς ἄκρα, ἔχουσα βασίλειον. εἰσπλεύσαντι δ' ἐν ἀριστερᾷ ἐστι συνεχῆ τοῖς ἐν τῇ Λοχιάδι τὰ ἐνδοτέρω βασίλεια, πολλὰς καὶ ποικίλας ἔχοντα διαίτας καὶ ἄλση· τούτοις δ' ὑπόκειται ὅ τε ὀρυκτὸς λιμὴν καὶ κλειστός, ἴδιος τῶν βασιλέων, καὶ ἡ Ἀντίρροδος, νησίον προκείμενον τοῦ ὀρυκτοῦ λιμένος, βασίλειον ἅμα καὶ λιμένιον ἔχον· ἐκάλεσαν δ' οὕτως, ὡς ἂν τῇ Ῥόδῳ ἐνάμιλλον. ὑπέρκειται δὲ τούτου τὸ θέατρον· εἶτα τὸ Ποσείδιον, ἀγκών τις ἀπὸ τοῦ Ἐμπορίου καλουμένου προπεπτωκώς, ἔχων ἱερὸν Ποσειδῶνος· ᾧ προσθεὶς χῶμα Ἀντώνιος ἔτι μᾶλλον προνεῦον εἰς μέσον τὸν λιμένα ἐπὶ τῷ ἄκρῳ κατεσκεύασε δίαιταν βασιλικήν, ἣν Τιμώνιον προσηγόρευσε. τοῦτο δ' ἔπραξε τὸ τελευταῖον, ἡνίκα προλειφθεὶς ὑπὸ τῶν φίλων ἀπῆρεν εἰς Ἀλεξάνδρειαν μετὰ τὴν ἐν Ἀκτίῳ κακοπραγίαν, Τιμώνειον αὐτῷ κρίνας τὸν λοιπὸν βίον, ὃν διάξειν ἔμελλεν ἔρημος τῶν τοσούτων φίλων. εἶτα τὸ Καισάριον καὶ τὸ Ἐμπόριον καὶ [αἱ] ἀποστάσεις· καὶ μετὰ ταῦτα τὰ νεώρια μέχρι τοῦ ἑπτασταδίου. ταῦτα μὲν τὰ περὶ τὸν μέγαν λιμένα.

10. Ἑξῆς δ' Εὐνόστου λιμὴν μετὰ τὸ ἑπτασταδίον· καὶ ὑπὲρ τούτου ὁ ὀρυκτός, ὃν καὶ Κιβωτὸν καλοῦσιν, ἔχων καὶ αὐτὸς νεώρια. ἐνδοτέρω δὲ τούτου διῶρυξ πλωτὴ μέχρι τῆς λίμνης τεταμένη τῆς Μαρεώτιδος· ἔξω μὲν οὖν τῆς διώρυγος μικρὸν ἔτι λείπεται τῆς πόλεως· εἶθ' ἡ Νεκρόπολις τὸ προάστειον, ἐν ᾧ κῆποί τε πολλοὶ καὶ ταφαὶ καὶ καταγωγαὶ πρὸς τὰς ταριχείας τῶν νεκρῶν ἐπιτήδειαι. ἐντὸς δὲ τῆς διώρυγος τό τε Σαράπιον καὶ ἄλλα τεμένη ἀρχαῖα ἐκλελειμμένα πως διὰ τὴν τῶν νέων κατασκευὴν τῶν ἐν Νικοπόλει· καὶ γὰρ

mum, in qua cœnaculum est eorum, qui Musei consortes sunt, ac litteris humanioribus studium impendunt. Hoc collegium publice pecunias habet et sacerdotem, qui Museo præest, olim a regibus, nunc a Cæsare constitutum. Regiarum pars etiam illud est, quod Sema (Σῶμα *codd.*) appellatur, septum quoddam, in quo regum sepulturæ et Alexandri erant. Etenim Ptolemæus Lagi filius Alexandri corpus Perdiccæ eripuerat, quum hic id Babylone deferret, atque huc diverteret, avaritia et Ægypti sibi vindicandæ studio impulsus. Periit ille a militibus interemptus, a Ptolemæo superveniente in insula deserta inclusus; ille igitur, irruentibus militibus, sarissis confossus est; qui vero cum eo erant (ὄντες οἱ β.?) reges, Aridæus et Alexandri filii, et Rhoxana uxor in Macedoniam discesserunt; Alexandri autem corpus Ptolemæus Alexandriam detulit, ibique sepeliit, ubi etiam nunc jacet, non tamen in eodem alveo; nunc enim vitreus est, ille in aureo condiderat. Aureum Ptolemæus, cognomento Cocces et Subditicius, rapuit, e Syria eo profectus, sed statim ejectus, adeo ut nullam e præda utilitatem perciperet.

9. Ad magnum portum in ingressu ad dextram est insula et turris Pharus, ad lævam sunt cautes et Lochias promontorium, in quo regia est. Ingresso ad sinistram sunt interiores regiæ, continuæ iis quæ sunt in Lochiade, multa ac varia domicilia et lucos habentes. His effossus (κρυπτὸς *codd.*) ac clausus portus subjacet, qui proprius est regum, item Antirrhodus insula, quæ ante effossum portum jacet, regiam habens et parvum portum, sic dicta, quod Rhodo quasi æmula esset. Supra hanc theatrum est; postea Posidium, cubitus quidam ab Emporio, quod vocatur, procurrens, et Neptuni templum habens. Ibi Antonius, addito aggere magis etiam in medium portum prominente, in extremitate ejus regiam domum construxit, quam Timonium appellavit, idque ad extremum fecit, quum ab amicis derelictus, post Actiacam calamitatem, Alexandriam discessisset, ac solitariam sibi quandam vitam Timonis exemplo peragendam proposuisset, tot amicis orbatus. Postea est Cæsarium et Emporium et Apostases seu Repositoria, quæ dicuntur, atque inde navalia usque ad Heptastadium. Atque hæc circa magnum portum sunt.

10. Deinde ab Heptastadio est Eunosti portus, et supra hunc est effossus portus, etiam Cibotus, *hoc est arca*, dictus, qui et ipse navalia habet. Intra hunc fossa est navigabilis usque ad Mareotidem lacum perducta; extra hanc fossam restat urbis paululum; tum sequitur Necropolis sive mortuorum urbs, suburbanum, in quo horti plurimi sunt et sepulturæ ac domicilia condiendis mortuis idonea. Intra fossam sunt Sarapium et alia prisca ædificia publica cum lucis, nunc fere derelicta, quum nova sint in Nicopoli exstructa; ibi enim et amphitheatrum et

Digitized by Google

ἀμφιθέατρον καὶ στάδιον καὶ οἱ πεντετηρικοὶ ἀγῶνες ἐκεῖ συντελοῦνται· τὰ δὲ παλαιὰ ὠλιγώρηται. συλλήδδην δ' εἰπεῖν ἡ πόλις μεστή ἐστιν ἀναθημάτων καὶ ἱερῶν· κάλλιστον δὲ τὸ γυμνάσιον, μείζους ἢ σταδιαίας ἔχον τὰς στοάς· ἐν μέσῳ [δὲ] τό τε δικαστήριον καὶ τὰ ἅλση. ἔστι δὲ καὶ Πάνειον, ὕψος τι χειροποίητον στροβιλοειδὲς ἐμφερὲς ὄχθῳ πετρώδει διὰ κοχλίου τὴν ἀνάβασιν ἔχον· ἀπὸ δὲ τῆς κορυφῆς ἐστιν ἀπιδεῖν ὅλην τὴν πόλιν ὑποκειμένην αὐτῷ πανταχόθεν. ἀπὸ δὲ τῆς Νεκροπόλεως ἡ ἐπὶ τὸ μῆκος πλατεῖα διατείνει παρὰ τὸ γυμνάσιον μέχρι τῆς πύλης τῆς Κανωβικῆς· εἶθ' Ἱππόδρομος καλούμενός ἐστι καὶ † αἱ παρακείμεναι ἄλλαι μέχρι τῆς διώρυγος τῆς Κανωβικῆς. διὰ δὲ τοῦ Ἱπποδρόμου διελθόντι ἡ Νικόπολίς ἐστιν, ἔχουσα κατοικίαν ἐπὶ θαλάττῃ πόλεως οὐκ ἐλάττω· τριάκοντα δέ εἰσιν ἀπὸ τῆς Ἀλεξανδρείας στάδιοι. τοῦτον δὲ ἐτίμησεν ὁ Σεβαστὸς Καῖσαρ τὸν τόπον, ὅτι ἐνταῦθα ἐνίκα τῇ μάχῃ τοὺς ἐπεξιόντας ἐπ' αὐτὸν μετὰ Ἀντωνίου· καὶ λαβὼν ἐξ ἐφόδου τὴν πόλιν ἠνάγκασε τὸν μὲν Ἀντώνιον ἑαυτὸν διαχειρίσασθαι, τὴν δὲ Κλεοπάτραν ζῶσαν ἐλθεῖν εἰς τὴν ἐξουσίαν· μικρὸν δ' ὕστερον κἀκείνη ἑαυτὴν ἐν τῇ φρουρᾷ διεχειρίσατο λάθρα δήγματι ἀσπίδος ἢ φαρμάκῳ ἐπιχρίστῳ (λέγεται γὰρ ἀμφοτέρως), καὶ συνέβη καταλυθῆναι τὴν τῶν Λαγιδῶν ἀρχήν, πολλὰ συμμείνασαν ἔτη.

11. Πτολεμαῖος γὰρ ὁ Λάγου διεδέξατο Ἀλέξανδρον, ἐκεῖνον δὲ [ὁ] Φιλάδελφος, τοῦτον δὲ ὁ Εὐεργέτης, εἶθ' ὁ Φιλοπάτωρ ὁ τῆς Ἀγαθοκλείας, εἶθ' ὁ Ἐπιφανής, εἶθ' ὁ Φιλομήτωρ, παῖς παρὰ πατρὸς ἀεὶ διαδεχόμενος· τοῦτον δ' ἀδελφὸς διεδέξατο ὁ δεύτερος Εὐεργέτης, ὃν καὶ Φύσκωνα προσαγορεύουσι, τοῦτον δ' ὁ Λάθουρος ἐπικληθεὶς Πτολεμαῖος, τοῦτον δ' ὁ Αὐλητὴς ὁ καθ' ἡμᾶς, ὅσπερ ἦν τῆς Κλεοπάτρας πατήρ. ἅπαντες μὲν οὖν οἱ μετὰ τὸν τρίτον Πτολεμαῖον ὑπὸ τρυφῆς διεφθαρμένοι χεῖρον ἐπολιτεύσαντο, χείριστα δ' ὁ τέταρτος καὶ [ὁ] ἕβδομος καὶ ὁ ὕστατος, ὁ Αὐλητής· ὃς χωρὶς τῆς ἄλλης ἀσελγείας χοραυλεῖν ἤσκησε, καὶ ἐπ' αὐτῷ γε ἐσεμνύνετο τοσοῦτον, ὥστ' οὐκ ὤκνει συντελεῖν ἀγῶνας ἐν τοῖς βασιλείοις, εἰς οὓς παρῄει διαμιλλησόμενος τοῖς ἀνταγωνισταῖς. τοῦτον μὲν οὖν οἱ Ἀλεξανδρεῖς ἐξέβαλον, τριῶν δ' αὐτῷ θυγατέρων οὐσῶν, ὧν μία γνησία ἡ πρεσβυτάτη, ταύτην ἀνέδειξαν βασίλισσαν· οἱ υἱοὶ δ' αὐτοῦ δύο νήπιοι τῆς τότε χρείας ἐξέπιπτον τελέως. τῇ δὲ κατασταθείσῃ μετεπέμψαντο ἄνδρα ἐκ τῆς Συρίας Κυβιοσάκτην τινά, προσποιησάμενον τοῦ γένους εἶναι τῶν Συριακῶν βασιλέων· τοῦτον μὲν οὖν ὀλίγων ἡμερῶν ἀπεστραγγάλισεν ἡ βασίλισσα, οὐ φέρουσα τὸ βάναυσον καὶ τὸ ἀνελεύθερον. ἧκε δ' ἀντ' ἐκείνου προσποιησάμενος καὶ αὐτὸς εἶναι Μιθριδάτου υἱὸς τοῦ Εὐπάτορος Ἀρχέλαος, ὃς ἦν μὲν Ἀρχελάου υἱὸς τοῦ πρὸς Σύλλαν διαπολεμήσαντος καὶ μετὰ ταῦτα τιμηθέντος ὑπὸ Ῥωμαίων, πάππος δὲ τοῦ βασιλεύσαντος Καππαδόκων ὑστάτου καθ' ἡμᾶς, ἱερεὺς δὲ τῶν ἐν Πόντῳ Κομάνων. Γαβινίῳ δὲ τότε συνδιέτριψεν ὡς συστρα-

stadium sunt, et quinquennalia certamina celebrantur; antiqua vero viluerunt. Ut verbo dicam, urbs et publicis monumentis et sacris plena est; pulcherrimum gymnasium, quod porticus habet stadio majores; in media autem urbe forum judiciale et luci. Est etiam Panium, altum opus manu conditum, forma turbinata, saxeo tumulo simile, in quod per cochleam ascenditur; ab ejus vertice tota urbs subjecta undique cerni potest. A Necropoli vero platea quæ in longum præter gymnasium pertendit usque ad Canobicam portam; deinde est Hippodromus sive circus et adjacentes aliæ ** usque ad Canobicam fossam. Exeunti per Hippodromum est Nicopolis, quæ habitatur ad mare ita, ut urbe non minor censeri debeat; distat ab Alexandria stadiis triginta. Hunc locum Cæsar Augustus ornavit, quod hic prœlio eos superavit, qui cum Antonio contra ipsum exierant, et postquam primo aditu urbem ceperat, Antonium coegit, ut ipse sibi manum afferret, Cleopatram autem, ut viva in potestatem suam veniret; quæ paulo post et ipsa se in custodia clam admotæ aspidis morsu, aut (ut alii tradunt) illito veneno interfecit. Ad hunc modum Lagidarum imperium eversum est, quod per multos annos duraverat.

11. Etenim Ptolemæus Lagi filius Alexandro successit, Ptolemæo autem Philadelphus, Philadelpho Evergetes, huic Philopator Agathocleæ, ei Epiphanes, huic Philometor, semper filio patri in regnum succedente. Philometori vero frater successit, secundus Evergetes nominatus, quem et Physconem appellant; huic Ptolemæus cognomento Lathurus successit; Lathuro autem ætate nostra Auletes Cleopatræ pater. Sed omne post tertium Ptolemæum male regnum gesserunt, luxu perditi; omnium vero pessime quartus et septimus et ultimus Auletes. Hic præter alia flagitia etiam tibiis canendi artem coluit, et adeo ea se jactavit, ut non pigeret eum certamina in regia celebrare, ad quæ et ipse cum aliis concertaturus prodiit. Itaque eum Alexandrini exegerunt, et quum ei tres filiæ essent, unam natu grandiorem, quæ legitima erat, reginam fecerunt; duo ejus filii infantes adhuc rebus suis tum prorsus exciderunt. Reginæ virum e Syria acciverunt Cybiosactem quendam, qui se e Syriacorum regum stirpe ferebat. Hunc intra paucos dies regina strangulavit, quum ejus sordes illiberalitatemque pati non posset. In hujus locum Archelaus subiit, qui se Mithridatis Eupatoris filium simulabat; erat autem Archelai filius ejus, qui contra Syllam bellum gessit, et postea a Romanis honore affectus est, ac avus ejus fuit, qui tempore nostro postremus in Cappadocia regnavit, et Comanorum sacerdos, quæ in Ponto sunt. Is cum Gabinio tunc degens, tanquam cum eo contra Parthos

Digitized by Google

τεύσων ἐπὶ Παρθυαίους, λαθὼν δὲ τοῦτον κομίζεται διά τινων εἰς τὴν βασίλισσαν καὶ ἀναδείκνυται βασιλεύς. ἐν τούτῳ τὸν Αὐλητὴν ἀφικόμενον εἰς Ῥώμην δεξάμενος Πομπήιος Μάγνος συνίστησι τῇ συγκλήτῳ καὶ διαπράττεται κάθοδον μὲν τούτῳ, τῶν δὲ πρέσβεων τῶν πλείστων, ἑκατὸν ὄντων, ὄλεθρον τῶν καταπρεσβευσάντων αὐτοῦ· τούτων δ' ἦν καὶ Δίων ὁ Ἀκαδημαϊκός, ἀρχιπρεσβευτὴς γεγονώς. καταχθεὶς οὖν ὑπὸ Γαβινίου Πτολεμαῖος τόν τε Ἀρχέλαον ἀναιρεῖ καὶ τὴν θυγατέρα, χρόνον δ' οὐ πολὺν τῇ βασιλείᾳ προσθεὶς τελευτᾷ νόσῳ, καταλιπὼν δύο μὲν υἱεῖς, δύο δὲ θυγατέρας, πρεσβυτάτην δὲ Κλεοπάτραν. οἱ μὲν οὖν Ἀλεξανδρεῖς ἀπέδειξαν βασιλέας τόν τε πρεσβύτερον τῶν παίδων καὶ τὴν Κλεοπάτραν, οἱ δὲ συνόντες τῷ παιδὶ καταστασιάσαντες ἐξέβαλον τὴν Κλεοπάτραν, καὶ ἀπῆρε μετὰ τῆς ἀδελφῆς εἰς τὴν Συρίαν. ἐν τούτῳ Πομπήιος Μάγνος ἧκε φεύγων ἐκ Παλαιφαρσάλου πρὸς τὸ Πηλούσιον καὶ τὸ Κάσιον ὄρος· τοῦτον μὲν οὖν δολοφονοῦσιν οἱ μετὰ τοῦ βασιλέως· ἐπελθὼν δὲ Καῖσαρ τόν τε μειρακίσκον διαφθείρει καὶ καθίστησι τῆς Αἰγύπτου βασίλισσαν τὴν Κλεοπάτραν, μεταπεμψάμενος ἐκ τῆς φυγῆς· συμβασιλεύειν δ' ἀπέδειξε τὸν λοιπὸν ἀδελφὸν αὐτῇ, νέον παντελῶς ὄντα. μετὰ δὲ τὴν Καίσαρος τελευτὴν καὶ τὰ ἐν Φιλίπποις διαβὰς Ἀντώνιος εἰς τὴν Ἀσίαν ἐξετίμησεν ἐπὶ πλέον τὴν Κλεοπάτραν, ὥστε καὶ γυναῖκα ἔκρινε καὶ ἐτεκνοποιήσατο ἐξ αὐτῆς, τόν τε Ἀκτιακὸν πόλεμον συνήρατο ἐκείνῃ καὶ συνέφυγε· καὶ μετὰ ταῦτα ἐπακολουθήσας ὁ Σεβαστὸς Καῖσαρ ἀμφοτέρους κατέλυσε καὶ τὴν Αἴγυπτον ἔπαυσε παροινουμένην.

12. Ἐπαρχία δὲ νῦν ἐστι, φόρους μὲν τελοῦσα ἀξιολόγους, ὑπὸ σωφρόνων δὲ ἀνδρῶν διοικουμέη τῶν πεμπομένων ἐπάρχων ἀεί. ὁ μὲν οὖν πεμφθεὶς τὴν τοῦ βασιλέως ἔχει τάξιν· ὑπ' αὐτῷ δ' ἐστὶν ὁ δικαιοδότης, ὁ τῶν πολλὰ κρίσεων κύριος· ἄλλος δ' ἐστὶν ὁ προσαγορευόμενος ἰδιόλογος, ὃς τῶν ἀδεσπότων καὶ τῶν εἰς Καίσαρα πίπτειν ὀφειλόντων ἐξεταστής ἐστι· παρέπονται δὲ τούτοις ἀπελεύθεροι Καίσαρος καὶ οἰκονόμοι, μείζω καὶ ἐλάττω πεπιστευμένοι πράγματα. ἔστι δὲ καὶ στρατιωτικοῦ τρία τάγματα, ὧν τὸ ἓν κατὰ τὴν πόλιν ἵδρυται, τἆλλα δ' ἐν τῇ χώρᾳ· χωρὶς δὲ τούτων ἐννέα μέν εἰσι σπεῖραι Ῥωμαίων, τρεῖς μὲν ἐν τῇ πόλει, τρεῖς δ' ἐπὶ τῶν ὅρων τῆς Αἰθιοπίας ἐν Συήνῃ, φρουρὰ τοῖς τόποις, τρεῖς δὲ κατὰ τὴν ἄλλην χώραν. εἰσὶ δὲ καὶ ἱππαρχίαι τρεῖς ὁμοίως διατεταγμέναι κατὰ τοὺς ἐπικαιρίους τόπους. τῶν δ' ἐπιχωρίων ἀρχόντων κατὰ πόλιν μὲν ὅ τε ἐξηγητής ἐστι, πορφύραν ἀμπεχόμενος καὶ ἔχων πατρίους τιμὰς καὶ ἐπιμέλειαν τῶν τῇ πόλει χρησίμων, καὶ ὁ ὑπομνηματογράφος καὶ [ὁ] ἀρχιδικαστής, τέταρτος δὲ ὁ νυκτερινὸς στρατηγός. ἦσαν μὲν οὖν καὶ ἐπὶ τῶν βασιλέων αὗται αἱ ἀρχαί, κακῶς δὲ πολιτευομένων τῶν βασιλέων ἠφανίζετο καὶ ἡ τῆς πόλεως εὐκαιρία διὰ τὴν ἀνομίαν. ὁ γοῦν Πολύβιος γεγονὼς ἐν τῇ πόλει βδελύττεται τὴν τότε κατάστασιν, καί φησι τρία γένη

militaturus, eo nesciente per amicos quosdam ad reginam deductus, rex declaratus est. Sub idem tempus Auletam Romam profectum Pompejus Magnus suscipit, et senatui commendat, atque effecit ut in regnum reduceretur, necarentur autem legati, qui supra centum contra regem venerant, e quibus fuit Dio Academicus, princeps legationis. Ptolemæus itaque a Gabinio reductus, Archelaum filiam interemit. Sed non multo post morbo absumptus est, relictis duobus filiis et totidem filiabus, quarum grandior erat Cleopatra. Alexandrini filium natu grandiorem et Cleopatram regno præfecerunt, sed pueri familiares, mota seditione, Cleopatram ejecerunt, quæ cum sorore in Syriam secessit. Interea Pompejus Magnus ex Palæopharsalo fugiens ad Casium montem ac Pelusium venit, ibique a regis familiaribus per fraudem interfectus est. Cæsar vero quum supervenisset, adolescentulum interemit, et Cleopatram ab exilio revocatam Ægypti reginam constituit, atque ei in regni partem reliquum fratrem addit, admodum puerum. Post Cæsaris mortem et res ad Philippos gestas Antonius in Asiam profectus, Cleopatram summis honoribus complexus est, adeo ut etiam acciperet in uxorem, filios ex ea susciperet; cum ea etiam in Actiaco bello una fuit unaque fugit; deinde persequens Cæsar Augustus utrumque delevit, Ægyptumque a contumeliis ebriosorum dominorum liberavit.

12. Nunc provincia est, et tributa quidem maxima pendit, sed ab hominibus modestis, qui præfecti eo mitti solent, administratur. Qui mittitur, regis loco est. Ei subest dicæodotes, *id est, juri dicendo præfectus*, qui judicia exercendi pleraque potestatem habet; alius est idiologus dictus, nimirum qui peculiares rationes curat; is inquirit, si quæ bona domino careant et ad Cæsarem recidere debeant. Hos comitantur Cæsaris liberti et administratores, quibus majora et minora negotia committuntur. Sunt etiam tria militum agmina, quorum unum in urbe, reliqua in agro versantur; præter hæc novem cohortes Romanorum, tres in urbe, tres in finibus Æthiopiæ præsidio circa Syenen collocatæ, et reliquæ tres in cetera regione. Sunt etiam tres equitum turmæ per loca opportuna eodem modo dispositæ. Ex indigenis magistratibus in urbe est exegetes *sive interpres*, qui purpuram gestat, et patrios honores habet, et ea curat, quæ urbi sunt necessaria, tum scriba publicus et judicum præfectus; quartus est prætor nocturnus. Hi magistratus etiam tempore regum erant; sed quum reges male viverent, horum vitio et injustitia etiam bonus urbis status corrumpebatur. Certe Polybius, quum in ea urbe fuisset, eum statum, qui tum erat, detestatur.

Digitized by Google

τὴν πόλιν οἰκεῖν, τό τε Αἰγύπτιον καὶ ἐπιχώριον φῦλον, ὀξὺ καὶ † πολιτικόν, καὶ τὸ μισθοφορικόν, βαρὺ καὶ πολὺ καὶ ἀνάγωγον· ἐξ ἔθους γὰρ παλαιοῦ ξένους ἔτρεφον τοὺς τὰ ὅπλα ἔχοντας, ἄρχειν μᾶλλον ἢ ἄρχεσθαι δεδιδαγμένους διὰ τὴν τῶν βασιλέων οὐδένειαν· τρίτον δ' ἦν γένος τὸ τῶν Ἀλεξανδρέων, οὐδ' αὐτὸ εὐκρινῶς πολιτικὸν διὰ τὰς αὐτὰς αἰτίας, κρεῖττον δ' ἐκείνων ὅμως· καὶ γὰρ εἰ μιγάδες, Ἕλληνες ὅμως ἀνέκαθεν ἦσαν καὶ ἐμέμνηντο τοῦ κοινοῦ τῶν Ἑλλήνων ἔθους· ἠφανισμένου δὲ καὶ τούτου τοῦ πλήθους, μάλιστα ὑπὸ τοῦ Εὐεργέτου τοῦ Φύσκωνος, καθ' ὃν ἦκεν εἰς τὴν Ἀλεξάνδρειαν ὁ Πολύβιος (καταστασιαζόμενος γὰρ ὁ Φύσκων πλεονάκις τοῖς στρατιώταις ἐφίει τὰ πλήθη καὶ διέφθειρε), τοιούτων δή, φησίν, ὄντων τῶν ἐν τῇ πόλει, λοιπὸν ἦν τῷ ὄντι τὸ τοῦ ποιητοῦ·

Αἰγυπτόνδ' ἰέναι δολιχὴν ὁδὸν ἀργαλέην τε.

13. Τοιαῦτα δ' ἦν, εἰ μὴ χείρω, καὶ τὰ τῶν ὕστερον βασιλέων. Ῥωμαῖοι δ' εἰς δύναμιν, ὡς εἰπεῖν, ἐπηνώρθωσαν τὰ πολλά, τὴν μὲν πόλιν διατάξαντες, ὡς εἶπον, κατὰ δὲ τὴν χώραν ἐπιστρατήγους τινὰς καὶ νομάρχας καὶ ἐθνάρχας καλουμένους ἀποδείξαντες, πραγμάτων οὐ μεγάλων ἐπιστατεῖν ἠξιωμένους. τῆς δ' εὐκαιρίας τῆς κατὰ τὴν πόλιν τὸ μέγιστόν ἐστιν, ὅτι τῆς Αἰγύπτου πάσης μόνος ἐστὶν οὗτος ὁ τόπος πρὸς ἄμφω πεφυκὼς εὖ, τά τε ἐκ θαλάττης διὰ τὸ εὐλίμενον, καὶ τὰ ἐκ τῆς χώρας, ὅτι πάντα εὐμαρῶς ὁ ποταμὸς πορθμεύει συνάγει τε εἰς τοιοῦτον χωρίον, ὅπερ μέγιστον ἐμπόριον τῆς οἰκουμένης ἐστί. τῆς μὲν οὖν πόλεως ταύτας ἄν τις λέγοι τὰς ἀρετάς· τῆς Αἰγύπτου δὲ τὰς προσόδους (ἃς) ἔν τινι λόγῳ Κικέρων φράζει, φήσας κατ' ἐνιαυτὸν τῷ τῆς Κλεοπάτρας πατρὶ τῷ Αὐλητῇ προσφέρεσθαι φόρον ταλάντων μυρίων δισχιλίων πεντακοσίων. ὅπου οὖν ὁ κάκιστα καὶ ῥᾳθυμότατα τὴν βασιλείαν διοικῶν τοσαῦτα προσωδεύετο, τί χρὴ νομίσαι τὰ νῦν, διὰ τοσαύτης ἐπιμελείας οἰκονομούμενα καὶ τῶν Ἰνδικῶν ἐμπορίων καὶ τῶν Τρωγλοδυτικῶν ἐπηυξημένων ἐπὶ τοσοῦτον; πρότερον μέν γε οὐδ' εἴκοσι πλοῖα ἐθάρρει τὸν Ἀράβιον κόλπον διαπερᾶν, ὥστε ἔξω τῶν στενῶν ὑπερκύπτειν, νῦν δὲ καὶ στόλοι μεγάλοι στέλλονται μέχρι τῆς Ἰνδικῆς καὶ τῶν ἄκρων τῶν Αἰθιοπικῶν, ἐξ ὧν ὁ πολυτιμότατος κομίζεται φόρτος εἰς τὴν Αἴγυπτον, κἀντεῦθεν πάλιν εἰς τοὺς ἄλλους ἐκπέμπεται τόπους· ὥστε τὰ τέλη διπλάσια συνάγεται, τὰ μὲν εἰσαγωγικά, τὰ δὲ ἐξαγωγικά· τῶν δὲ βαρυτίμων βαρέα καὶ τὰ τέλη. καὶ γὰρ δὴ καὶ μονοπωλίας ἔχει· μόνη γὰρ ἡ Ἀλεξάνδρεια τῶν τοιούτων ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ καὶ ὑποδοχεῖόν ἐστι καὶ χορηγεῖ τοῖς ἐκτός. ἔτι δὲ μᾶλλον κατιδεῖν ἐστι τὴν εὐφυΐαν ταύτην περιοδεύοντι τὴν χώραν, καὶ πρῶτον τὴν παραλίαν ἀρξαμένην ἀπὸ τοῦ Καταβαθμοῦ· μέχρι δεῦρο γάρ ἐστιν ἡ Αἴγυπτος, ἡ δ' ἑξῆς ἐστι Κυρηναία καὶ οἱ περιοικοῦντες βάρβαροι Μαρμαρίδαι.

14. Ἀπὸ μὲν οὖν Καταβαθμοῦ εἰς Παραιτόνιον εὐ-

Narrat autem, tria hominum genera urbem habitare: Ægyptios et indigenam nationem acrem atque incivilem (ἀπολ.), et mercenarios milites multos ac refractarios; nam ex antiqua consuetudine peregrinos milites alebant, qui propter regum vilitatem potius imperare quam servire didicerant; tertium vero genus erat Alexandrinorum, ne ipsum quidem valde civile propter easdem causas, melius tamen quam illi. Nam etsi convenæ, a Græcis tamen oriundi, et communis Græcorum consuetudinis non erant plane immemores. Sed hæc quoque multitudo periit, maxime sub Evergeta Physcone, quo regnante Polybius Alexandriam venit; nam Physco quum seditionibus divexaretur, sæpenumero plebem militibus objecit atque interfecit. Hoc igitur urbis statu, inquit Polybius, restabat revera poetæ illud (*Od.* 4, 483)

Longum iter exantlatur in Ægyptum atque molestum.

13. Similis etiam erat, si non pejor, posteriorum regum ratio. Romanos autem plurima dicere licet pro viribus emendasse, urbe (ut dictum est) composita, et quibusdam pro imperatoribus et nomarchis et ethnarchis per regionem constitutis, quibus tamen haud magna negotia permittebantur. Urbis opportunitas hinc potissimum est, quod hic solus Ægypti locus ad utraque idoneus est, et ad res maritimas, propter portus commoditatem, et ad terrestres, quia omnia facile in hunc locum flumine deferuntur, ubi maximum totius orbis emporium est. Atque urbis quidem virtutes hæ sunt. Ægypti reditus Cicero in quadam oratione (*nunc deperdita*) indicans, Auletæ, patri Cleopatræ, ait quotannis duodecim millium et quingentorum talentorum tributum pendi consuevisse. Ubi vero is, qui pessime ac segnissime regnum administrabat, tantum in reditibus habuit, quid censendum est de præsentibus, quæ tanta diligentia a Romanis administrantur, Indicis etiam Troglodyticisque negotiationibus in tantum auctis? Superiore sane tempore ne viginti quidem navigia in Arabicum sinum transire audebant, ut extra fauces proræ prospicerent; nunc vero vel magnæ classes usque in Indiam et extrema Æthiopiæ transmittunt, unde pretiosissimæ merces in Ægyptum advehuntur, ac rursum in alia exportantur loca ex Ægypto, ut duplicia hinc vectigalia exigantur, altera rerum quæ importantur, altera earum quæ exportantur; ceterum pretiosarum mercium gravia sunt itidem vectigalia. Præterea urbs etiam monopolia habet; nam sola Alexandria tales merces maxima ex parte et recipit et foras emittit. Quæ commoditas loci plenius potest conspici, si quis regionem peragret, ac primo maritimam oram a Catabathmo incipiens; nam eousque Ægyptus pertinet; deinceps est Cyrenaica et barbari circumhabitantes Marmaridæ.

14. A Catabathmo Parætonium usque recta navigatione

Digitized by Google

θυπλοοῦντι σταδίων ἐστὶν ἐνακοσίων ὁ δρόμος· πόλις δ' ἐστὶ καὶ λιμὴν μέγας τετταράκοντά που σταδίων· καλοῦσι δ' οἱ μὲν Παραιτόνιον τὴν πόλιν, οἱ δ' Ἀμμωνίαν. μεταξὺ δὲ ἥ τε Αἰγυπτίων κώμη καὶ ἡ Αἰνησίσφυρα ἄκρα, καὶ Τυνδάρειοι σκόπελοι, νησίδια τέτταρα ἔχοντα λιμένα· εἶθ' ἑξῆς ἄκρα Δρέπανον καὶ νῆσος Αἰνησίππεια ἔχουσα λιμένα καὶ κώμη Ἄπις, ἀφ' ἧς εἰς μὲν Παραιτόνιον στάδιοι ἑκατόν, εἰς δὲ Ἄμμωνος ὁδὸς ἡμερῶν πέντε· ἀπὸ δὲ τοῦ Παραιτονίου [εἰς Ἀλεξάνδρειαν] χίλιοί που καὶ τριακόσιοι στάδιοι. μεταξὺ δὲ πρῶτον μὲν ἄκρα λευκόγειος, Λευκὴ ἀκτὴ καλουμένη· ἔπειτα Φοινικοῦς λιμὴν καὶ Πνιγεὺς κώμη· εἶτα νῆσος Πηδωνία λιμένα ἔχουσα· εἶτ' Ἀντίφραι μικρὸν ἀπωτέρω τῆς θαλάττης· ἅπασα μὲν ἡ χώρα αὕτη οὐκ εὔοινος, πλείω δεχομένου τοῦ κεράμου θάλατταν ἢ οἶνον, ὃν δὴ καλοῦσι Λιβυκόν, ᾧ δὴ καὶ τῷ ζύθῳ τὸ πολὺ φῦλον χρῆται τῶν Ἀλεξανδρέων· σκώπτονται δὲ μάλιστα αἱ Ἀντίφραι· εἶθ' ὁ Δέρρις λιμήν, καλούμενος οὕτως διὰ τὴν πλησίον πέτραν μέλαιναν δέρρει ἐοικυῖαν· ὀνομάζουσι δὲ καὶ Ζεφύριον τὸν πλησίον τόπον· εἶτ' ἄλλος λιμὴν Λεύκασπις καὶ ἄλλοι πλείους· εἶτα Κυνὸς σῆμα· εἶτα Ταπόσειρις οὐκ ἐπὶ θαλάττῃ, πανήγυριν δεχομένη μεγάλην· καὶ ἄλλη δ' ἐστὶ Ταπόσειρις ἐπέκεινα τῆς πόλεως ἱκανῶς· αὐτῆς δὲ πλησίον πετρῶδες ἐπὶ τῇ θαλάττῃ χωρίον, καὶ αὐτὸ δεχόμενον πολλοὺς τοὺς κωμάζοντας ἅπασαν ὥραν ἔτους· εἶθ' ἡ Πλινθίνη καὶ Νικίου κώμη καὶ Χερρόνησος φρούριον, πλησίον ἤδη τῆς Ἀλεξανδρείας καὶ τῆς Νεκροπόλεως ἐν ἑβδομήκοντα σταδίοις. ἡ δὲ Μαρεία λίμνη παρατείνουσα μέχρι καὶ δεῦρο πλάτος μὲν ἔχει πλειόνων ἢ πεντήκοντα καὶ ἑκατὸν σταδίων, μῆκος δ' ἐλαττόνων ἢ τριακοσίων. ἔχει δ' ὀκτὼ νήσους καὶ τὰ κύκλῳ πάντ' οἰκούμενα καλῶς· εὐοινία τέ ἐστι περὶ τοὺς τόπους, ὥστε καὶ διαχεῖσθαι πρὸς παλαίωσιν τὸν Μαρεώτην οἶνον.

15. Φύεται δ' ἐν τοῖς Αἰγυπτιακοῖς ἕλεσι καὶ ταῖς λίμναις ἥ τε βύβλος καὶ ὁ Αἰγύπτιος κύαμος, ἐξ οὗ τὸ κιβώριον, σχεδόν τι ἰσούψεις ῥάβδοι ὅσον δεκάποδες. ἀλλ' ἡ μὲν βύβλος ψιλὴ ῥάβδος ἐστὶν ἐπ' ἄκρῳ χαίτην ἔχουσα, ὁ δὲ κύαμος κατὰ πολλὰ μέρη φύλλα καὶ ἄνθη ἐκφέρει καὶ καρπὸν ὅμοιον τῷ παρ' ἡμῖν κυάμῳ, μεγέθει μόνον καὶ γεύσει διαλλάττοντα. οἱ οὖν κυαμῶνες ἡδεῖαν ὄψιν παρέχουσι καὶ τέρψιν τοῖς ἐνευωχεῖσθαι βουλομένοις· εὐωχοῦνται δ' ἐν σκάφαις θαλαμηγοῖς, ἐνδύνοντες εἰς τὸ πύκνωμα τῶν κυάμων καὶ σκιαζόμενοι τοῖς φύλλοις· ἔστι γὰρ σφόδρα μεγάλα, ὥστε καὶ ἀντὶ ποτηρίων καὶ τρυβλίων χρῆσθαι· ἔχει γάρ τινα καὶ κοιλότητα ἐπιτηδείαν πρὸς τοῦτο· καὶ δὴ καὶ ἡ Ἀλεξάνδρεια μεστὴ τούτων ἐστὶ κατὰ τὰ ἐργαστήρια, ὡς σκεύεσι χρωμένων· καὶ οἱ ἀγροὶ μίαν τινὰ τῶν προσόδων καὶ ταύτην ἔχουσι τὴν ἀπὸ τῶν φύλλων. ὁ μὲν δὴ κύαμος τοιοῦτος· ἡ δὲ βύβλος ἐνταῦθα μὲν οὐ πολλὴ φύεται (οὐ γὰρ ἀσκεῖται), ἐν δὲ τοῖς κάτω μέρεσι τοῦ Δέλτα πολλή, ἡ μὲν χείρων, ἡ δὲ βελτίων, ἡ ἱερα-

est cursus stadiorum nongentorum. Parætonium civitas est, et portus magnus quadraginta fere stadiorum. Hanc urbem alii Parætonium, alii Ammoniam vocant. In intermedio spatio est Ægyptiorum pagus et Ænesisphyra (Νησισφύρα *codd.*) promontorium et Tyndarii scopuli, qui sunt quattuor parvæ insulæ portum habentes. Sequitur Drepanum promontorium et insula Ænesippia cum portu et pagus Apis, a quo Parætonium usque sunt stadia centum, ad Ammonis autem templum quinque dierum iter; a Parætonio Alexandriam circiter mille et trecenta stadia. Inter hæc primo est albi soli promontorium, quod Alba acta nominatur; hinc Phœnicûs portus et Pnigeus pagus; deinde Pedonia (Σιδωνία *codd.*) insula cum portu; sequuntur Antiphræ paullo longius a mari. Tota hæc regio nequaquam vini ferax est, testa plus maris quam vini recipiente, quod Libycum (Bycium, Βύκιον?) appellant; hoc et zytho Alexandrina plebs ut plurimum uti solet; maxime autem Antiphræ dicteriis impetuntur. Deinde est portus Derris appellatus, propter petram quandam proximam, nigram colore et pelli persimilem. Vocatur etiam Zephyrium locus quidam propinquus. Postea est alius portus nomine Leucaspis et alii complures; hinc Cynossema et post id Taposiris, non tamen ad mare, quo in loco magnus conventus frequentatur; alia Taposiris satis longe ultra urbem sita est; prope eam locus quidam est saxosus ad mare, ubi omni anni tempore frequentes sunt comessantium conventus. Sequitur Plinthina et Niciæ pagus et Cherronesus castellum propinquum jam Alexandriæ et Necropoli, unde distat stadia septuaginta. Lacus autem Maria, qui huc usque pertendit, latitudinem habet supra centum quinquaginta stadiorum, longitudinem intra trecenta. Habet insulas octo, et loca circumsita omnia bene habitata. In his locis maxima vini copia est, adeo ut etiam Mareoticum vinum diffundatur et in longum tempus servetur.

15. In Ægypti lacubus ac paludibus byblus nascitur, et Ægyptiaca faba, ex qua pocula fiunt, quæ ciboria dicunt. Utriusque plantæ virgæ altitudine fere æquales, ad decem pedes altæ sunt. Byblus nuda virga est, lanuginem quandam in vertice habens. Faba in multis partibus et folia et flores emittit, et fructum fabæ nostræ persimilem, magnitudine solum et gustu differentem. Itaque fabeta jucundum quendam aspectum ac delectationem præbent convivia in iis agitantibus; agitare vero solent in scaphis thalamiferis densissima fabeta subeuntes et eorum foliis obumbrati: quæ adeo magna sunt, ut poculorum et catinorum usum præbeant, (habent enim etiam concavitatem quandam ad id idoneam); unde Alexandrinæ officinæ iis plenæ sunt, et pro vasis utuntur. Agri ex his foliis quoque reditum aliquem habent. Ac faba quidem talis; byblus vero hoc quidem in loco non multa nascitur (non enim excolitur), in inferioribus autem ipsius Delta partibus permulta est, alia deterior, alia melior, sacerdotalis scilicet.

Digitized by Google

τική· κἀνταῦθα δέ τινες τῶν τὰς προσόδους ἐπεκτείνειν βουλομένων μετήνεγκαν τὴν Ἰουδαϊκὴν ἐντρέχειαν, ἣν ἐκεῖνοι παρεῦρον ἐπὶ τοῦ φοίνικος, καὶ μάλιστα τοῦ καρυωτοῦ, καὶ τοῦ βαλσάμου· οὐ γὰρ ἐῶσι πολλαχοῦ φύεσθαι, τῇ δὲ σπάνει τιμὴν ἐπιτιθέντες τὴν πρόσοδον οὕτως αὔξουσι, τὴν δὲ κοινὴν χρείαν διαλυμαίνονται.

16. Ἐν δεξιᾷ δὲ τῆς Κανωβικῆς πύλης ἐξιόντι ἡ διῶρυξ ἐστιν ἡ ἐπὶ Κάνωβον συνάπτουσα τῇ λίμνῃ· ταύτῃ δὲ καὶ ἐπὶ Σχεδίαν ὁ πλοῦς ἐπὶ τὸν μέγαν ποταμὸν καὶ ἐπὶ τὸν Κάνωβον, πρῶτον δὲ ἐπὶ τὴν Ἐλευσῖνα· ἔστι δ' αὕτη κατοικία πλησίον τῆς τε Ἀλεξανδρείας καὶ τῆς Νικοπόλεως ἐπ' αὐτῇ τῇ Κανωβικῇ διώρυγι κειμένη, διαίτας ἔχουσα καὶ ἀπόψεις τοῖς καπυρίζειν βουλομένοις καὶ ἀνδράσι καὶ γυναιξίν, ἀρχή τις Κανωβισμοῦ καὶ τῆς ἐκεῖ λαμυρίας. ἀπὸ δὲ τῆς Ἐλευσῖνος προελθοῦσι μικρὸν ἐν δεξιᾷ ἐστιν ἡ διῶρυξ ἀνάγουσα ἐπὶ τὴν Σχεδίαν· διέχει δὲ τετράσχοινον τῆς Ἀλεξανδρείας ἡ Σχεδία, κατοικία πόλεως, ἐν ᾗ τὸ ναύσταθμον τῶν θαλαμηγῶν πλοίων, ἐφ' οἷς οἱ ἡγεμόνες εἰς τὴν ἄνω χώραν ἀναπλέουσιν· ἐνταῦθα δὲ καὶ τὸ τελώνιον τῶν ἄνωθεν καταγομένων καὶ ἀναγομένων· οὗ χάριν καὶ σχεδία ἔζευκται ἐπὶ τῷ ποταμῷ, ἀφ' ἧς καὶ τοὔνομα τῷ τόπῳ. μετὰ δὲ τὴν διώρυγα τὴν ἐπὶ Σχεδίαν ἄγουσαν ὁ ἑξῆς ἐπὶ τὸν Κάνωβον πλοῦς ἐστι παράλληλος τῇ παραλίᾳ τῇ ἀπὸ Φάρου μέχρι τοῦ Κανωβικοῦ στόματος· στενὴ γάρ τις ταινία μεταξὺ διήκει τοῦ τε πελάγους καὶ τῆς διώρυγος, ἐν ᾗ ἐστιν ἥ τε μικρὰ Ταπόσειρις μετὰ τὴν Νικόπολιν καὶ τὸ Ζεφύριον, ἄκρα ναΐσκον ἔχουσα Ἀρσινόης Ἀφροδίτης· τὸ δὲ παλαιὸν καὶ Θῶνίν τινα πόλιν ἐνταῦθά φασιν, ἐπώνυμον τοῦ βασιλέως τοῦ δεξαμένου Μενέλαόν τε καὶ Ἑλένην ξενίᾳ. περὶ οὖν τῶν τῆς Ἑλένης φαρμάκων φησὶν οὕτως ὁ ποιητής·

ἐσθλά, τά οἱ Πολύδαμνα πόρεν Θῶνος παράκοιτις.

17. Κάνωβος δ' ἐστὶ πόλις ἐν εἴκοσι καὶ ἑκατὸν σταδίοις ἀπὸ Ἀλεξανδρείας πεζῇ ἰοῦσιν, ἐπώνυμος Κανώβου τοῦ Μενελάου κυβερνήτου, ἀποθανόντος αὐτόθι, ἔχουσα τὸ τοῦ Σαράπιδος ἱερὸν πολλῇ ἁγιστείᾳ τιμώμενον καὶ θεραπείας ἐκφέρον, ὥστε καὶ τοὺς ἐλλογιμωτάτους ἄνδρας πιστεύειν καὶ ἐγκοιμᾶσθαι αὐτοὺς ὑπὲρ ἑαυτῶν ἢ ἑτέρους. συγγράφουσι δέ τινες καὶ τὰς θεραπείας, ἄλλοι δὲ ἀρετὰς τῶν ἐνταῦθα λογίων. ἀντὶ πάντων δ' ἐστὶν ὁ τῶν πανηγυριστῶν ὄχλος τῶν ἐκ τῆς Ἀλεξανδρείας κατιόντων τῇ διώρυγι· πᾶσα γὰρ ἡμέρα καὶ πᾶσα νὺξ πληθύει τῶν [μὲν] ἐν τοῖς πλοιαρίοις καταυλουμένων καὶ κατορχουμένων ἀνέδην μετὰ τῆς ἐσχάτης ἀκολασίας, καὶ ἀνδρῶν καὶ γυναικῶν, τῶν δ' ἐν αὐτῷ τῷ Κανώβῳ καταγωγὰς ἐχόντων, ἐπικειμένας τῇ διώρυγι εὐφυεῖς πρὸς τὴν τοιαύτην ἄνεσιν καὶ εὐωχίαν.

18. Μετὰ δὲ τὸν Κάνωβόν ἐστι τὸ Ἡράκλειον (τὸ) Ἡρακλέους ἔχον ἱερόν· εἶτα τὸ Κανωβικὸν στόμα καὶ ἡ ἀρχὴ τοῦ Δέλτα. τὰ δ' ἐν δεξιᾷ τῆς Κανωβικῆς

Nonnulli, ut reditus augerent, Judaicam versutiam hanc quoque adhibuerunt, quam illi in palma, caryotica præsertim, atque in balsamo excogitaverant; non enim permittunt multis in locis nasci; quo fit ut raritati pretium imponentes, reditum quidem augeant, communi vero usui damnum afferant.

16. E Canobica porta exeunti ad dextram est fossa, quæ lacui jungitur et Canobum fert. Per eam tum ad Schediam (*sive Ratem*) ad magnum fluvium, tum Canobum navigatur, prius tamen Eleusinem, qui pagus est Alexandriæ et Nicopoli proximus, ad ipsam Canobicam fossam situs; conclavia habet et prospectus in usum virorum mulierumque qui gulæ ventrique indulgere volunt, initium quoddam Canobicæ vitæ et protervitatis. Paululum ab Eleusine progresso ad dextram est fossa, quæ Schediam deducit. Schedia quattuor schœnis distat ab Alexandria; pagus urbi similis est, in quo navale est thalamiferorum navigiorum, quibus principes in superiorem navigant regionem. Ibi etiam earum rerum vectigal exigitur, quæ a superiore regione importantur et eo exportantur; cujus gratia et rati fluvius junctus, et ab ea loco nomen inditum est. Post fossam, quæ Schediam ducit, sequens navigatio ad Canobum est parallela oræ maritimæ, quæ est a Pharo usque ad Canobicum ostium. Angusta enim quædam fascia inter pelagus et fossam extenditur, in qua est parva Taposiris post Nicopolim ac Zephyrium promontorium cum sacello Veneris Arsinoes. Hoc in loco dicunt olim urbem Thonim fuisse, a rege denominatam, qui Menelaum et Helenam hospitio excepit. Sane de medicamentis Helenæ sic poeta inquit (Od. 4,228):

Optima quæ Polydamna illi Thonis dedit uxor.

17. Canobus urbs centum viginti stadiis distat ab Alexandria terrestri itinere, cognominis Canobi, qui Menelai gubernator fuerat, et ibi mortuus est. Habet Serapidis templum religiosissime cultum, et curationes edens, adeo ut etiam nobilissimi viri ei credant, et pro se vel ipsi vel per alios insomnia ibi captent. Sunt qui curationes conscribant, quidam virtutes ibi editorum oraculorum. Sed ante omnia memorabilis est eorum turba, qui ad festivos conventus per fossam Alexandria descendunt. Nam singulis diebus ac noctibus plenus locus est virorum mulierumque, qui vel in navigiis extrema cum lascivia cantant atque tripudiant, vel in ipso Canobo diversoria habent fossæ apposita et ad hujusmodi levitatem atque oblectationes idonea.

18. Post Canobum est Heraclium, quod Herculis templum habet; inde est Canobicum ostium et Delta regionis initium. Ad dextram Canobicæ fossæ Menelaiticus nomus

Digitized by Google

διώρυγος ὁ Μενελαΐτης ἐστὶ νομὸς ἀπὸ τοῦ ἀδελφοῦ τοῦ πρώτου Πτολεμαίου καλούμενος, οὐ μὰ Δία ἀπὸ τοῦ ἥρωος, ὡς ἔνιοί φασιν, ὧν καὶ Ἀρτεμίδωρος. μετὰ δὲ τὸ Κανωβικὸν στόμα ἐστὶ τὸ Βολβίτινον, εἶτα τὸ Σεβεννυτικὸν καὶ τὸ Φατνιτικόν, τρίτον ὑπάρχον τῷ μεγέθει παρὰ τὰ πρῶτα δύο, οἷς ὥρισται τὸ Δέλτα· καὶ γὰρ οὐ πόρρω τῆς κορυφῆς σχίζεται εἰς τὸ ἐντὸς τοῦ Δέλτα. τῷ δὲ Φατνιτικῷ συνάπτει τὸ Μενδήσιον, εἶτα τὸ Τανιτικὸν καὶ τελευταῖον τὸ Πηλουσιακόν. ἔστι δὲ καὶ ἄλλα τούτων μεταξύ, ὡς ἂν ψευδοστόματα, ἀσημότερα. ἔχει μὲν οὖν εἰσαγωγὰς τὰ στόματα, ἀλλ' οὐκ εὐφυεῖς οὐδὲ μεγάλοις πλοίοις, ἀλλ' ὑπηρετικοῖς διὰ τὸ βραχέα εἶναι καὶ ἑλώδη. μάλιστα μέντοι τῷ Κανωβικῷ στόματι ἐχρῶντο ὡς ἐμπορίῳ, τῶν κατ' Ἀλεξάνδρειαν λιμένων ἀποκεκλειμένων, ὡς προείπομεν. Μετὰ δὲ τὸ Βολβίτινον στόμα ἐπὶ πλέον ἔκκειται ταπεινὴ καὶ ἀμμώδης ἄκρα· καλεῖται δὲ Ἀγνοῦ κέρας· εἶθ' ἡ Περσέως σκοπὴ καὶ τὸ Μιλησίων τεῖχος· πλεύσαντες γὰρ ἐπὶ Ψαμμιτίχου τριάκοντα ναυσὶ Μιλήσιοι (κατὰ Κυαξάρη δ' οὗτος ἦν τὸν Μῆδον) κατέσχον εἰς τὸ στόμα τὸ Βολβίτινον, εἶτ' ἐκβάντες ἐτείχισαν τὸ λεχθὲν κτίσμα· χρόνῳ δ' ἀναπλεύσαντες εἰς τὸν Σαϊτικὸν νομὸν καταναυμαχήσαντες Ἰνάρων πόλιν ἔκτισαν Ναύκρατιν οὐ πολὺ τῆς Σχεδίας ὕπερθεν. μετὰ δὲ τὸ τῶν Μιλησίων τεῖχος ἐπὶ τὸ Σεβεννυτικὸν προϊόντι στόμα λίμναι εἰσίν, ὧν ἡ ἑτέρα Βουτικὴ καλεῖται ἀπὸ Βούτου πόλεως, καὶ ἡ Σεβεννυτικὴ δὲ πόλις καὶ ἡ Σάις, μητρόπολις τῆς κάτω χώρας, ἐν ᾗ τιμῶσι τὴν Ἀθηνᾶν· ἐν δὲ τῷ ἱερῷ αὐτῆς ἡ θήκη κεῖται τοῦ Ψαμμιτίχου· περὶ δὲ τὴν Βοῦτον καὶ Ἑρμοῦ πόλις ἐν νήσῳ κειμένη· ἐν δὲ τῇ Βούτῳ Λητοῦς ἐστι μαντεῖον.

19. Ἐν δὲ τῇ μεσογείῳ τῇ ὑπὲρ τοῦ Σεβεννυτικοῦ καὶ Φατνιτικοῦ στόματος Ξόις ἐστὶ καὶ νῆσος καὶ πόλις ἐν τῷ Σεβεννυτικῷ νομῷ. ἔστι δε καὶ Ἑρμοῦ πόλις καὶ Λύκου πόλις καὶ Μένδης, ὅπου τὸν Πᾶνα τιμῶσι καὶ τῶν ζῴων τράγον· ὡς δὲ Πίνδαρός φησιν, οἱ τράγοι ἐνταῦθα γυναιξὶ μίγνυνται. πλησίον δὲ Μένδητος καὶ Διὸς πόλις καὶ αἱ περὶ αὐτὴν λίμναι καὶ Λεοντόπολις· εἶτ' ἀπωτέρω ἡ Βούσιρις πόλις ἐν τῷ Βουσιρίτῃ νομῷ καὶ Κυνὸς πόλις. φησὶ δ' Ἐρατοσθένης κοινὸν μὲν εἶναι τοῖς βαρβάροις πᾶσιν ἔθος τὴν ξενηλασίαν, τοὺς δ' Αἰγυπτίους ἐλέγχεσθαι διὰ τῶν περὶ τὸν Βούσιριν μεμυθευμένων ἐν τῷ Βουσιρίτῃ νομῷ, διαβάλλειν τὴν ἀξενίαν βουλομένων τοῦ τόπου τούτου τῶν ὕστερον, οὐ βασιλέως, μὰ Δία, οὐδὲ τυράννου γενομένου τινὸς (τοῦ) Βουσίριδος· προσεπιφημισθῆναι δὲ καὶ τὸ

Αἰγυπτόνδ' ἰέναι δολιχὴν ὁδὸν ἀργαλέην τε,

προσλαμβάνοντος πρὸς τοῦτο πάμπολυ καὶ τοῦ ἀλιμένου καὶ τοῦ μηδὲ τὸν ὄντα λιμένα ἀνεῖσθαι τὸν πρὸς τῇ Φάρῳ, φρουρεῖσθαι δ' ὑπὸ βουκόλων λῃστῶν ἐπιτιθεμένων τοῖς προσορμιζομένοις· Καρχηδονίους δὲ καταποντοῦν, εἴ τις τῶν ξένων εἰς Σαρδὼ παραπλεύσειεν ἢ ἐπὶ Στήλας· διὰ δὲ ταῦτ' ἀπιστεῖσθαι τὰ πολλὰ τῶν

est, a fratre primi Ptolemæi appellata, et non mehercule ab heroe, ut quidam volunt, e quibus est Artemidorus. Post Canobicum ostium est Bolbitinum, hinc Sebennyticum et Phatniticum (Phatnicum *codd.*), quod magnitudine tertium est præter prima duo, quibus Delta terminatur; nam haud procul a vertice scinditur versus Delta partem interiorem; Phatnitico vero succedit Mendesium, huic Taniticum, ultimum est Pelusiacum. Sunt inter hæc alia quædam ignobiliora et quasi falsa ostia; habent enim ingressus, non tamen aptos magnis navigiis, sed scaphis, propterea quod brevia ac paludes loca ea obtinent. Præcipue autem Canobico ostio utebantur tanquam emporio, occlusis Alexandriæ portubus, ut ante dictum est. Post Bolbitinum ostium, arenosum quoddam et humile promontorium longe porrigitur, quod Agni cornu appellatur. Postea est Persei specula et Milesiorum murus. Nam Milesii regnante Psammiticho (qui Cyaxaris Medi temporibus vixit) triginta navibus navigantes, Bolbitinum ostium appulerunt, ibique egressi dictum opus construxerunt. Tempore post in Saiticam præfecturam navigantes, Inaro navali prœlio superato, Naucratim urbem non multo supra Schediam condiderunt. Post Milesiorum murum ad Sebennyticum ostium procedenti sunt lacus, quorum alter Buticus a Buto urbe nominatur, et Sebennytica urbs et Sais, inferioris regionis metropolis, in qua Minervam colunt; in templo ejus Psammitichi sepultura est. Circa Butum etiam Hermopolis in insula jacet. Buti est Latonæ oraculum.

19. In mediterranea supra Sebennyticum et Phatniticum ostium est Xois insula et civitas in Sebennytica præfectura. Ibidem est etiam Hermopolis et Lycopolis et Mendes, ubi Pan colitur, et hircus animal, et (ut Pindarus ait) hoc in loco hirci cum mulieribus coeunt. Prope Mendetem est Diospolis et lacus circa eam et Leontopolis; dein ulterius in Busiritica præfectura est Busiris civitas et Cynospolis. Auctor est Eratosthenes communem barbaris omnibus consuetudinem esse, ut hospites pellant; Ægyptios vero accusari propter ea, quæ in fabulis de Busiride et Busiritica præfectura dicta sunt, volentibus posteris loci hujus inhospitalitatem calumniari, quum medius fidius nullus neque rex fuerit Busiris, nec tyrannus. Insuper illud quoque sparsum esse (*Od.* 4, 483):

Longum iter exantlatur in Ægyptum atque molestum.

Permultum ad hanc opinionem contulisse etiam portuum defectum et quod ne is quidem qui præsto esset ad Pharum portus pateret, sed a bubulcis custodiretur, hominibus latrocinio deditis, qui applicantes eo adorirentur. Carthaginienses vero demergere navem, si quis peregrinorum in Sardiniam vel ad Herculis columnas præternavigaret; indeque fieri ut pleraque quæ de occidentalibus regionibus

Digitized by Google

ἑσπερίων· καὶ τοὺς Πέρσας δὲ κακῶς ἡγεῖσθαι τοῖς πρέσβεσι τὰς ὁδοὺς κύκλῳ καὶ διὰ δυσκόλων.

20. Συνάπτει δὲ καὶ ὁ Ἀθριβίτης νομὸς καὶ Ἄθριβις πόλις καὶ ἔτι ὁ Προσωπίτης νομός, ἐν ᾧ Ἀφροδίτης πόλις. ὑπὲρ δὲ τὸ Μενδήσιον στόμα καὶ τὸ Τανιτικὸν λίμνη μεγάλη καὶ ὁ Μενδήσιός ἐστι νομὸς καὶ ὁ Λεοντοπολίτης καὶ πόλις Ἀφροδίτης καὶ ὁ Φαρβητίτης νομός· εἶτα τὸ Τανιτικὸν στόμα, ὅ τινες Σαϊτικὸν λέγουσι, καὶ ὁ Τανίτης νομὸς καὶ πόλις ἐν αὐτῷ μεγάλη Τάνις.

21. Μεταξὺ δὲ τοῦ Τανιτικοῦ καὶ τοῦ Πηλουσιακοῦ λίμναι καὶ ἕλη μεγάλα καὶ συνεχῆ κώμας πολλὰς ἔχοντα· καὶ αὐτὸ δὲ τὸ Πηλούσιον κύκλῳ περικείμενα ἔχει ἕλη, ἅ τινες Βάραθρα καλοῦσι, καὶ τέλματα· ᾤκισται δ' ἀπὸ θαλάττης ἐν πλείοσιν ἢ εἴκοσι σταδίοις, τὸν δὲ κύκλον ἔχει τοῦ τείχους σταδίων εἴκοσιν· ὠνόμασται δ' ἀπὸ τοῦ πηλοῦ (καὶ) τῶν τελμάτων. ταύτῃ δὲ καὶ δυσείσβολός ἐστιν ἡ Αἴγυπτος ἐκ τῶν ἑωθινῶν τόπων τῶν κατὰ Φοινίκην καὶ τὴν Ἰουδαίαν· καὶ ἐκ τῆς Ἀραβίας δὲ τῆς Ναβαταίων, ἥπερ ἐστὶ προσεχής, διὰ τούτων ἐπὶ τὴν Αἴγυπτον ἡ ὁδός. ἡ δὲ μεταξὺ τοῦ Νείλου καὶ τοῦ Ἀραβίου κόλπου Ἀραβία μέν ἐστι, καὶ ἐπί γε τῶν ἄκρων αὐτῆς ἵδρυται τὸ Πηλούσιον· ἀλλ' ἔρημος ἅπασά ἐστι καὶ ἄβατος στρατοπέδῳ. ὁ δὲ μεταξὺ ἰσθμὸς Πηλουσίου καὶ τοῦ μυχοῦ τοῦ καθ' Ἡρώων πόλιν χιλίων μέν ἐστι σταδίων, ὡς δὲ Ποσειδώνιός φησιν, ἐλαττόνων ἢ χιλίων καὶ πεντακοσίων· πρὸς δὲ τῷ ἄνυδρος εἶναι καὶ ἀμμώδης ἑρπετῶν πλῆθος ἔχει τῶν ἀμμοδυτῶν.

22. Ἀπὸ δὲ Σχεδίας ἀναπλέουσιν ἐπὶ Μέμφιν ἐν δεξιᾷ μέν εἰσι πάμπολλαι κῶμαι μέχρι τῆς Μαρείας λίμνης, ὧν ἐστι καὶ ἡ Χαβρίου κώμη καλουμένη· ἐπὶ δὲ τῷ ποταμῷ Ἑρμοῦ πόλις ἐστίν· εἶτα Γυναικῶν πόλις καὶ νομὸς Γυναικοπολίτης· ἐφεξῆς δὲ Μώμεμφις καὶ Μωμεμφίτης νομός· μεταξὺ δὲ διώρυγες πλείους εἰς τὴν Μαρεῶτιν. οἱ δὲ Μωμεμφῖται τὴν Ἀφροδίτην τιμῶσι, καὶ τρέφεται θήλεια βοῦς ἱερά, καθάπερ ἐν Μέμφει ὁ Ἄπις, ἐν Ἡλίου δὲ πόλει ὁ Μνεῦις· οὗτοι μὲν οὖν θεοὶ νομίζονται, οἱ δὲ παρὰ τοῖς ἄλλοις (παρὰ πολλοῖς γὰρ δὴ ἔν τε τῷ Δέλτα καὶ ἔξω αὐτοῦ τοῖς μὲν ἄρρην, τοῖς δὲ θήλεια τρέφεται), οὗτοι δὲ θεοὶ μὲν οὐ νομίζονται, ἱεροὶ δέ.

23. Ὑπὲρ δὲ Μωμέμφεώς εἰσι δύο νιτρίαι πλεῖστον νίτρον ἔχουσαι καὶ νομὸς Νιτριώτης. τιμᾶται δ' ἐνταῦθα ὁ Σάραπις καὶ παρὰ μόνοις τούτοις θύεται ἐν Αἰγύπτῳ πρόβατον· πλησίον δὲ καὶ ἐνταῦθα πόλις Μενέλαος, ἐν ἀριστερᾷ δὲ ἐν τῷ Δέλτα ἐπὶ μὲν τῷ ποταμῷ Ναύκρατις, ἀπὸ δὲ τοῦ ποταμοῦ δίσχοινον διέχουσα ἡ Σάις καὶ μικρὸν ταύτης ὕπερθε τὸ τοῦ Ὀσίριδος ἄσυλον, ἐν ᾧ κεῖσθαι τὸν Ὄσιρίν φασιν. ἀμφισβητοῦσι δὲ τούτου πολλοί, καὶ μάλιστα οἱ τὰς Φιλὰς οἰκοῦντες τὰς ὑπὲρ Συήνης καὶ τῆς Ἐλεφαντίνης. μυθεύουσι γὰρ δή, διότι ἡ Ἶσις κατὰ πολλοὺς τόπους κατὰ γῆς θεῖη σοροὺς τοῦ Ὀσίριδος (μία δὲ τούτων ἦν ἔχουσα

ferantur, fidem non inveniant; Persas quoque legatos male ducere per ambages et difficilia loca.

20. Contigua dictis est etiam Athribitica præfectura et Athribis urbs, porro Prosopitica præfectura, in qua est Veneris civitas. Supra Mendesium vero ac Taniticum ostium est magnus lacus et Mendesia præfectura et Leontopolitana, et Veneris civitas, et Pharbetita præfectura; postea Taniticum ostium, quod nonnulli Saiticum vocant, et Tanitica præfectura, in eaque urbs magna Tanis.

21. Inter Taniticum Pelusiacumque ostium sunt lacus et maximæ ac continuæ paludes, quæ pagos multos habent. Pelusium quoque ipsum est cinctum lacubus, quæ nonnulli Barathra vocant, nec non paludibus. Sita est urbs supra mare stadiis amplius viginti; muri ambitus est stadiorum viginti; a *pelo* i. e. luto stagnorum nomen habet. Ibi Ægyptus difficilis intratu est ab orientalibus partibus ad Phœniciam ac Judæam; ex Arabia quoque Nabatæa, quæ continua est, per has regiones via in Ægyptum ducit. Regio inter Nilum et Arabicum sinum media, jam est quidem Arabia, et in extremis ejus partibus situm est Pelusium: verum tota deserta est et exercitui invia. Isthmus, qui inter Pelusium est atque recessum sinus, qui ad Heroum urbem accedit, mille (900 *codd.*) est stadiorum, ut vero Posidonius sentit, paulo pauciorum quam mille quingentorum. Præterquam autem quod aqua caret, et arenis est obsitus, etiam multos serpentes habet, qui se abdunt in arenas.

22. A Schedia ad Memphim sursum naviganti ad dextram sunt pagi plurimi usque in lacum Mariam, e quibus est is qui Chabriæ pagus appellatur; ad flumen est Hermopolis, deinde Gynæcônpolis, et Gynæcopolitana præfectura; sequitur Momemphis et Momemphitana præfectura; in medio sunt fossæ plurimæ, in Mareotim exeuntes. Momemphitæ Venerem colunt, et sacram vaccam alunt, quemadmodum Apis bos in Memphi, Heliopoli autem Mneuis nutriuntur. Et hi quidem dii putantur, qui vero apud ceteros sunt (nam apud multos sane tum in Delta regione tum extra eam aut mas aut femina bos alitur), hi non dii quidem esse censentur, sacri tamen putantur.

23. Supra Momemphim sunt nitri lacus duo qui nitrum plurimum habent, indeque dictus Nitriotes nomus. Hic Sarapis colitur, et apud hos solum in Ægypto ovis deo mactatur; non procul hinc est urbs nomine Menelaus; ad sinistram vero in ipso Delta et ad fluvium est Naucratis, et duobus schœnis a flumine distans Sais, et paulo supra eam Osiridis asylum, in quo Osirim jacere arbitrantur. Controversia de hoc multis est, et iis præsertim, qui Philas supra Syenen et Elephantinam sitas habitant; fabulantur enim Isim multis in locis sub terram Osiridis loculos po-

Digitized by Google

τὸν Ὄσιριν, ἀφανὴς πᾶσι), τοῦτο δὲ πράξειε λαθεῖν βουλομένη τὸν Τυφῶνα, μὴ ἐπελθὼν ἐκρίψειε τὸ σῶμα τῆς θήκης.

24. Ἀπὸ μὲν δὴ τῆς Ἀλεξανδρείας ἐπὶ τὴν τοῦ Δέλτα κορυφὴν αὕτη ἡ περιήγησις. φησὶ δ' ὁ Ἀρτεμίδωρος σχοίνων ὀκτὼ καὶ εἴκοσι τὸν ἀνάπλουν, τοῦτο δ' εἶναι σταδίους ὀκτακοσίους τετταράκοντα, λογιζόμενος τριακονταστάδιον τὴν σχοῖνον· ἡμῖν μέντοι πλέουσιν ἄλλοτ' ἄλλῳ μέτρῳ χρώμενοι τῶν σχοίνων ἀπεδίδοσαν τὰ διαστήματα, ὥστε καὶ τετταράκοντα σταδίους καὶ ἔτι μείζους κατὰ τόπους ὁμολογεῖσθαι παρ' αὐτῶν. καὶ διότι παρὰ τοῖς Αἰγυπτίοις ἄστατόν ἐστι τὸ τῆς σχοίνου μέτρον, αὐτὸς ὁ Ἀρτεμίδωρος ἐν τοῖς ἑξῆς δηλοῖ. ἀπὸ μὲν γὰρ Μέμφεως μέχρι Θηβαΐδος τὴν σχοῖνον ἑκάστην φησὶν εἶναι σταδίων ἑκατὸν εἴκοσιν, ἀπὸ δὲ τῆς Θηβαΐδος μέχρι Συήνης ἑξήκοντα, ἀπὸ δὲ Πηλουσίου πρὸς τὴν αὐτὴν ἀναπλέουσι κορυφὴν σχοίνους μὲν πέντε καὶ εἴκοσί φησι, σταδίους δὲ ἑπτακοσίους πεντήκοντα, τῷ αὐτῷ μέτρῳ χρησάμενος. πρώτην δ' ἐκ τοῦ Πηλουσίου προελθοῦσιν εἶναι διώρυγα τὴν πληροῦσαν τὰς κατὰ τὰ ἕλη καλουμένας λίμνας, αἳ δύο μέν εἰσιν, ἐν ἀριστερᾷ δὲ κεῖνται τοῦ μεγάλου ποταμοῦ ὑπὲρ τὸ Πηλούσιον ἐν τῇ Ἀραβίᾳ· καὶ ἄλλας δὲ λέγει λίμνας καὶ διώρυγας ἐν τοῖς αὐτοῖς μέρεσιν ἔξω τοῦ Δέλτα. ἔστι δὲ καὶ νομὸς Σεθρωΐτης παρὰ τὴν ἑτέραν λίμνην· ἕνα δὲ τῶν δέκα τῶν ἐν τῷ Δέλτα διαριθμεῖται καὶ τοῦτον· εἰς δὲ τὰς αὐτὰς λίμνας συμβάλλουσι καὶ ἄλλαι δύο διώρυγες.

25. Ἄλλη δ' ἐστὶν ἐκδιδοῦσα εἰς τὴν Ἐρυθρὰν καὶ τὸν Ἀράβιον κόλπον κατὰ πόλιν Ἀρσινόην, ἣν ἔνιοι Κλεοπατρίδα καλοῦσι. διαρρεῖ δὲ καὶ διὰ τῶν πικρῶν καλουμένων λιμνῶν, αἳ πρότερον μὲν ἦσαν πικραί, τμηθείσης δὲ τῆς διώρυγος τῆς λεχθείσης μετεβάλοντο τῇ κράσει τοῦ ποταμοῦ, καὶ νῦν εἰσιν εὔοψοι, μεσταὶ δὲ καὶ τῶν λιμναίων ὀρνέων. ἐτμήθη δὲ ἡ διῶρυξ κατ' ἀρχὰς μὲν ὑπὸ Σεσώστριος πρὸ τῶν Τρωικῶν, οἱ δὲ ὑπὸ τοῦ Ψαμμιτίχου παιδός, ἀρξαμένου μόνον, εἶτ' ἐκλιπόντος τὸν βίον, ὕστερον δὲ ὑπὸ Δαρείου τοῦ πρώτου, διαδεξαμένου τὸ ἔξῆς ἔργον. καὶ οὗτος δὲ δόξῃ ψευδεῖ πεισθεὶς ἀφῆκε τὸ ἔργον περὶ συντέλειαν ἤδη· ἐπείσθη γὰρ μετεωροτέραν εἶναι τὴν Ἐρυθρὰν θάλατταν τῆς Αἰγύπτου καί, εἰ διακοπείη πᾶς ὁ μεταξὺ ἰσθμός, ἐπικλυσθήσεσθαι τῇ θαλάττῃ τὴν Αἴγυπτον· οἱ μέντοι Πτολεμαϊκοὶ βασιλεῖς διακόψαντες κλειστὸν ἐποίησαν τὸν Εὔριπον, ὥστε, ὅτε βούλοιντο, ἐκπλεῖν ἀκωλύτως εἰς τὴν ἔξω θάλατταν καὶ εἰσπλεῖν πάλιν. εἴρηται δὲ καὶ περὶ τῆς τῶν ὑδάτων ἐπιφανείας καὶ ἐν τοῖς πρώτοις ὑπομνήμασι.

26. Πλησίον δὲ τῆς Ἀρσινόης καὶ ἡ τῶν Ἡρώων ἐστὶ πόλις καὶ ἡ Κλεοπατρὶς ἐν τῷ μυχῷ τοῦ Ἀραβίου κόλπου τῷ πρὸς Αἴγυπτον καὶ λιμένες καὶ κατοικίαι διώρυγές τε πλείους καὶ λίμναι πλησιάζουσαι τούτοις· ἐνταῦθα δ' ἐστὶ καὶ ὁ Φαγρωριοπολίτης νομὸς καὶ πόλις Φαγρωριόπολις. ἡ δὲ ἀρχὴ τῆς διώρυγος τῆς ἐκ-

suisse, in uno duntaxat Osirim fuisse reconditum, omnibus aliis ignotum; id vero eam fecisse, ut falleret Typhonem, ne inventum corpus ex sepulcro erueret.

24. Atque ab Alexandria quidem ad Delta verticem tantum est circuitionis. Artemidorus dicit octo ac viginti schœnorum adverso amne eam navigationem esse, hos vero efficere octingenta et quadraginta stadia; nam triginta stadiorum schœnum facit. Nobis quidem navigantibus alia atque alia schœnorum mensura usi distantias indicaverunt, ut etiam quadraginta stadiorum schœnos ac majores etiam faterentur pro ratione locorum. Esse autem apud Ægyptios variam schœnorum quantitatem, ipse Artemidorus in sequentibus declarat; a Memphi enim usque ad Thebaidem schœnos singulos pronunciat esse centum ac viginti stadiorum, a Thebaide usque ad Syenen sexaginta; a Pelusio autem ad eundem verticem sursum navigantibus schœnos quinque ac viginti dicit, stadia septingenta et quinquaginta, superius dictam usurpans mensuram. Porro tradit, a Pelusio procedenti primam occurrere fossam, quæ lacus eos implet, qui ad paludes vocantur. Atque ii quidem duo sunt, et ad sinistram magni fluminis jacent supra Pelusium in Arabia; porro alios quosdam lacus et fossas esse dicit in iisdem partibus extra Delta. Ad alterum lacum est etiam præfectura Sethroitica; ceterum hanc quoque inter decem illas numerat, quæ in Delta sint. In eosdem lacus etiam aliæ duæ fossæ conveniunt.

25. Est alia, quæ in Rubrum mare et Arabicum sinum exit ad urbem Arsinoen, quam nonnulli Cleopatridem vocant. Perfluit fossa lacus amaros dictos, qui quum antiquitus amari essent, facta fossa et admixto flumine, sunt immutati, ac nunc bonos ferunt pisces, et aquatilibus volucribus abundant. Fossa primum a Sesostri incisa est ante bellum Trojanum; nonnulli vero eam a Psammitichi filio solum inchoatam putant, et morte hunc præcipiente, postea Darium primum in operis absolutionem successisse. Is opus pæne absolutum deseruit; falso enim ei erat persuasum, Rubrum mare Ægypto esse sublimius, ideoque, si intermedius isthmus incideretur, Ægyptum a mari obrutum iri. Ptolemaici quidem reges eum ad mare perducentes, Euripum clausum fecerunt, ut, quum vellent, in exterius mare navigarent, ac rursum sine impedimento reverterentur. De superficie autem aquarum dictum est etiam in prioribus commentariis (I, 2, 20. 3, 8).

26. Prope Arsinoen est Heroum civitas et Cleopatris in Arabici sinus intimo recessu qui juxta Ægyptum est, item portus et habitationes et fossæ complures et lacus iis vicini. Ibidem est Phagroriopolitana præfectura et Phagroriopolis urbs. Fossæ autem in mare Rubrum exeuntis

Digitized by Google

διδούσης εἰς τὴν Ἐρυθρὰν ἀπὸ κώμης ἄρχεται Φακούσσης, ᾗ συνεχής ἐστι καὶ ἡ Φίλωνος κώμη· πλάτος δ' ἔχει πηχῶν ἑκατὸν ἡ διῶρυξ, βάθος δ' ὅσον ἀρκεῖν μυριοφόρῳ νηί· οὗτοι δ' οἱ τόποι πλησιάζουσι τῇ κορυφῇ τοῦ Δέλτα.

27. Αὐτοῦ δὲ καὶ ἡ Βούβαστος πόλις καὶ ὁ Βουβαστίτης νομός· καὶ ὑπὲρ αὐτὸν ὁ Ἡλιοπολίτης νομός. ἐνταῦθα δ' ἐστὶν ἡ τοῦ Ἡλίου πόλις ἐπὶ χώματος ἀξιολόγου κειμένη, τὸ ἱερὸν ἔχουσα τοῦ Ἡλίου καὶ τὸν βοῦν τὸν Μνεῦιν ἐν σηκῷ τινι τρεφόμενον, ὃς παρ' αὐτοῖς νενόμισται θεός, ὥσπερ καὶ ἐν Μέμφει ὁ Ἄπις. πρόκειται δὲ τοῦ χώματος λίμναι, τὴν ἀνάχυσιν ἐκ τῆς πλησίον διώρυγος ἔχουσαι. νυνὶ μὲν οὖν ἐστι πανέρημος ἡ πόλις, τὸ ἱερὸν ἔχουσα τῷ Αἰγυπτίῳ τρόπῳ κατεσκευασμένον ἀρχαῖον, ἔχον πολλὰ τεκμήρια τῆς Καμβύσου μανίας καὶ ἱεροσυλίας, ὃς τὰ μὲν πυρί, τὰ δὲ σιδήρῳ διελωβᾶτο τῶν ἱερῶν, ἀκρωτηριάζων καὶ περικαίων, καθάπερ καὶ τοὺς ὀβελίσκους· ὧν δύο καὶ εἰς Ῥώμην ἐκομίσθησαν οἱ μὴ κεκακωμένοι τελέως, ἄλλοι δ' εἰσὶ κἀκεῖ καὶ ἐν Θήβαις, τῇ νῦν Διοσπόλει, οἱ μὲν ἑστῶτες ἀκμὴν πυρίβρωτοι, οἱ δὲ καὶ κείμενοι.

28. Τῆς δὲ κατασκευῆς τῶν ἱερῶν ἡ διάθεσις τοιαύτη· κατὰ τὴν εἴσοδον τὴν εἰς τὸ τέμενος λιθόστρωτόν ἐστιν ἔδαφος, πλάτος μὲν ὅσον πλεθριαῖον ἢ καὶ ἔλαττον, μῆκος δὲ καὶ τριπλάσιον καὶ τετραπλάσιον, ἔστιν ὅπου καὶ μεῖζον· καλεῖται δὲ τοῦτο δρόμος, καθάπερ Καλλίμαχος εἴρηκεν·

ὁ δρόμος ἱερὸς οὗτος Ἀνούβιδος.

διὰ δὲ τοῦ μήκους παντὸς ἑξῆς ἐφ' ἑκάτερα τοῦ πλάτους σφίγγες ἵδρυνται λίθιναι, πήχεις εἴκοσιν ἢ μικρῷ πλείους ἀπ' ἀλλήλων διέχουσαι, ὥσθ' ἕνα μὲν ἐκ δεξιῶν εἶναι στίχον τῶν σφιγγῶν, ἕνα δ' ἐξ εὐωνύμων· μετὰ δὲ τὰς σφίγγας πρόπυλον μέγα, εἶτ' ἄλλο προελθόντι πρόπυλον, εἶτ' ἄλλο· οὐκ ἔστι δὲ διωρισμένος ἀριθμὸς οὔτε τῶν προπύλων οὔτε τῶν σφιγγῶν· ἄλλα δ' ἐν ἄλλοις ἱεροῖς, ὥσπερ καὶ τὰ μήκη καὶ τὰ πλάτη τῶν δρόμων. μετὰ δὲ τὰ προπύλαια ὁ νεὼς πρόναον ἔχων μέγα καὶ ἀξιόλογον, τὸν δὲ σηκὸν σύμμετρον, ξόανον δ' οὐδέν, ἢ οὐκ ἀνθρωπόμορφον, ἀλλὰ τῶν ἀλόγων ζῴων τινός· τοῦ δὲ προνάου παρ' ἑκάτερον πρόκειται τὰ λεγόμενα πτερά· ἔστι δὲ ταῦτα ἰσοϋψῆ τῷ νεῴ τείχη δύο, κατ' ἀρχὰς μὲν ἀφεστῶτα ἀπ' ἀλλήλων μικρὸν πλέον ἢ τὸ πλάτος ἐστὶ τῆς κρηπῖδος τοῦ νεώ, ἔπειτ' εἰς τὸ πρόσθεν προϊόντι κατ' ἐπινευούσας γραμμὰς μέχρι πηχῶν πεντήκοντα ἢ ἑξήκοντα· ἀναγλυφὰς δ' ἔχουσιν οἱ τοῖχοι οὗτοι μεγάλων εἰδώλων, ὁμοίων τοῖς Τυρρηνικοῖς καὶ τοῖς ἀρχαίοις σφόδρα τῶν παρὰ τοῖς Ἕλλησι δημιουργημάτων. ἔστι δέ τις καὶ πολύστυλος οἶκος, καθάπερ ἐν Μέμφει, βαρβαρικὴν ἔχων τὴν κατασκευήν· πλὴν γὰρ τοῦ μεγάλων εἶναι καὶ πολλῶν καὶ πολυστίχων τῶν στύλων οὐδὲν ἔχει χαρίεν οὐδὲ γραφικόν, ἀλλὰ ματαιοπονίαν ἐμφαίνει μᾶλλον.

29. Ἐν δὲ τῇ Ἡλίου πόλει καὶ οἴκους εἴδομεν μεγά-

initium est a pago Phacussa, cui continuus est Philonis pagus. Fossa latitudinem habet cubitorum centum; profunditas ea, quæ prægrandi navi onerariæ satis sit. Hæc loca ad Delta verticem prope accedunt.

27. Ibidem est Bubastus civitas et Bubastica præfectura, et supra eam est Heliopolitana præfectura, ubi Heliopolis sive Solis urbs est aggeri magno imposita, Solis templum habet, et Mneuim bovem, qui in septo quodam nutritur, et ab Heliopolitanis pro deo habetur, quemadmodum et Apis a Memphitis. Ante aggerem lacus jacent, in quos propinqua fossa refunditur. Nunc urbs prorsus deserta est; habet autem vetustum templum Ægyptio more structum, quod multis manifestis indiciis Cambysis insaniam ac sacrilegia demonstrat, qui templa partim igni, partim ferro devastavit, mutilans et comburens, quemadmodum et obeliscos, quorum duo Romam delati sunt non omnino corrupti, alii adhuc ibi et Thebis sunt, quæ nunc Diospolis nominatur, partim stantes adhuc igni exesi, partim jacentes.

28. Templorum structura talis est. In ingressu qui ad fanum ducit, est pavimentum latitudine quidem jugeri, aut paulo minus, longitudine vero tripla quadruplave, et quibusdam in locis etiam magis; atque hoc quidem dromus (quod est cursus) dicitur, ut Callimachus inquit:

Est dromus hic sacratus Anubidis.

Per totam vero longitudinem deinceps ex utraque latitudinis parte positæ sunt lapideæ sphinges, vigenis cubitis vel paulo pluribus inter se distantes, ita ut altera sphingum series sit a dextra, altera a sinistra. Post sphinges vestibulum ingens, et ubi processeris ulterius, aliud vestibulum rursumque aliud. Neque vestibulorum neque sphingum certus est numerus, sed alius atque alius, pro diversitate longitudinis et latitudinis dromorum. Post vestibula est templum, quod atrium habet magnum et memorabile, et delubrum convenientis magnitudinis, simulacrum vero aut nullum aut non ad hominis formam, sed bestiæ alicujus effictum. Ex utraque parte atrii projectæ sunt quæ pinnæ appellantur; sunt autem duo muri, æque alti atque templum, in initio inter se distantes paulo plus quam est latitudo crepidinis templi, postea prorsum procedunt lineis declinantibus (ἀπονευούσας) usque ad quinquaginta vel sexaginta cubitos. Hi parietes ingentium simulacrorum cælaturas habent, Etruscis et antiquis Græciæ operibus persimilium. Est etiam ædes quædam multis columnis structa, sicuti Memphi, barbarica fabrica; nam præterquam quod columnæ sunt et magnæ et multiplici ordine constitutæ, nihil elegans et bene delineatum habet, sed potius inanem laborem arguit.

29. Heliopoli domos amplas vidimus, in quibus sacer-

Digitized by Google

λους, ἐν οἷς διέτριβον οἱ ἱερεῖς· μάλιστα γὰρ δὴ ταύτην κατοικίαν ἱερέων γεγονέναι φασὶ τὸ παλαιόν, φιλοσόφων ἀνδρῶν καὶ ἀστρονομικῶν· ἐκλέλοιπε δὲ καὶ τοῦτο νυνὶ τὸ σύστημα καὶ ἡ ἄσκησις. ἐκεῖ μὲν οὖν οὐδεὶς ἡμῖν ἐδείκνυτο τῆς τοιαύτης ἀσκήσεως προεστώς, ἀλλ' οἱ ἱεροποιοὶ μόνον καὶ ἐξηγηταὶ τοῖς ξένοις τῶν περὶ τὰ ἱερά. παρηκολούθει δέ τις ἐξ Ἀλεξανδρείας ἀναπλέοντι εἰς τὴν Αἴγυπτον Αἰλίῳ Γάλλῳ τῷ ἡγεμόνι Χαιρήμων τοὔνομα, προσποιούμενος τοιαύτην τινὰ ἐπιστήμην, γελώμενος δὲ τὸ πλέον ὡς ἀλαζὼν καὶ ἰδιώτης· ἐκεῖ δ' οὖν ἐδείκνυντο οἵ τε τῶν ἱερέων οἶκοι καὶ Πλάτωνος καὶ Εὐδόξου διατριβαί· συνανέβη γὰρ δὴ τῷ Πλάτωνι ὁ Εὔδοξος δεῦρο καὶ συνδιέτριψαν τοῖς ἱερεῦσιν ἐνταῦθα ἐκεῖνοι τρισκαίδεκα ἔτη, ὡς εἴρηταί τισι· περιττοὺς γὰρ ὄντας κατὰ τὴν ἐπιστήμην τῶν οὐρανίων, μυστικοὺς δὲ καὶ δυσμεταδότους, τῷ χρόνῳ καὶ ταῖς θεραπείαις ἐξελιπάρησαν, ὥστε τινὰ τῶν θεωρημάτων ἱστορῆσαι· τὰ πολλὰ δὲ ἀπεκρύψαντο οἱ βάρβαροι. οὗτοι δὲ τὰ ἐπιτρέχοντα τῆς ἡμέρας καὶ τῆς νυκτὸς μόρια ταῖς τριακοσίαις ἑξήκοντα πέντε ἡμέραις εἰς τὴν ἐκπλήρωσιν τοῦ ἐνιαυσίου χρόνου παρέδοσαν· ἀλλ' ἠγνοεῖτο τέως ὁ ἐνιαυτὸς παρὰ τοῖς Ἕλλησιν, ὡς καὶ ἄλλα πλείω, ἕως οἱ νεώτεροι ἀστρολόγοι παρέλαβον παρὰ τῶν μεθερμηνευσάντων εἰς τὸ Ἑλληνικὸν τὰ τῶν ἱερέων ὑπομνήματα· καὶ ἔτι νῦν παραλαμβάνουσι τὰ ἀπ' ἐκείνων, ὁμοίως καὶ τὰ τῶν Χαλδαίων.

30. Ἐντεῦθεν δὴ ὁ Νεῖλός ἐστιν ὁ ὑπὲρ τοῦ Δέλτα· τούτου δὴ τὰ μὲν δεξιὰ καλοῦσι Λιβύην ἀναπλέοντι, ὥσπερ καὶ τὰ περὶ τὴν Ἀλεξάνδρειαν καὶ τὴν Μαρεῶτιν, τὰ δ' ἐν ἀριστερᾷ Ἀραβίαν· ἡ μὲν οὖν Ἡλίου πόλις ἐν τῇ Ἀραβίᾳ ἐστίν, ἐν δὲ τῇ Λιβύῃ Κερκέσουρα πόλις κατὰ τὰς Εὐδόξου κειμένη σκοπάς· δείκνυται γὰρ σκοπή τις πρὸ τῆς Ἡλίου πόλεως, καθάπερ καὶ πρὸ τῆς Κνίδου, πρὸς ἣν ἐσημειοῦτο ἐκεῖνος τῶν οὐρανίων τινὰς κινήσεις· ὁ δὲ νομὸς Λητοπολίτης οὗτος. ἀναπλεύσαντι δ' ἐστὶ Βαβυλών, φρούριον ἐρυμνόν, ἀποστάντων ἐνταῦθα Βαβυλωνίων τινῶν, εἶτα διαπραξαμένων ἐνταῦθα κατοικίαν παρὰ τῶν βασιλέων· νυνὶ δ' ἐστὶ στρατόπεδον ἑνὸς τῶν τριῶν ταγμάτων τῶν φρουρούντων τὴν Αἴγυπτον· ῥάχις δ' ἐστὶν ἀπὸ τοῦ στρατοπέδου καὶ μέχρι Νείλου καθήκουσα, δι' ἧς ἀπὸ τοῦ ποταμοῦ τροχοὶ καὶ κοχλίαι τὸ ὕδωρ ἀνάγουσιν, ἀνδρῶν ἑκατὸν πεντήκοντα ἐργαζομένων δεσμίων· ἀφορῶνται δ' ἐνθένδε τηλαυγῶς αἱ πυραμίδες ἐν τῇ περαίᾳ ἐν Μέμφει καὶ εἰσὶ πλησίον.

31. Ἐγγὺς δὲ καὶ ἡ Μέμφις αὐτή, τὸ βασίλειον τῶν Αἰγυπτίων· ἔστι γὰρ ἀπὸ τοῦ Δέλτα τρίσχοινον εἰς αὐτήν· ἔχει δὲ ἱερά, τό τε τοῦ Ἄπιδος, ὅς ἐστιν ὁ αὐτὸς καὶ Ὄσιρις, ὅπου ὁ βοῦς ὁ Ἄπις ἐν σηκῷ τινι τρέφεται, θεός, ὡς ἔφην, νομιζόμενος, διάλευκος τὸ μέτωπον καὶ ἄλλα τινὰ μικρὰ τοῦ σώματος, τἆλλα δὲ μέλας· οἷς σημείοις ἀεὶ κρίνουσι τὸν ἐπιτήδειον εἰς τὴν διαδοχήν, ἀπογενομένου τοῦ τὴν τιμὴν ἔχοντος. ἔστι δ' αὐλὴ προκειμένη τοῦ σηκοῦ, ἐν ᾗ καὶ ἄλλος σηκὸς

dotes habitabant; nam hanc potissimum urbem perhibent olim sacerdotum habitationem fuisse, hominum philosophiæ et astronomiæ deditorum; nunc et ordo ille et studium defecit. Certe nemo quisquam nobis tali exercitationi præfectus ostendebatur, sed homines tantum, qui sacrificia curarent, et quæ ad templum pertinent memorabilia peregrinis commonstrarent. Comitatus quidem est Ælium Gallum ducem ex Alexandria navigantem in Ægyptum quidam nomine Chæremon, qui ejusmodi scientiam profitebatur; sed ob ignorationem et arrogantiam ut plurimum deridebatur. Ostendebantur ergo ibi sacerdotum ædes ac domicilia, in quibus Eudoxus et Plato egerant. Etenim Eudoxus cum Platone eo profectus est, et ambo cum sacerdotibus annos tredecim (tria *Epit.*) sunt versati, ut nonnulli tradiderunt. Isti enim sacerdotes quum rerum cœlestium scientia præstarent, ceterum arcanam eam servarent, neque facile cum quoquam communicarent, tempore et obsequiis obtinuerunt, ut nonnulla placita cognoscerent; sed plurima interim barbari occultabant. Hi sunt qui excurrentes diei ac noctis particulas supra trecentos sexaginta quinque dies ad anni complementum tradiderunt; ceterum vera anni ratio, sicut alia plura, apud Græcos ignorabatur, donec juniores astrologi ab iis ea acceperunt, qui sacerdotum monumenta in Græcam linguam transtulerunt; atque etiam nunc multa ab illis, nec non a Chaldæis accipiunt.

30. Hinc jam Nilus supra Delta est, cujus dextra, ubi sursum navigatur, Libyam vocant, sicuti etiam ea, quæ ad Alexandriam et Mareotidem sunt; sinistra vero Arabiam. Ergo Heliopolitis præfectura in Arabia est, in Libya vero Cercesura urbs est, juxta Eudoxi speculas sita. Etenim ante Heliopolim specula quædam ostenditur, quemadmodum et ante Cnidum, secundum quam ille cœlestium corporum motus quosdam definivit. Præfectura hæc Letopolitana nominatur. Ulterius sursum naviganti est Babylon, castellum munitum, a Babyloniis quibusdam conditum: qui quum ibi defecissent, postea eo in loco habitationem a regibus impetrarunt; nunc in ea collocata est una ex tribus legionibus, quæ Ægyptum custodiunt. Ab hoc castello usque ad Nilum jugum quoddam descendit, per quod aqua rotis et cochleis e flumine trahitur, centum quinquaginta hominibus captivis opus facientibus. Hinc Pyramides, quæ apud Memphim non adeo procul sunt, in ulteriore regione manifeste conspiciuntur.

31. Propinqua est etiam Memphis, Ægyptiorum regia, tribus schœnis a Delta dissita. Inter templa urbis unum est Apidis, qui idem est cum Osiri, ubi bos Apis in cellula quadam alitur, et, ut diximus, apud eos pro deo habetur, albus frontem et quasdam parvas corporis partes, cetera vero niger; quibus signis judicare solent, qui sit ad successionem idoneus, eo, qui colebatur, defuncto. Ante hanc cellulam aula est, et in ea alia cellula matris ejus bo-

Digitized by Google

τῆς μητρὸς τοῦ βοός· εἰς ταύτην δὲ τὴν αὐλὴν ἐξαφιᾶσι τὸν Ἄπιν καθ' ὥραν τινά, καὶ μάλιστα πρὸς ἐπίδειξιν τοῖς ξένοις· ὁρῶσι μὲν γὰρ καὶ διὰ θυρίδος ἐν τῷ σηκῷ, βούλονται δὲ καὶ ἔξω· ἀποσκιρτήσαντα δ' ἐν αὐτῇ μικρὰ ἀναλαμβάνουσι πάλιν εἰς τὴν οἰκείαν στάσιν. Τό τε δὴ τοῦ Ἀπιδός ἐστιν ἱερόν, παρακείμενον τῷ Ἡφαιστείῳ, καὶ αὐτὸ τὸ Ἡφαίστειον πολυτελῶς κατεσκευασμένον ναοῦ τε μεγέθει καὶ τοῖς ἄλλοις. πρόκειται δ' ἐν τῷ δρόμῳ καὶ μονόλιθος κολοσσός· ἔθος δ' ἐστὶν ἐν τῷ δρόμῳ τούτῳ ταύρων ἀγῶνας συντελεῖσθαι πρὸς ἀλλήλους, οὓς ἐπίτηδες τρέφουσί τινες, ὥσπερ οἱ ἱπποτρόφοι· συμβάλλουσι γὰρ εἰς μάχην ἀφέντες, ὁ δὲ κρείττων νομισθεὶς ἄθλου τυγχάνει. ἔστι δ' ἐν Μέμφει καὶ Ἀφροδίτης ἱερόν, θεᾶς Ἑλληνίδος νομιζομένης· τινὲς δὲ Σελήνης ἱερὸν εἶναί φασιν.

32. Ἔστι δὲ καὶ Σαράπιον ἐν ἀμμώδει τόπῳ σφόδρα, ὥσθ' ὑπ' ἀνέμων θῖνας ἄμμων σωρεύεσθαι, ὑφ' ὧν αἱ σφίγγες αἱ μὲν καὶ μέχρι κεφαλῆς ἐωρῶντο ὑφ' ἡμῶν κατακεχωσμέναι, αἱ δ' ἡμιφανεῖς· ἐξ ὧν εἰκάζειν παρῆν τὸν κίνδυνον, εἰ τῷ βαδίζοντι πρὸς τὸ ἱερὸν λαῖλαψ ἐπιπέσοι. πόλις δ' ἐστὶ μεγάλη τε καὶ εὔανδρος, δευτέρα μετὰ Ἀλεξάνδρειαν, μιγάδων ἀνδρῶν, καθάπερ καὶ τῶν ἐκεῖ συνῳκισμένων· πρόκειται δὲ καὶ λίμναι τῆς πόλεως καὶ τῶν βασιλείων, ἃ νῦν μὲν κατέσπασται καί ἐστιν ἔρημα· ἵδρυται δ' ἐφ' ὕψους καθήκοντα μέχρι τοῦ κάτω τῆς πόλεως ἐδάφους· συνάπτει δ' ἄλσος αὐτῷ καὶ λίμνη.

33. Τετταράκοντα δ' ἀπὸ τῆς πόλεως σταδίους προελθόντι ὀρεινή τις ὀφρύς ἐστιν, ἐφ' ᾗ πολλαὶ μέν εἰσι πυραμίδες, τάφοι τῶν βασιλέων, τρεῖς δ' ἀξιόλογοι· τὰς δὲ δύο τούτων καὶ ἐν τοῖς ἑπτὰ θεάμασι καταριθμοῦνται· εἰσὶ γὰρ σταδιαῖαι τὸ ὕψος, τετράγωνοι τῷ σχήματι, τῆς πλευρᾶς ἑκάστης μικρῷ μεῖζον τὸ ὕψος ἔχουσαι· μικρῷ δὲ καὶ ἡ ἑτέρα τῆς ἑτέρας ἐστὶ μείζων· ἔχει δ' ἐν ὕψει μέσως πως [μιᾶς] τῶν πλευρῶν λίθον ἐξαιρέσιμον· ἀρθέντος δὲ σύριγξ ἐστὶ σκολιὰ μέχρι τῆς θήκης. αὗται μὲν οὖν ἐγγὺς ἀλλήλων εἰσὶ τῷ αὐτῷ ἐπιπέδῳ· ἀπωτέρω δ' ἐστὶν ἐν ὕψει μείζονι τῆς ὀρεινῆς ἡ τρίτη πολὺ ἐλάττων τῶν δυεῖν, πολὺ δὲ μείζονος δαπάνης κατεσκευασμένη· ἀπὸ γὰρ θεμελίων μέχρι μέσου σχεδόν τι μέλανος λίθου ἐστίν, ἐξ οὗ καὶ τὰς θυίας κατασκευάζουσι, κομίζοντες πόρρωθεν· ἀπὸ γὰρ τῶν τῆς Αἰθιοπίας ὀρῶν* καὶ τῷ σκληρὸς εἶναι καὶ δυσκατέργαστος πολυτελῆ τὴν πραγματείαν παρέσχε· λέγεται δὲ τῆς ἑταίρας τάφος γεγονὼς ὑπὸ τῶν ἐραστῶν, ἣν Σαπφὼ μέν, ἡ τῶν μελῶν ποιήτρια, καλεῖ Δωρίχαν, ἐρωμένην τοῦ ἀδελφοῦ αὐτῆς Χαράξου γεγονυῖαν, οἶνον κατάγοντος εἰς Ναύκρατιν Λέσβιον κατ' ἐμπορίαν, ἄλλοι δ' ὀνομάζουσι Ῥοδῶπιν· μυθεύουσι δ', ὅτι, λουομένης αὐτῆς, ἓν τῶν ὑποδημάτων αὐτῆς ἁρπάσας ἀετὸς παρὰ τῆς θεραπαίνης κομίσειεν εἰς Μέμφιν καί, τοῦ βασιλέως δικαιοδοτοῦντος ὑπαιθρίου, γενόμενος κατὰ κορυφὴν αὐτοῦ ῥίψειε τὸ ὑπόδημα εἰς τὸν κόλπον· ὁ δὲ καὶ τῷ ῥυθμῷ τοῦ ὑποδήματος καὶ τῷ παραδόξῳ κινηθεὶς περιπέμ-

vis. In hanc aulam certa hora Apis emittitur, præsertim ut peregrinis ostendatur. Vident quidem etiam per fenestram in cellula, sed volunt ut etiam extra spectetur; ubi vero paulum foris exsultim luserit, rursus in proprium locum recipitur. Habet igitur urbs Apidis templum, quod est Hephæsteo seu Vulcanio propinquum, et ipsum Hephæsteum, templi magnitudine aliisque rebus sumptuose adornatum. In fronte dromi colossus jacet ex uno lapide. In hoc dromo tauri committi solent ad pugnam, quos nonnulli dedita opera ad hoc ipsum alunt, quemadmodum alii equos; dimissi inter se pugnam cient, victori autem præmium datur. Memphi est etiam Veneris fanum, quæ Græca dea censetur; quidam Helenæ (Ἑλένης) id dicunt.

32. Est etiam Serapium in loco valde arenoso, adeo ut arenæ colles a ventis exaggerentur, quibus vidimus sphinges alias usque ad capita obrutas, alias dimidia duntaxat eminentes; unde conjicere licebat magnitudinem periculi, si quem eo proficiscentem turbo venti deprehenderet. Urbs magna est et populosa, et secunda post Alexandriam, hominibus convenis, sicut Alexandria, referta. Exstant lacus in fronte urbis et regiarum, quæ nunc dirutæ sunt et desertæ, sitæ olim in loco edito, et usque ad inferius urbis solum descendentes, cui lucus et lacus sunt contigui.

33. Quadraginta stadiis ab urbe est montanum quoddam supercilium, in quo stant multæ pyramides, regum sepulturæ. Earum tres memorabiles sunt; duæ ex tribus inter septem orbis spectacula adnumerantur; sunt enim altitudine stadii, figura quadrata, altitudinem habentes paulo majorem quolibet latere; paullo etiam altera quam altera major est. *Major* in modica altitudine unius laterum habet lapidem exemptilem, quo sublato, obliqua fistula est usque ad conditorium. Duæ hæ pyramides inter se proximæ in (ἐπὶ) eodem sunt plano; ulterius in majore montani tractus altitudine est tertia, multo prioribus duabus minor, majore tamen impensa structa. Nam ab ipsis fundamentis usque fere ad medium constat ex nigro lapide, ex quo mortaria quoque faciunt, e longinquo advehentes; nam quum ab extremis Æthiopiæ montibus *deferendus esset*, tum hoc tum eo, quod durus sit, et operatu difficilis, reddidit opus sumptuosum. Hæc pyramis dicitur meretricis sepulcrum, ab amantibus factum, quam Sappho poetria Doricham vocat, et fratris sui Charaxi amicam, quum is Lesbium vinum negotiator Naucratim portaret. Alii eam Rhodopin nominant, atque fabulam quandam narrant: ea dum lavaretur, aquilam alterum e calceis e manu ancillæ correptum Memphim deportasse, et quum esset supra verticem regis sub divo jura dantis, calceum in hujus gremium demisisse; regem calcei concinnitate et rei novitate permotum, per totam regionem dimisisse ad inqui-

Digitized by Google

ψειεν εἰς τὴν χώραν κατὰ ζήτησιν τῆς φορούσης ἀνθρώπου τοῦτο· εὑρεθεῖσα δ' ἐν τῇ πόλει τῶν Ναυκρατιτῶν ἀναχθείη καὶ γένοιτο γυνὴ τοῦ βασιλέως, τελευτήσασα δὲ τοῦ λεχθέντος τύχοι τάφου.

34. Ἓν δέ τι τῶν δραθέντων ὑφ' ἡμῶν ἐν ταῖς πυραμίσι παραδόξων οὐκ ἄξιον παραλιπεῖν. ἐκ γὰρ τῆς λατύπης σωροί τινες πρὸ τῶν πυραμίδων κεῖνται· ἐν τούτοις δ' εὑρίσκεται ψήγματα καὶ τύπῳ καὶ μεγέθει φακοειδῆ· ἐνίοις δὲ καὶ ὡς ἂν πτίσμα οἷον ἡμιλεπίστων ὑποτρέχει· φασὶ δ' ἀπολιθωθῆναι λείψανα τῆς τῶν ἐργαζομένων τροφῆς· οὐκ ἀπέοικε δέ· καὶ γὰρ οἶκοι παρ' ἡμῖν λόφος ἐστὶν ἐν πεδίῳ παραμήκης, οὗτος δ' ἐστὶ μεστὸς ψήφων φακοειδῶν λίθου πορείας· καὶ αἱ θαλάττιαι δὲ καὶ αἱ ποτάμιαι ψῆφοι σχεδόν τι τὴν αὐτὴν ἀπορίαν ὑπογράφουσιν· ἀλλ' αὗται μὲν ἐν τῇ κινήσει τῇ διὰ τοῦ ῥεύματος εὑρεσιλογίαν τινὰ ἔχουσιν, ἐκεῖ δ' ἀπορωτέρα ἡ σκέψις. εἴρηται δ' ἐν ἄλλοις καὶ διότι περὶ τὸ μέταλλον τῶν λίθων, ἐξ ὧν αἱ πυραμίδες γεγόνασιν, ἐν ὄψει ταῖς πυραμίσιν ὂν πέραν ἐν τῇ Ἀραβίᾳ, Τρωικόν τι καλεῖται πετρῶδες ἱκανῶς ὄρος καὶ σπήλαια ὑπ' αὐτῷ καὶ κώμη πλησίον καὶ τούτοις καὶ τῷ ποταμῷ, Τροία καλουμένη, κατοικία παλαιὰ τῶν Μενελάῳ συγκατακολουθησάντων αἰχμαλώτων Τρώων, καταμεινάντων δ' αὐτόθι.

35. Μετὰ δὲ Μέμφιν Ἄκανθος πόλις ὁμοίως ἐν τῇ Λιβύῃ καὶ τὸ τοῦ Ὀσίριδος ἱερὸν καὶ τὸ τῆς ἀκάνθης ἄλσος τῆς Θηβαϊκῆς, ἐξ ἧς τὸ κόμμι. εἶθ' ὁ Ἀφροδιτοπολίτης νομὸς καὶ ἡ ὁμώνυμος πόλις ἐν τῇ Ἀραβίᾳ, ἐν ᾗ λευκὴ βοῦς ἱερὰ τρέφεται. εἶθ' ὁ Ἡρακλεώτης νομὸς ἐν νήσῳ μεγάλῃ, καθ' ἣν ἡ διῶρύξ ἐστιν ἐν δεξιᾷ εἰς τὴν Λιβύην ἐπὶ τὸν Ἀρσινοΐτην νομόν, ὥστε καὶ δίστομον εἶναι τὴν διώρυγα, μεταξὺ μέρους τινὸς τῆς νήσου παρεμπίπτοντος. ἔστι δ' ὁ νομὸς οὗτος ἀξιολογώτατος τῶν ἁπάντων κατά τε τὴν ὄψιν καὶ τὴν ἀρετὴν καὶ τὴν κατασκευήν· ἐλαιόφυτός τε γὰρ μόνος ἐστὶ μεγάλοις καὶ τελείοις δένδρεσι καὶ καλλικάρποις, εἰ δὲ συγκομίζοι καλῶς τις, καὶ εὐέλαιος· ὀλιγωροῦντες δὲ τούτου πολὺ μὲν ποιοῦσιν ἔλαιον, μοχθηρὸν δὲ κατὰ τὴν ὀδμήν (ἡ δ' ἄλλη Αἴγυπτος ἀνέλαιός ἐστι πλὴν τῶν κατ' Ἀλεξάνδρειαν κήπων, οἳ μέχρι τοῦ ἐλαίαν χορηγεῖν ἱκανοί εἰσιν, ἔλαιον δ' οὐχ ὑπουργοῦσιν)· οἶνόν τε οὐκ ὀλίγον ἐκφέρει σῖτόν τε καὶ ὄσπρια καὶ τὰ ἄλλα σπέρματα πάμπολλα. θαυμαστὴν δὲ καὶ τὴν λίμνην ἔχει τὴν Μοίριδος καλουμένην, πελαγίαν τῷ μεγέθει καὶ τῇ χρόᾳ θαλαττοειδῆ· καὶ τοὺς αἰγιαλοὺς δέ ἐστιν ὁρᾶν ἐοικότας τοῖς θαλαττίοις· ὡς ὑπονοεῖν τὰ αὐτὰ περὶ τῶν κατὰ Ἄμμωνα τόπων καὶ τούτων (καὶ γὰρ οὐδὲ πάμπολυ ἀφεστᾶσιν ἀλλήλων καὶ τοῦ Παραιτονίου), μὴ ὥσπερ τὸ ἱερὸν ἐκεῖνο εἰκάζειν ἐστὶ πρότερον ἐπὶ τῇ θαλάττῃ ἱδρῦσθαι διὰ τὸ πλῆθος τῶν τεκμηρίων, καὶ ταῦθ' ὁμοίως τὰ χωρία πρότερον ἐπὶ τῇ θαλάττῃ ὑπῆρχεν· ἡ δὲ κάτω Αἴγυπτος καὶ τὰ μέχρι τῆς λίμνης τῆς Σιρβωνίτιδος πέλαγος ἦν, σύρρουν τυχὸν ἴσως τῇ Ἐρυθρᾷ τῇ κατὰ Ἡρώων πόλιν καὶ τὸν Αἴλανίτην μυχόν.

rendam eam, quæ hujusmodi calceum gestaret: eam in urbe Naucratitarum inventam, atque adductam, regis uxorem factam, et post mortem hac sepultura affectam fuisse.

34. Sed unum de miris rebus, a nobis in pyramidibus visum, haudquaquam prætereundum est. Acervi quidam ex lapidum frustulis dolando detritis ante pyramides jacent; in his lapilli et forma et magnitudine lentis inveniuntur; in nonnullis etiam quasi hordei grana semidecorticata occurrunt; narrant reliquias ciborum, qui operariis dati fuissent, in lapidem induruisse: quod quidem non est probabile (ἐπέοικε). Nam apud nos quoque collis quidam est oblongus, in campo situs, qui tofi calculis in modum lentis plenus est. Maritimi quoque et fluviales calculi eandem fere ambiguitatem præstant; sed li propter motum, qui in aqua fit, probabilem explicationis rationem suppeditant, istic vero indagatio veri est difficilior. Alibi [*nescio ubi*] dictum est circa locum ubi lapides struendis pyramidibus effossi sunt, in conspectu pyramidum trans Nilum in Arabia, Troicum vocari montem quendam satis petrosum, et speluncam sub eo, et pagum his ac flumini proximum nomine Trojam, antiquam Trojanorum habitationem eorum, qui captivi Menelaum secuti sunt et ibi consederunt.

35. Post Memphin est Acanthus civitas similiter in Libyæ latere; ibidem Osiridis templum, et lucus acanthæ seu spinæ Thebaicæ, e qua gummi colligitur; postea est Aphroditopolitana præfectura, et civitas eodem nomine in Arabia, in qua bos alba sacra alitur. Sequitur Heracleotica præfectura in insula magna, juxta quam fossa est a dextra, versus Libyam atque præfecturam Arsinoiticam directa, ita ut hæc fossa duo habeat ostia seu capita, quum inter utrumque ostium pars quædam insulæ intercedat. Arsinoitica vero præfectura ceteras omnes et adspectu et virtute et apparatu antecellit. Sola enim oleas perfectas et fructiferas arbores profert, ac si quis bene colligat, oleum etiam optimum fit; negligentes autem rem, multum quidem oleum efficiunt, sed pessimi odoris (Ægyptus reliqua oleo caret, exceptis hortis, qui circa Alexandriam sunt, qui oleas quidem ferre possunt, oleum vero non suppeditant); vini quoque non parum fert, porro frumentum, legumina et alia semina omnis generis. Habet etiam lacum admirabilem, Mœridis appellatum, pelago similem magnitudine et marino colore; ripas quoque videre est maris litoribus persimiles, ut idem de hoc loco atque iis, quæ sunt circa Ammonem, suspicari possis (nec sane multo a se invicem distant, nec ambo a Parætonio); videlicet sicuti templum illud olim ad mare stetisse e multis indiciis probabiliter opinari licet, sic hæc quoque loca prius fuisse maritima; inferiorem vero Ægyptum, et quæ usque ad Serboniticum lacum tendunt, pelagus obtinuisse, conjunctum fortasse cum mari Rubro, quod Heroum urbi et Elanitico recessui proximum est.

Digitized by Google

36. Εἴρηται δὲ περὶ τούτων διὰ πλειόνων ἐν τῷ πρώτῳ ὑπομνήματι τῆς γεωγραφίας, καὶ νῦν δ' ἐπὶ τοσοῦτον ὑπομνηστέον [τὸ] τῆς φύσεως ἅμα καὶ τὸ τῆς προνοίας ἔργον εἰς ἓν συμφέροντας· τὸ μὲν τῆς φύσεως, ὅτι τῶν πάντων ὑφ' ἓν συννευόντων τὸ τοῦ ὅλου μέσον καὶ σφαιρουμένων περὶ τοῦτο, (καὶ) τὸ μὲν πυκνότατον καὶ μεσαίτατόν ἐστιν ἡ γῆ, τὸ δ' ἧττον τοιοῦτον καὶ ἐφεξῆς τὸ ὕδωρ, ἑκάτερον δὲ σφαῖρα, ἡ μὲν στερεά, ἡ δὲ κοίλη, ἐντὸς ἔχουσα τὴν γῆν· τὸ δὲ τῆς προνοίας, ὅτι βεβούληται, καὶ αὐτὴ ποικίλτριά τις οὖσα καὶ μυρίων ἔργων δημιουργός, ἐν τοῖς πρώτοις ζῷα γεννᾶν, ὡς πολὺ διαφέροντα τῶν ἄλλων· καὶ τούτων τὰ κράτιστα θεούς τε καὶ ἀνθρώπους, ὧν ἕνεκεν καὶ τὰ ἄλλα συνέστηκε. τοῖς μὲν οὖν θεοῖς ἀπέδειξε τὸν οὐρανόν, τοῖς δ' ἀνθρώποις τὴν γῆν, τὰ ἄκρα τῶν τοῦ κόσμου μερῶν· ἄκρα δὲ τῆς σφαίρας τὸ μέσον καὶ τὸ ἐξωτάτω. ἀλλ' ἐπειδὴ τῇ γῇ περίκειται τὸ ὕδωρ, οὐκ ἔστι δ' ἔνυδρον ζῷον ὁ ἄνθρωπος, ἀλλὰ χερσαῖον καὶ ἐναέριον καὶ πολλοῦ κοινωνικὸν φωτός, ἐποίησεν ἐξοχὰς ἐν τῇ γῇ πολλὰς καὶ εἰσοχάς, ὥστ' ἐν αἷς μὲν ἀπολαμβάνεσθαι τὸ σύμπαν ἢ καὶ τὸ πλέον ὕδωρ ἀποκρύπτον τὴν ὑπ' αὐτῷ γῆν, ἐν αἷς δ' ἐξέχειν τὴν γῆν ἀποκρύπτουσαν ὑφ' ἑαυτῇ τὸ ὕδωρ, πλὴν ὅσον χρήσιμον τῷ ἀνθρωπείῳ γένει καὶ τοῖς περὶ αὐτὸ ζῴοις καὶ φυτοῖς. ἐπεὶ δ' ἐν κινήσει συνεχεῖ τὰ σύμπαντα καὶ μεταβολαῖς μεγάλαις (οὐ γὰρ οἷόν τε ἄλλως τὰ τοιαῦτα καὶ τοσαῦτα καὶ τηλικαῦτα ἐν τῷ κόσμῳ διοικεῖσθαι), ὑποληπτέον, μήτε τὴν γῆν ἀεὶ συμμένειν οὕτως, ὥστ' ἀεὶ τηλικαύτην εἶναι μηδὲν προστιθεῖσαν ἑαυτῇ μηδ' ἀφαιροῦσαν, μήτε τὸ ὕδωρ, μήτε τὴν ἕδραν ἔχειν τὴν αὐτὴν ἑκάτερον, καὶ ταῦτα εἰς ἄλληλα φυσικωτάτης οὔσης καὶ ἐγγυτάτω τῆς μεταπτώσεως· ἀλλὰ καὶ τῆς γῆς πολλὴν εἰς ὕδωρ μεταβάλλειν, καὶ τῶν ὑδάτων πολλὰ χερσοῦσθαι τὸν αὐτὸν τρόπον, ὅνπερ καὶ ἐν τῇ γῇ, καθ' ἣν αὐτὴν τοσαῦται διαφοραί· ἡ μὲν γὰρ εὔθρυπτος, ἡ δὲ στερεὰ καὶ πετρώδης καὶ σιδηρῖτις καὶ οὕτως ἐπὶ τῶν ἄλλων. ὁμοίως δὲ καὶ ἐπὶ τῆς ὑγρᾶς οὐσίας· ἡ μὲν [γὰρ] ἁλμυρίς, ἡ δὲ γλυκεῖα καὶ πότιμος, ἡ δὲ φαρμακώδης καὶ σωτήριος καὶ ὀλέθριος καὶ ψυχρὰ καὶ θερμή. τί οὖν θαυμαστόν, εἴ τινα μέρη τῆς γῆς, ἃ νῦν οἰκεῖται, θαλάττῃ πρότερον κατείχετο, τὰ δὲ νῦν πελάγη πρότερον ᾠκεῖτο; καθάπερ καὶ πηγὰς τὰς πρότερον ἐκλιπεῖν συνέβη, τὰς δ' ἀνεῖσθαι, καὶ ποταμοὺς καὶ λίμνας, οὕτω δὲ καὶ ὄρη καὶ πεδία εἰς ἄλληλα μεταπίπτειν· περὶ ὧν καὶ πρότερον εἰρήκαμεν πολλά, καὶ νῦν εἰρήσθω.

37. Ἡ δ' οὖν Μοίριδος λίμνη διὰ τὸ μέγεθος καὶ τὸ βάθος ἱκανή ἐστι κατὰ τὰς ἀναβάσεις τὴν πλημμυρίδα φέρειν καὶ μὴ ὑπερπολάζειν εἰς τὰ οἰκούμενα καὶ πεφυτευμένα, εἶτα ἐν τῇ ἀποβάσει τὸ πλεονάζον ἀποδοῦσα τῇ αὐτῇ διώρυγι κατὰ θάτερον τῶν στομάτων ἔχειν ὑπολειπόμενον τὸ χρήσιμον πρὸς τὰς ἐποχετείας καὶ αὐτὴ καὶ ἡ διῶρυξ. ταῦτα μὲν φυσικά, ἐπίκειται δὲ τοῖς στόμασιν ἀμφοτέροις τῆς διώρυγος κλεῖθρα, οἷς ταμιεύουσιν οἱ ἀρχιτέκτονες τό τε εἰσρέον ὕδωρ καὶ τὸ

36. Sed de his in primo geographiæ volumine (I, 3, 4) pluribus dictum est; sed nunc quoque paucis monebimus naturæ simul atque providentiæ opus una consideratione perpendentes. Et naturæ quidem opus hoc est: nimirum rebus omnibus ad id unum vergentibus, quod universi medium est, et circa id in globosam massam se conformantibus, medium atque densissimum est terra, quod minus densum est et ordine deinceps sequitur, aqua est; utrumque globus: alter quidem solidus, alter concavus, utpote terram intus habens. Providentiæ autem est, quod quum ornatrix sit et plurimarum rerum opifex, in primis animalia creare voluit, utpote quæ longe ceteris antecellunt, atque horum ipsorum præstantissima deos atque homines, quorum gratia cetera sunt constituta. Diis itaque cœlum, hominibus terram incolendam dedit, quæ duo mundi extrema sunt; nam globi extrema sunt centrum et externa superficies. Enimvero quoniam aqua terram circumdat, homo autem non est aquatile animal, sed terrestre, et aerem multumque lumen percipit: eadem terram multis in locis excitavit, in multis depressit, ut in his tota aqua vel maxima ejus pars obtineret et terram sub se occultaret, in illis vero terra exstaret, atque aquam sub se absconderet, nisi quantum hominum generi ceterisque animalibus ac plantis necessarium videbatur. Jam quum omnia continue moveantur et transmutentur (aliter enim talia totque ac tanta in mundo recte administrari non possent), existimandum est nec terram perpetuo ita durare, ut semper tanta sit, nec quicquam ei addatur aut adimatur, nec aquam, nec eandem sedem semper ab iis obtineri, præsertim quum transmutatio mutua naturæ earum maxime conveniat et propinquissima sit. Imo censendum est et terræ multum in aquam converti, et aquæ vicissim multum in terram transmutari eodem modo, quo in terra hoc evenit, in qua ipsa tot differentiæ inveniuntur; nam alia est fragilis, alia solida et petrosa aut ferrea et sic porro alia aliter; similiter de humoribus alius est salsus, alius dulcis et potabilis, alius salubris et medicam vim habens, alius perniciosus, et frigidus alius, alius calidus. Qui ergo mirum sit, terræ partes aliquas, quæ nunc habitantur, olim mari tectas: et quæ nunc pelagus sunt, prius habitatas fuisse? quemadmodum de fontibus alii exaruere, alii eruperunt, itemque flumina et lacus, sic etiam montes et campos invicem commutari accidit; de quibus et ante copiosius diximus et nunc hæc dicta sunto.

37. Mœridis itaque lacus propter magnitudinem et profunditatem sub Nili incrementa excipiendæ inundationi sufficit, ne aquæ in sata et habitationes exundent; deinde autem decrescente Nilo, postquam abundantem in se aquam ejusdem fossæ adminiculo per alterum ostiorum reddidit, retinere tantam ejus copiam, quanta irrigationibus conducat, et ipse solet et fossa. Atque hæc quidem natura præstat; utrique autem fossæ ostio claustra imposita sunt, quibus architecti et influenti et effluenti aquæ mode-

Digitized by Google

ἐκρέον. πρὸς δὲ τούτοις ἡ τοῦ λαβυρίνθου κατασκευὴ πάρισον ταῖς πυραμίσιν ἐστὶν ἔργον καὶ ὁ παρακείμενος τάφος τοῦ κατασκευάσαντος βασιλέως τὸν λαβύρινθον. ἔστι δὲ κατὰ τὸν πρῶτον εἴσπλουν τὸν εἰς τὴν διώρυγα προελθόντι ὅσον τριάκοντα ἢ τετταράκοντα σταδίους ἐπίπεδόν τι τραπεζῶδες χωρίον, ἔχον κώμην τε καὶ βασίλειον μέγα ἐκ πολλῶν βασιλείων, ὅσοι πρότερον ἦσαν νομοί· τοσαῦται γάρ εἰσιν αὐλαὶ περίστυλοι, συνεχεῖς ἀλλήλαις, ἐφ' ἕνα στίχον πᾶσαι καὶ ἐφ' ἑνὸς τοίχου, ὡς ἂν τείχους μακροῦ προκειμένας ἔχοντος τὰς αὐλάς· αἱ δ' εἰς αὐτὰς ὁδοὶ καταντικρὺ τοῦ τείχους εἰσί· πρόκειν-ται δὲ τῶν εἰσόδων κρυπταί τινες μακραὶ καὶ πολλαί, δι' ἀλλήλων ἔχουσαι σκολιὰς τὰς ὁδούς, ὥστε χωρὶς ἡγεμόνος μηδενὶ τῶν ξένων εἶναι δυνατὴν τὴν εἰς ἑκάστην αὐλὴν πάροδόν τε καὶ ἔξοδον. τὸ δὲ θαυμαστόν, ὅτι αἱ στέγαι τῶν οἴκων ἑκάστου μονόλιθοι, καὶ τῶν κρυπτῶν τὰ πλάτη μονολίθοις ὡσαύτως ἐστέγασται πλαξίν, ὑπερβαλλούσαις τὸ μέγεθος, ξύλων οὐδαμοῦ καταμεμιγμένων οὐδ' ἄλλης ὕλης οὐδεμιᾶς· ἀναβάντα τε ἐπὶ τὸ στέγος οὐ μέγα τῷ ὕψει, ἅτε μονοστέγῳ, ἔστιν ἰδεῖν πεδίον λίθινον ἐκ τηλικούτων λίθων, ἐντεῦθεν δὲ πάλιν εἰς τὰς αὐλὰς † ἐκπίπτοντα ἑξῆς ὁρᾶν κειμένας ὑπὸ μονολίθων κιόνων ὑπηρεισμένας ἑπτὰ καὶ εἴκοσι· καὶ οἱ τοῖχοι δὲ οὐκ ἐξ ἐλαττόνων τῷ μεγέθει λίθων σύγκεινται. ἐπὶ τέλει δὲ τῆς οἰκοδομίας ταύτης πλέον ἢ στάδιον ἐπεχούσης ὁ τάφος ἐστί, πυραμὶς τετράγωνος, ἑκάστην τετράπλεθρόν πως ἔχουσα τὴν πλευρὰν καὶ τὸ ἴσον ὕψος· Ἰμάνδης δ' ὄνομα ὁ ταφείς. πεποιῆσθαι δέ φασι τὰς αὐλὰς τοσαύτας, ὅτι τοὺς νομοὺς ἔθος ἦν ἐκεῖσε συνέρχεσθαι πάντας ἀριστίνδην μετὰ τῶν οἰκείων ἱερέων καὶ ἱερειῶν, θυσίας τε (καὶ θεοδοσίας) καὶ δικαιοδοσίας περὶ τῶν μεγίστων χάριν· κατήγετο δὲ τῶν νομῶν ἕκαστος εἰς τὴν ἀποδειχθεῖσαν αὐλὴν αὐτῷ.

38. Παραπλεύσαντι δὲ ταῦτα ἐφ' ἑκατὸν σταδίους πόλις ἐστὶν Ἀρσινόη, Κροκοδείλων δὲ πόλις ἐκαλεῖτο πρότερον· σφόδρα γὰρ ἐν τῷ νομῷ τούτῳ τιμῶσι τὸν κροκόδειλον, καὶ ἔστιν ἱερὸς παρ' αὐτοῖς ἐν λίμνῃ καθ' αὑτὸν τρεφόμενος, χειροήθης τοῖς ἱερεῦσι· καλεῖται δὲ Σοῦχος· τρέφεται δὲ σιτίοις καὶ κρέασι καὶ οἴνῳ, προσφερόντων ἀεὶ τῶν ξένων τῶν ἐπὶ τὴν θέαν ἀφικνουμένων. ὁ γοῦν ἡμέτερος ξένος, ἀνὴρ τῶν ἐντίμων, αὐτόθι μυσταγωγῶν ἡμᾶς, συνῆλθεν ἐπὶ τὴν λίμνην, κομίζων ἀπὸ τοῦ δείπνου πλακουντάριόν τι καὶ κρέας ὀπτὸν καὶ προχοΐδιόν τι μελικράτου· εὕρομεν δὲ ἐπὶ τῷ χείλει κείμενον τὸ θηρίον· προσιόντες δὲ οἱ ἱερεῖς, οἱ μὲν διέστησαν αὐτοῦ τὸ στόμα, ὁ δὲ ἐνέθηκε τὸ πέμμα, καὶ πάλιν τὸ κρέας, εἶτα τὸ μελίκρατον κατήρασε· καθαλόμενος δὲ εἰς τὴν λίμνην διῆξεν εἰς τὸ πέραν· ἐπελθόντος δὲ καὶ ἄλλου τῶν ξένων, κομίζοντος ὁμοίως ἀπαρχήν, λαβόντες περιῆλθον δρόμῳ καὶ καταλαβόντες προσήνεγκαν ὁμοίως τὰ προσενεχθέντα.

39. Μετὰ δὲ τὸν Ἀρσινοΐτην καὶ τὸν Ἡρακλεωτικὸν νομὸν Ἡρακλέους πόλις, ἐν ᾗ ὁ ἰχνεύμων τιμᾶται ὑπεναντίως τοῖς Ἀρσινοΐταις· οἱ μὲν γὰρ τοὺς κροκοδείλους

rantur. Ad hæc est labyrinthi fabrica, opus haud impar pyramidibus, et adjacens regis sepultura ejus, qui labyrinthum construxit. Etenim juxta primum fossæ ingressum ad triginta quadragintave stadia procedenti est planities quædam mensali forma, quæ pagum habet et magnum palatium ex tot regiis constans quot prius præfecturæ erant; nam totidem aulæ sunt columnis ambitæ, invicem continuæ, omnes uno ordine et in uno pariete, qui tanquam longus quidam murus ante se sitas aulas habet. Viæ vero, quæ ad eas tendunt, ex adverso sunt ipsius muri; ante ingressus cryptæ quædam multæ ac longæ, quæ inter se vias flexuosas habent, ut nemo peregrinus ingredi singulas aulas possit, nec egredi sine duce. Dignum admiratione, quod uniuscujusque domus tabulata ex uno lapide constent, atque etiam cryptarum latitudines item tectæ sint lapideis pluteis integris magnitudinis eximiæ, nullo usquam nec ligni nec alius materiæ interventu. Si quis in tabulatum ascendat, quod non admodum altum est, quum una solummodo sit contignatio, videre licet lapideum campum tantis lapidibus instratum; inde rursus in aulas si prospexeris (ἐκκύπτοντα?), cernes eas deinceps positas, innitentes columnis viginti septem e solido lapide factis; parietes quoque ex lapidibus non minoribus sunt compositi. In fine hujus ædificii, quod plus stadio occupat, est sepulcrum, pyramis quadrangula, cujus quodlibet latus quattuor fere est jugerum, et altitudo par. Sepulti nomen est Imandes (Ismandes § 42; Maindes *in Epit.*). Dicunt tot aulas ibi factas esse, quia solerent omnes præfecturæ eo convenire missis optimatibus cum sacerdotibus et sacerdotissis (ἱερείων *codd.*), sacrificii gratia juris dicendi de rebus maximis; quævis autem præfectura in designatam ipsi aulam procedebat.

38. Præternaviganti hæc ad centum stadia, urbs est Arsinoe, quæ olim Crocodilorum urbs dicebatur. In hac enim præfectura mirum in modum colitur crocodilus, et est sacer apud eos in lacu quodam seorsum nutritus, et sacerdotibus mansuetus; Suchus vocatur. Nutritur autem pane, carne et vino, quæ a peregrinis afferuntur ad ejusmodi spectaculum venientibus. Hospes itaque noster, unus ex honoratis viris, qui nobis sacra ibi commonstrabat, ad lacum accedens, placentulam et carnem assam et quoddam mulsi vasculum e cœna attulit. Bestiam in ripa lacus invenimus; ex sacerdotibus alii ejus os apperuerunt, alius placentam ingessit, postea carnem, deinde mulsum infudit; ille in lacum desiliens, in ulteriorem partem trajecit; quumque alius hospes advenisset, et similiter primitias attulisset, cursu lacum circumeuntes itidem invento crocodilo obtulerunt.

39. Post Arsinoiticam in (κατὰ) Heracleotica præfectura est Herculis civitas, in qua colitur ichneumon contra morem Arsinoitarum. Hi enim crocodilos colunt, et pro-

Digitized by Google

τιμῶσι, καὶ διὰ τοῦτο ἥ τε διῶρυξ αὐτῶν ἐστι μεστὴ τῶν κροκοδείλων καὶ ἡ τοῦ Μοίριδος λίμνη· σέβονται γὰρ καὶ ἀπέχονται αὐτῶν· οἱ δὲ τοὺς ἰχνεύμονας τοὺς ὀλεθριωτάτους τοῖς κροκοδείλοις, καθάπερ καὶ ταῖς ἀσπίσι· καὶ γὰρ τὰ ὠὰ διαφθείρουσιν αὐτῶν καὶ αὐτὰ τὰ θηρία, τῷ πηλῷ θωρακισθέντες· κυλισθέντες γὰρ ἐν αὐτῷ ξηραίνονται πρὸς τὸν ἥλιον, εἶτα τὰς ἀσπίδας μὲν ἢ τῆς κεφαλῆς ἢ τῆς οὐρᾶς λαβόμενοι κατασπῶσιν εἰς τὸν ποταμὸν καὶ διαφθείρουσι· τοὺς δὲ κροκοδείλους ἐνεδρεύσαντες, ἡνίκ' ἂν ἡλιάζωνται κεχηνότες, ἐμπίπτουσιν εἰς τὰ χάσματα καὶ διαφαγόντες τὰ σπλάγχνα καὶ τὰς γαστέρας ἐκδύνουσιν ἐκ νεκρῶν τῶν σωμάτων.

40. Ἑξῆς δ' ἐστὶν ὁ Κυνοπολίτης νομὸς καὶ Κυνῶν πόλις, ἐν ᾗ ὁ Ἄνουβις τιμᾶται καὶ τοῖς κυσὶ τιμὴ καὶ σίτισις τέτακταί τις ἱερά. ἐν δὲ τῇ περαίᾳ Ὀξύρυγχος πόλις καὶ νομὸς ὁμώνυμος· τιμῶσι δὲ τὸν ὀξύρυγχον καὶ ἔστιν αὐτοῖς ἱερὸν ὀξυρύγχου, καίτοι καὶ τῶν ἄλλων Αἰγυπτίων κοινῇ τιμώντων τὸν ὀξύρυγχον. τινὰ μὲν γὰρ τῶν ζῴων ἅπαντες κοινῇ τιμῶσιν Αἰγύπτιοι, καθάπερ τῶν μὲν πεζῶν τρία, βοῦν, κύνα, αἴλουρον, τῶν δὲ πτηνῶν δύο, ἱέρακα καὶ ἶβιν, τῶν δ' ἐνύδρων δύο, λεπιδωτὸν ἰχθὺν καὶ ὀξύρυγχον· ἄλλα δ' ἔστιν, ἃ τιμῶσι καθ' ἑαυτοὺς ἕκαστοι, καθάπερ Σαῖται πρόβατον καὶ Θηβαῖται, λάτον δὲ τῶν ἐν τῷ Νείλῳ τινὰ ἰχθὺν Λατοπολῖται, λύκον τε Λυκοπολῖται, κυνοκέφαλον δὲ Ἑρμοπολῖται, κῆβον δὲ Βαβυλώνιοι οἱ κατὰ Μέμφιν· ἔστι δ' ὁ κῆβος τὸ μὲν πρόσωπον ἐοικὼς σατύρῳ, τἆλλα δὲ κυνὸς καὶ ἄρκτου μεταξύ, γεννᾶται δ' ἐν Αἰθιοπίᾳ· ἀετὸν δὲ Θηβαῖοι, λέοντα δὲ Λεοντοπολῖται, αἶγα δὲ καὶ τράγον Μενδήσιοι, μυγαλῆν δὲ Ἀθριβῖται, ἄλλοι δ' ἄλλο τι· τὰς δ' αἰτίας οὐχ ὁμολογουμένας λέγουσιν.

41. Ἑξῆς δ' ἐστὶν Ἑρμοπολιτικὴ φυλακή, τελώνιόν τι τῶν ἐκ τῆς Θηβαΐδος καταφερομένων· ἐντεῦθεν ἀρχὴ τῶν ἑξήκοντα σταδίων σχοίνων, ἕως Συήνης καὶ Ἐλεφαντίνης· εἶτα ἡ Θηβαϊκὴ φυλακὴ καὶ διῶρυξ φέρουσα ἐπὶ Τάνιν· εἶτα Λύκων πόλις καὶ Ἀφροδίτης καὶ Πανῶν πόλις, λινουργῶν καὶ λιθουργῶν κατοικία παλαιά.

42. Ἔπειτα Πτολεμαϊκὴ πόλις, μεγίστη τῶν ἐν τῇ Θηβαΐδι καὶ οὐκ ἐλάττων Μέμφεως, ἔχουσα καὶ σύστημα πολιτικὸν ἐν τῷ Ἑλληνικῷ τρόπῳ. ὑπὲρ δὲ ταύτης ἡ Ἄβυδος, ἐν ᾗ τὸ Μεμνόνιον, βασίλειον θαυμαστῶς κατεσκευασμένον ὁλόλιθον τῇ αὐτῇ κατασκευῇ, ᾗπερ τὸν λαβύρινθον ἔφαμεν, οὐ πολλαπλοῦν δέ· καὶ κρήνη ἐν βάθει κειμένη, ὥστε καταβαίνειν εἰς αὐτὴν, κατακαμφθεισῶν ψαλίδων διὰ μονολίθων ὑπερβαλλόντων τῷ μεγέθει καὶ τῇ κατασκευῇ. ἔστι δὲ διῶρυξ (ἡ) ἄγουσα ἐπὶ τὸν τόπον ἀπὸ τοῦ μεγάλου ποταμοῦ. περὶ δὲ τὴν διώρυγα ἀκανθῶν Αἰγυπτίων ἄλσος ἐστὶν ἱερὸν τοῦ Ἀπόλλωνος. ἔοικε δὲ ὑπάρξαι ποτὲ ἡ Ἄβυδος πόλις μεγάλη, δευτερεύουσα μετὰ τὰς Θήβας, νυνὶ δ' ἐστὶ κατοικία μικρά· εἰ δ', ὥς φασιν, ὁ Μέμνων ὑπὸ τῶν Αἰγυπτίων Ἰσμάνδης λέγεται, καὶ ὁ λαβύρινθος Μεμνόνιον ἂν εἴη καὶ τοῦ αὐτοῦ ἔργον, οὗπερ καὶ τὰ ἐν Ἀβύδῳ καὶ τὰ ἐν Θήβαις· καὶ γὰρ ἐκεῖ λέγεταί τινα

pterea fossam habent crocodilis plenam et Mœridis lacum; nam venerantur, et ab iis abstinent; Heracleotæ autem ichneumones, qui crocodilis et aspidibus perniciosissimi sunt; nam et eorum ova delent, et ipsas bestias interficiunt luto tanquam thorace muniti; in hoc enim postquam se volutarunt et dein ad solem siccati sunt, aspides capite aut cauda arreptas in flumen trahunt atque occidunt; crocodilos autem insidiose observant, et quando ii se, rictu diducto, soli exponunt, tum in ora eorum intrant, et exesis visceribus, e ventre mortuorum egrediuntur.

40. Sequitur Cynopolitana præfectura et Canum urbs, in qua Anubis colitur, et honor et sacer quidam cibus canibus est constitutus. In opposito fluvii latere est Oxyrynchus civitas et præfectura eodem nomine. Hic oxyrynchus piscis a rostro acuto sic dictus colitur, et oxyrynchi templum est, quamvis etiam ceteri Ægyptii omnes oxyrynchum piscem colant. Etenim quædam animalia Ægyptii universi colunt, ut de terrestribus tria, bovem, canem, felem, e volatilibus accipitrem atque ibim, ex aquatilibus duo, lepidotum (*id-est squamatum*) piscem et oxyrynchum; alia vero sunt, quæ pro se quique colunt, ut Saitæ et Thebani ovem, latum vero, qui piscis quidam est in Nilo, Latopolitani, lupum Lycopolitani, cynocephalum simiam Hermopolitani, cepum simiam Babylonii, qui sunt juxta Memphim; (cepus faciem habet Satyro similem, cetera inter canem atque ursum; in Æthiopia nascitur;) aquilam Thebani, leonem Leontopolitani, capram et hircum Mendesii, murem araneum Athribitæ, alii aliud. Causas cultus vero afferunt inter se non consentientes.

41. Deinceps est Hermopolitana Phylace sive custodia, ubi vectigal exigitur earum rerum, quæ e Thebaide deferuntur. Hinc schœni stadiorum sexagenûm incipiunt, pertinentes usque ad Syenen et Elephantinam. Postea Thebaica Phylace sive custodia et fossa, quæ Tanim defert; tum Lycopolis seu luporum urbs, et Veneris et Panopolis, antiqua habitatio hominum linificium et lapidum opera exercentium.

42. Deinde Ptolemais, civitas omnium maxima, quæ in Thebaide sunt, et Memphi non minor, quæ etiam Græco more institutam habet civitatem. Supra hanc est Abydus, in qua est Memnonium, regia ex solido lapide mirificæ structuræ, qualem labyrinthi esse diximus, non tamen ita multiplex est. Fons quoque ibi in profundo positus, adeo ut descendatur ad eum, fornicibus incurvatis ex solidis lapidibus eximiæ magnitudinis et structuræ. Est etiam fossa, quæ ex magno flumine in hunc locum deducit. Circa fossam est spinarum Ægyptiarum lucus Apollini sacer. Abydus olim urbs magna videtur fuisse, primo post Thebas loco; nunc in parvum pagum redacta est. Quodsi (ut nonnulli sentiunt) Memmon ab Ægyptiis Ismandes dicitur, etiam Labyrinthus Memnonius erat, et ejusdem opus, cujus Abydena et Thebana; nam et ibi quædam Memnonia

Digitized by Google

Μεμνόνια. κατὰ δὲ τὴν Ἄβυδόν ἐστιν ἡ πρώτη αὔασις ἐκ τῶν λεχθεισῶν τριῶν ἐν τῇ Λιβύῃ, διέχουσα ὁδὸν ἡμερῶν ἑπτὰ ἐνθένδε δι' ἐρημίας, εὔυδρός τε κατοικία καὶ εὔοινος καὶ τοῖς ἄλλοις ἱκανή· δευτέρα δ' ἡ κατὰ τὴν Μοίριδος λίμνην· τρίτη δὲ ἡ κατὰ τὸ μαντεῖον τὸ ἐν Ἄμμωνι· καὶ αὗται δὲ κατοικίαι εἰσὶν ἀξιόλογοι.

43. Πολλὰ δ' εἰρηκότες περὶ τοῦ Ἄμμωνος τοσοῦτον εἰπεῖν βουλόμεθα, ὅτι τοῖς ἀρχαίοις μᾶλλον ἦν ἐν τιμῇ καὶ ἡ μαντικὴ καθόλου καὶ τὰ χρηστήρια, νυνὶ δ' ὀλιγωρία κατέχει πολλή, τῶν Ῥωμαίων ἀρχουμένων τοῖς Σιβύλλης χρησμοῖς καὶ τοῖς Τυρρηνικοῖς θεοπροπίοις διά τε σπλάγχνων καὶ ὀρνιθείας καὶ διοσημειῶν. διόπερ καὶ τὸ ἐν Ἄμμωνι σχεδόν τι ἐκλέλειπται χρηστήριον, πρότερον δὲ ἐτετίμητο. δηλοῦσι δὲ μάλιστα τοῦτο οἱ τὰς Ἀλεξάνδρου πράξεις ἀναγράψαντες, προστιθέντες μὲν πολὺ καὶ τὸ τῆς κολακείας εἶδος, ἐμφαίνοντες δέ τι καὶ πίστεως ἄξιον. ὁ γοῦν Καλλισθένης φησὶ τὸν Ἀλέξανδρον φιλοδοξῆσαι μάλιστα ἀνελθεῖν ἐπὶ τὸ χρηστήριον, ἐπειδὴ καὶ Περσέα ἤκουσε πρότερον ἀναβῆναι καὶ Ἡρακλέα· ὁρμήσαντα δ' ἐκ Παραιτονίου, καίπερ νότων ἐπιπεσόντων, βιάσασθαι· πλανώμενον δ' ὑπὸ τοῦ κονιορτοῦ σωθῆναι, γενομένων ὄμβρων καὶ δυεῖν κοράκων ἡγησαμένων τὴν ὁδόν, ἤδη τούτων κολακευτικῶς λεγομένων· τοιαῦτα δὲ καὶ τὰ ἑξῆς· μόνῳ γὰρ δὴ τῷ βασιλεῖ τὸν ἱερέα ἐπιτρέψαι παρελθεῖν εἰς τὸν νεὼν μετὰ τῆς συνήθους στολῆς, τοὺς δ' ἄλλους μετενδῦναι τὴν ἐσθῆτα, ἔξωθέν τε τῆς θεμιστείας ἀκροάσασθαι πάντας πλὴν Ἀλεξάνδρου, τοῦτον δ' ἔνδοθεν· εἶναι [δὲ] οὐχ ὥσπερ ἐν Δελφοῖς καὶ Βραγχίδαις τὰς ἀποθεσπίσεις διὰ λόγων, ἀλλὰ νεύμασι καὶ συμβόλοις τὸ πλέον, ὡς καὶ παρ' Ὁμήρῳ·

ἦ καὶ κυανέῃσιν ἐπ' ὀφρύσι νεῦσε Κρονίων,

τοῦ προφήτου τὸν Δία ὑποκριναμένου· τοῦτο μέντοι ῥητῶς εἰπεῖν τὸν ἄνθρωπον πρὸς τὸν βασιλέα, ὅτι εἴη Διὸς υἱός. προστραγῳδεῖ δὲ τούτοις ὁ Καλλισθένης, ὅτι τοῦ Ἀπόλλωνος τὸ ἐν Βραγχίδαις μαντεῖον ἐκλελοιπότος, ἐξ ὅτου τὸ ἱερὸν ὑπὸ τῶν Βραγχιδῶν σεσύλητο ἐπὶ Ξέρξου περσισάντων, ἐκλελοιπυίας δὲ καὶ τῆς κρήνης, τότε ἥ τε κρήνη ἀνάσχοι καὶ μαντεῖα πολλὰ οἱ Μιλησίων πρέσβεις κομίσαιεν εἰς Μέμφιν περὶ τῆς ἐκ Διὸς γενέσεως τοῦ Ἀλεξάνδρου καὶ τῆς ἐσομένης περὶ Ἄρβηλα νίκης καὶ τοῦ Δαρείου θανάτου καὶ τῶν ἐν Λακεδαίμονι νεωτερισμῶν· περὶ δὲ τῆς εὐγενείας καὶ τὴν Ἐρυθραίαν Ἀθηναΐδα φησὶν ἀνειπεῖν· καὶ γὰρ ταύτην ὁμοίαν γενέσθαι τῇ παλαιᾷ Σιβύλλῃ τῇ Ἐρυθραίᾳ. τὰ μὲν δὴ τῶν συγγραφέων τοιαῦτα.

44. Ἐν δὲ τῇ Ἀβύδῳ τιμῶσι τὸν Ὄσιριν· ἐν δὲ τῷ ἱερῷ τοῦ Ὀσίριδος οὐκ ἔξεστιν οὔτε ᾠδὸν οὔτε αὐλητὴν οὔτε ψάλτην ἀπάρχεσθαι τῷ θεῷ, καθάπερ τοῖς ἄλλοις θεοῖς ἔθος. μετὰ δὲ τὴν Ἄβυδον Διὸς πόλις ἡ μικρά, εἶτα Τέντυρα πόλις· ἐνταῦθα δὲ διαφερόντως παρὰ τοὺς ἄλλους Αἰγυπτίους ὁ κροκόδειλος ἠτίμωται καὶ ἔχθιστος τῶν ἁπάντων θηρίων νενόμισται. οἱ μὲν γὰρ ἄλλοι,

dicuntur. Secundum Abydum est prima Auasis ex tribus, quæ sunt in Africa, dissita inde iter dierum septem; habitatio aquis et vino abundans, neque aliarum etiam rerum indiga; secunda est secundum Mœridis lacum; tertia prope Ammonis oraculum; hæ quoque habitationes sunt haud mediocres.

43. Multis a nobis de Ammone dictis, id tantum adjicimus, veteribus et divinationem universam et oracula in summo fuisse honore, nunc eadem admodum negligi, Romanis in Sibyllæ oraculis et Etrusca divinatione per extispicia, auguria et servationes de cœlo acquiescentibus. Itaque Ammonis quoque oraculum fere desertum est, prius vero in honore fuit. Id in primis declarant Alexandri rerum scriptores, qui quanquam adulandi gratia non pauca adjecerunt, indicant tamen etiam quæ credenda sint. Callisthenes igitur narrat, Alexandrum ambitione quadam inductum ad id oraculum contendisse, quod audiisset Perseum et Herculem prius eo adscendisse; itaque e Parætonio profectum, quamvis austrinis incidentibus flatibus, pertendisse, et quum per pulverem vagaretur, imbrium superventu et duorum corvorum, qui iter commonstrarent, servatum esse; quæ ipsa jam adulatorie dicuntur; similia sunt, quæ sequuntur. Soli scilicet regi a sacerdote concessum, ut in templum ingrederetur habitu consueto, ceteros vestem mutare jussos, et foris omnes oraculum audivisse, præter Alexandrum qui intus audiret. Responsa non, ut apud Delphos et Branchidas, verbis dari, sed magna ex parte nutu et signis, quemadmodum apud Homerum (Il. 1, 528):

Dixit, et cæruleis superciliis annuit Cronion,

vate nimirum Jovem imitante; hoc tamen expresse eum regi dixisse, esse ipsum Jovis filium. His Callisthenes tragice rem exaggerans addit, quum Apollo Branchidarum oraculum deseruisset ab eo tempore, quo templum a Branchidis Xerxem sequentibus spoliatum fuit, et fons defecisset: et hunc tum denuo scaturiisse, et Milesiorum legatos Memphin profectos multa responsa attulisse de nato e Jove Alexandro, de futura apud Arbela victoria, de Darii morte, de rebus Lacedæmone novandis; et de generis nobilitate etiam Erythræam Athenaidem effatam narrat, quæ Erythrææ antiquæ Sibyllæ similis fuerit. Talia sunt, quæ a scriptoribus traduntur.

44. Abydi Osiris colitur; in ejus templo non licet nec cantori nec tibicini nec citharœdo sacrificium auspicari, quemadmodum mos est aliis deis. Post Abydum est parva Diospolis, inde Tentyra urbs. Ejus incolæ præ ceteris Ægyptiis crocodilum detestantur, et ex omnibus belluis inimicissimum habent. Nam ceteri quanquam ejus ani-

Digitized by Google

καίπερ εἰδότες τὴν κακίαν τοῦ ζώου, καὶ ὡς ὀλέθριον τῷ ἀνθρωπίνῳ γένει, σέβονται ὅμως καὶ ἀπέχονται· οὗτοι δὲ πάντα τρόπον ἀνιχνεύουσι καὶ ἐκφθείρουσιν αὐτούς· ἔνιοι δ' ὥσπερ τοὺς Ψύλλους φασὶ τοὺς πρὸς τῇ Κυρηναίᾳ φυσικήν τινα ἀντιπάθειαν ἔχειν πρὸς τὰ ἑρπετά, οὕτω καὶ τοὺς Τεντυρῖτας πρὸς τοὺς κροκοδείλους, ὥστε μηδὲν ὑπ' αὐτῶν πάσχειν, ἀλλὰ καὶ κολυμβᾶν ἀδεῶς καὶ διαπερᾶν, μηδενὸς ἄλλου θαρροῦντος· εἴς τε τὴν Ῥώμην κομισθεῖσι τοῖς κροκοδείλοις ἐπιδείξεως χάριν συνηκολούθουν οἱ Τεντυρῖται· γενομένης τε δεξαμενῆς καὶ πήγματός τινος ὑπὲρ μιᾶς τῶν πλευρῶν, ὥστε τοῖς θηρίοις ἐκβᾶσι τοῦ ὕδατος ἡλιαστήριον εἶναι, ἐκεῖνοι ἦσαν οἱ τοτὲ μὲν ἑξέλκοντες δικτύῳ πρὸς τὸ ἡλιαστήριον, ὡς καὶ ὑπὸ τῶν θεατῶν ὁραθῆναι, ἐμβαίνοντες ἅμα εἰς τὸ ὕδωρ, τοτὲ δὲ πάλιν εἰς τὴν δεξαμενὴν κατασπῶντες. τιμῶσι δὲ Ἀφροδίτην· ὄπισθεν δὲ τοῦ νεὼ τῆς Ἀφροδίτης Ἴσιδός ἐστιν ἱερόν· εἶτα τὰ Τυφώνια καλούμενα καὶ ἡ εἰς Κοπτὸν διῶρυξ, πόλιν κοινὴν Αἰγυπτίων τε καὶ Ἀράβων.

45. Ἐντεῦθέν ἐστιν ἰσθμὸς εἰς τὴν Ἐρυθρὰν κατὰ πόλιν Βερενίκην, ἀλίμενον μέν, τῇ δ' εὐκαιρίᾳ τοῦ ἰσθμοῦ καταγωγὰς ἐπιτηδείους ἔχουσαν. λέγεται δ' ὁ Φιλάδελφος πρῶτος στρατοπέδῳ τεμεῖν τὴν ὁδὸν ταύτην, ἄνυδρον οὖσαν, καὶ κατασκευάσαι σταθμούς, † ὥσπερ τοῖς ἐμπορίοις ὁδεύμασι καὶ διὰ τῶν καμήλων, τοῦτο δὲ πρᾶξαι διὰ τὸ τὴν Ἐρυθρὰν δύσπλουν εἶναι, καὶ μάλιστα τοῖς ἐκ τοῦ μυχοῦ πλοϊζομένοις. ἐφάνη δὴ τῇ πείρᾳ πολὺ τὸ χρήσιμον, καὶ νῦν ὁ Ἰνδικὸς φόρτος ἅπας καὶ ὁ Ἀράβιος καὶ τοῦ Αἰθιοπικοῦ ὁ τῷ Ἀραβίῳ κόλπῳ κατακομιζόμενος εἰς Κοπτὸν φέρεται, καὶ τοῦτ' ἔστιν ἐμπόριον τῶν τοιούτων φορτίων. οὐκ ἄπωθεν δὲ τῆς Βερενίκης ἐστὶ Μυὸς ὅρμος, πόλις ἔχουσα τὸ ναύσταθμον τῶν πλοϊζομένων, καὶ τῆς Κοπτοῦ οὐ πολὺ ἀφέστηκεν ἡ καλουμένη Ἀπόλλωνος πόλις, ὥστε καὶ αἱ διορίζουσαι τὸν ἰσθμὸν δύο πόλεις ἑκατέρωθέν εἰσιν. ἀλλὰ νῦν ἡ Κοπτὸς καὶ ὁ Μυὸς ὅρμος εὐδοκιμεῖ, καὶ χρῶνται τοῖς τόποις τούτοις. πρότερον μὲν οὖν ἐνυκτοπόρουν πρὸς τὰ ἄστρα βλέποντες οἱ καμηλέμποροι καὶ καθάπερ οἱ πλέοντες ὕδευον κομίζοντες καὶ ὕδωρ, νυνὶ δὲ καὶ ὑδρεῖα κατεσκευάκασιν, ὀρύξαντες πολὺ βάθος, καὶ ἐκ τῶν οὐρανίων, καίπερ ὄντων σπανίων, ὅμως δεξαμενὰς πεποίηνται· ἡ δ' ὁδός ἐστιν ἓξ ἢ ἑπτὰ ἡμερῶν. ἐπὶ δὲ τῷ ἰσθμῷ τούτῳ καὶ τὰ τῆς σμαράγδου μέταλλά ἐστι, τῶν Ἀράβων ὀρυττόντων βαθεῖς τινας ὑπονόμους, καὶ ἄλλων λίθων πολυτελῶν.

46. Μετὰ δὲ τὴν Ἀπόλλωνος πόλιν αἱ Θῆβαι (καλεῖται δὲ νῦν Διὸς πόλις),

αἳθ' ἑκατόμπυλοί εἰσι, διηκόσιοι δ' ἀν' ἑκάστην
ἀνέρες ἐξοιχνεῦσι σὺν ἵπποισιν καὶ ὄχεσφιν.

Ὅμηρος μὲν οὕτω· λέγει δὲ καὶ τὸν πλοῦτον·

οὐδ' ὅσα Θήβας
Αἰγυπτίας, ὅθι πλεῖστα δόμοις ἐνὶ κτήματα κεῖται.

καὶ ἄλλοι δὲ τοιαῦτα λέγουσι, μητρόπολιν τιθέντες τῆς Αἰγύπτου ταύτην· καὶ νῦν δ' ἴχνη δείκνυται τοῦ μεγέ-

malis malitiam norint, et humano generi perniciosum existiment, venerantur tamen et ab eo abstinent; Tentyritæ omnibus modis eos pervestigant atque occidunt. Sunt qui dicant, quemadmodum Psylli apud Cyrenaicam regionem naturalem quandam vim habent adversus serpentes: sic etiam Tentyritis esse contra crocodilos, ut nihil ab eis damni accipiant, sed intrepide urinentur, et aquam tranent, alio nemine audente. Quumque crocodili Romam allati essent pro spectaculo, Tentyritæ eos sequebantur, et, parata crocodilis piscina quadam, et pegmate exstructo in uno laterum, ut ex aqua in apricum egredi possent, Tentyritæ erant, qui eos interdum reti, in aquam ipsi intrantes, educebant in locum aprication destinatum, ut a spectatoribus cerni possent, alias rursum eos in piscinam retrahebant. Colunt autem Venerem. Post Veneris templum est Isidis fanum, deinceps sunt ea, quæ Typhonia vocantur, et fossa, quæ Coptum defert, communem Ægyptiorum et Arabum urbem.

45. Deinceps est isthmus ad Rubrum mare porrectus versus Berenicen urbem, quæ, quamquam sine portu est, tamen ob opportunitatem isthmi idonea diversoria habet. Dicunt Philadelphum primo hanc viam exercitu aperuisse, ac, quum aquis ea careret, mansiones instituisse, in quibus mercatoribus essent aquationes et stabula camelorum (ἐν οἷς περ, s. οὕπερ, τοῖς ἐμπόροις ὑδρεύματα καὶ αὔλια τῶν κ.), idque fecisse, quoniam Rubrum mare difficulter navigaretur, præsertim ex intimo recessu proficiscentibus. Ac sane experientia utilitatem rei maximam demonstravit, atque nunc omnes Indicæ et Arabicæ merces et Æthiopicæ etiam, quæ Arabico sinu advehuntur, Coptum deferuntur, istarum mercium emporium. Non procul a Berenice est Myos hormus, quæ urbs navale habet, et a Copto non multum abest Apollinis civitas, adeo ut duæ urbes isthmum terminantes utrinque sint: sed Coptus et Myos hormus nunc excellunt, iisque omnes utuntur. Olim camelis vehentes mercatores noctu iter agebant, astra observantes, quemadmodum nautæ, et aquam secum portabant; nunc terra in profundum effossa aquarum copiam paraverunt, et pluviis quoque, quantumvis raris, cisternas fecerunt. Iter est sex septemve dierum. In hoc isthmo etiam smaragdi sunt et aliorum quorundam pretiosorum lapidum metalla, ubi Arabes profundos quosdam cuniculos effodiunt.

46. Post Apollinis urbem sunt Thebæ, quæ nunc Diospolis vocatur (Il. 9, 383):

Quis centum portæ, per quarum quamque ducenti
sublimes in equis et curribus egrediuntur.

Sic quidem Homerus inquit. Opulentiam quoque exprimit (Il. 9, 381):

Nec quantæ Thebis Ægypti, quamlibet amplæ
adservantur opes.

Sunt et alii qui eadem dicant, hanc Ægypti metropolin ponentes; nunc vestigia magnitudinis ejus supersunt longitu-

Digitized by Google

θους αὐτῆς ἐπὶ ὀγδοήκοντα σταδίους τὸ μῆκος· ἔστι δ' ἱερὰ [τὰ] πλείω. καὶ τούτων δὲ τὰ πολλὰ ἠκρωτηρίασε Καμβύσης· νυνὶ δὲ κωμηδὸν συνοικεῖται, μέρος μέν τι ἐν τῇ Ἀραβίᾳ, ἐν ᾗπερ ἡ πόλις, μέρος δέ τι καὶ ἐν τῇ περαίᾳ, ὅπου τὸ Μεμνόνιον· ἐνταῦθα δὲ δυεῖν κολοσσῶν ὄντων μονολίθων ἀλλήλων πλησίον, ὁ μὲν σώζεται, τοῦ δ' ἑτέρου τὰ ἄνω μέρη τὰ ἀπὸ τῆς καθέδρας πέπτωκε σεισμοῦ γενηθέντος, ὥς φασι. πεπίστευται δ', ὅτι ἅπαξ καθ' ἡμέραν ἑκάστην ψόφος, ὡς ἂν πληγῆς οὐ μεγάλης, ἀποτελεῖται ἀπὸ τοῦ μένοντος ἐν τῷ θρόνῳ καὶ τῇ βάσει μέρους· κἀγὼ δὲ παρὼν ἐπὶ τῶν τόπων μετὰ Γάλλου Αἰλίου καὶ τοῦ πλήθους τῶν συνόντων αὐτῷ φίλων τε καὶ στρατιωτῶν περὶ ὥραν πρώτην ἤκουσα τοῦ ψόφου· εἴτε δὲ ἀπὸ τῆς βάσεως εἴτε ἀπὸ τοῦ κολοσσοῦ εἴτ' ἐπίτηδες τῶν κύκλῳ καὶ περὶ τὴν βάσιν ἱδρυμένων τινὸς ποιήσαντος τὸν ψόφον, οὐκ ἔχω διισχυρίσασθαι· διὰ γὰρ τὸ ἄδηλον τῆς αἰτίας πᾶν μᾶλλον ἐπέρχεται πιστεύειν ἢ τὸ ἐκ τῶν λίθων οὕτω τεταγμένων ἐκπέμπεσθαι τὸν ἦχον. ὑπὲρ δὲ τοῦ Μεμνονίου θῆκαι βασιλέων ἐν σπηλαίοις λατομηταὶ περὶ τετταράκοντα, θαυμαστῶς κατεσκευασμέναι καὶ θέας ἄξιαι· ἐν δὲ ταῖς † θήκαις ἐπί τινων ὀβελίσκων ἀναγραφαὶ δηλοῦσαι τὸν πλοῦτον τῶν τότε βασιλέων καὶ τὴν ἐπικράτειαν, ὡς μέχρι Σκυθῶν καὶ Βακτρίων καὶ Ἰνδῶν καὶ τῆς νῦν Ἰωνίας διατείνασαν, καὶ φόρων πλῆθος καὶ στρατιᾶς περὶ ἑκατὸν μυριάδας. λέγονται δὲ καὶ ἀστρονόμοι καὶ φιλόσοφοι μάλιστα οἱ ἐνταῦθα ἱερεῖς· τούτων δ' ἐστὶ καὶ τὸ τὰς ἡμέρας μὴ κατὰ σελήνην ἄγειν, ἀλλὰ κατὰ ἥλιον, τοῖς τριακονθημέροις δώδεκα μησὶν ἐπαγόντων πέντε ἡμέρας κατ' ἐνιαυτὸν ἕκαστον· εἰς δὲ τὴν ἐκπλήρωσιν τοῦ ὅλου ἐνιαυτοῦ, ἐπιτρέχοντος μορίου τινὸς τῆς ἡμέρας, περίοδόν τινα συντιθέασιν ἐξ ὅλων ἡμερῶν καὶ ὅλων ἐνιαυτῶν τοσούτων, ὅσα μόρια τὰ ἐπιτρέχοντα συνελθόντα ποιεῖ ἡμέραν. ἀνατιθέασι δὲ τῷ Ἑρμῇ πᾶσαν τὴν τοιαύτην (μάλιστα) σοφίαν· τῷ δὲ Διί, ὃν μάλιστα τιμῶσιν, εὐειδεστάτη καὶ γένους λαμπροτάτου παρθένος ἱερᾶται, ἃς καλοῦσιν οἱ Ἕλληνες παλλάδας· αὕτη δὲ καὶ παλλακεύει καὶ σύνεστιν οἷς βούλεται, μέχρις ἂν ἡ φυσικὴ γένηται κάθαρσις τοῦ σώματος· μετὰ δὲ τὴν κάθαρσιν δίδοται πρὸς ἄνδρα· πρὶν δὲ δοθῆναι, πένθος αὐτῆς ἄγεται μετὰ τὸν τῆς παλλακείας καιρόν.

47 Μετὰ δὲ Θήβας Ἑρμωνθὶς πόλις, ἐν ᾗ ὅ τε Ἀπόλλων τιμᾶται καὶ ὁ Ζεύς· τρέφεται δὲ καὶ ἐνταῦθα βοῦς· ἔπειτα Κροκοδείλων πόλις, τιμῶσα τὸ θηρίον· εἶτα Ἀφροδίτης πόλις καὶ μετὰ ταῦτα Λατόπολις, τιμῶσα Ἀθηνᾶν καὶ τὸν λάτον· εἶτα Εἰλειθυίας πόλις καὶ ἱερόν· ἐν δὲ τῇ περαίᾳ Ἱεράκων πόλις, τὸν ἱέρακα τιμῶσα· εἶτ' Ἀπόλλωνος πόλις, καὶ αὕτη πολεμοῦσα τοῖς κροκοδείλοις.

48. Ἡ δὲ Συήνη καὶ [ἡ] Ἐλεφαντίνη, ἡ μὲν ἐπὶ τῶν ὅρων τῆς Αἰθιοπίας καὶ τῆς Αἰγύπτου πόλις, ἡ δ' ἐν τῷ Νείλῳ προκειμένη τῆς Συήνης νῆσος ἐν ἡμισταδίῳ καὶ ἐν ταύτῃ πόλις ἔχουσα ἱερὸν Κνούφιδος καὶ νειλο-

dine octoginta fere stadiorum; sunt vero majorem partem templa. Sed horum quoque plurima mutilavit Cambyses. Nunc per vicos habitatur, ac pars ejus in Arabia, ubi et urbs erat, pars in ulteriore regione, ubi Memnonium. Hic quum duo colossi essent de solido lapide inter se propinqui, alter adhuc exstat, alterius vero superiores a sede partes corruerunt, terræ (ut fama est) motu. Creditum etiam est, semel quotidie sonitum quendam veluti ictus haud magni edi a parte, quæ in sede ac basi remansit. Ipse quoque quum adessem in his locis cum Ælio Gallo et reliqua multitudine amicorum ac militum, qui cum eo erant, circiter horam primam sonitum audivi; utrum vero a basi sive a colosso, an ab eam circumstantium aliquo editus fuerit, non habeo affirmare, quum propter incertitudinem causæ quidvis potius credere subeat, quam ex lapidibus sic compositis sonitum edi. Supra Memnonium sunt regum sepulcra in speluncis quibusdam in lapidem incisa, circiter quadraginta, mirum in modum structa, spectatuque sane digna; Thebis (Θήβαις?) vero in obeliscis quibusdam inscriptiones sunt, quæ regum illorum divitias ac potentiam declarant, atque imperium usque in Scythiam et Bactrianam et Indiam et quæ nunc Ionia dicitur, propagatum, item tributorum magnitudinem, et exercitus circiter mille millia. Thebani maxime sacerdotes astronomiam philosophiamque exercuisse dicuntur. Hi non lunæ, sed solis cursu annos exegerunt, duodecim mensibus, quorum quisque triginta constet diebus, quinque dies quotannis adjicientes; ad totius vero anni complementum quum quædam diei particula excurrat, circuitionem quandam composuerunt e totis diebus et tot totis annis, quot particulæ excurrentes, si in unum conjunguntur, diem conficiunt. Hujusmodi sapientiam omnem Mercurio tribuunt. Jovi, quem præcipue colunt, virgo quædam genere clarissima et specie pulcherrima sacratur; quales Græci palladas vocant. Ea pellicis more, cum quibus vult, coit, usque ad naturalem corporis purgationem. Post purgationem viro alicui elocatur; sed priusquam nubat, post pellicatus tempus, in mortuæ morem lugetur.

47. Post Thebas est Hermonthis civitas, in qua Apollo et Juppiter coluntur; hic etiam bos alitur; deinde est Crocodilorum urbs, quæ eam belluam colit; hinc Veneris urbs, et postea Latopolis, quæ Palladem et latum colit, postea Lucinæ civitas et ejus templum; in ulteriore regione est Accipitrum urbs, ubi accipiter colitur; deinde Apollinis urbs, quæ ipsa quoque crocodilis est inimica.

48. Syene vero et Elephantina, altera quidem in finibus est Æthiopiæ et Ægypti urbs; altera insula dimidio stadio in Nilo ante Syenen posita, inque ea urbs, quæ Cnuphidis templum habet et Nilometrium. Hoc autem est

Digitized by Google

μέτριον, καθάπερ Μέμφις. ἔστι δὲ τὸ νειλομέτριον συννόμῳ λίθῳ κατεσκευασμένον ἐπὶ τῇ ὄχθῃ τοῦ Νείλου φρέαρ, ἐν ᾧ τὰς ἀναβάσεις τοῦ Νείλου σημειοῦνται τὰς μεγίστας τε καὶ ἐλαχίστας καὶ τὰς μέσας· συναναβαίνει γὰρ καὶ συνταπεινοῦται τῷ ποταμῷ τὸ ἐν τῷ φρέατι ὕδωρ. εἰσὶν οὖν ἐν τῷ τοίχῳ τοῦ φρέατος παραγραφαί, μέτρα τῶν τελείων καὶ τῶν ἄλλων ἀναβάσεων· ἐπισκοποῦντες οὖν ταύτας διασημαίνουσι τοῖς ἄλλοις, ὅπως εἰδεῖεν· πρὸ πολλοῦ γὰρ ἴσασιν ἐκ τῶν τοιούτων σημείων † καὶ τῶν ἡμερῶν τὴν ἐσομένην ἀνάβασιν καὶ προδηλοῦσι. τοῦτο δὲ καὶ τοῖς γεωργοῖς χρήσιμον τῆς τῶν ὑδάτων ταμιείας χάριν καὶ παραχωμάτων καὶ διωρύγων καὶ ἄλλων τοιούτων, καὶ τοῖς ἡγεμόσι τῶν προσόδων χάριν· αἱ γὰρ μείζους ἀναβάσεις μείζους καὶ τὰς προσόδους ὑπαγορεύουσιν. ἐν δὲ τῇ Συήνῃ καὶ τὸ φρέαρ ἐστὶ τὸ διασημαῖνον τὰς θερινὰς τροπάς, (καὶ) διότι τῷ τροπικῷ κύκλῳ ὑπόκεινται οἱ τόποι οὗτοι (καὶ ποιοῦσιν ἀσκίους τοὺς γνώμονας κατὰ μεσημβρίαν)· ἀπὸ γὰρ τῶν ἡμετέρων τόπων, λέγω δὲ τῶν Ἑλλαδικῶν, προϊοῦσιν ἐπὶ τὴν μεσημβρίαν ἐνταῦθα πρῶτον ὁ ἥλιος κατὰ κορυφὴν ἡμῖν γίνεται καὶ ποιεῖ τοὺς γνώμονας ἀσκίους κατὰ μεσημβρίαν· ἀνάγκη δέ, κατὰ κορυφὴν ἡμῖν γινομένου, καὶ εἰς τὰ φρέατα βάλλειν μέχρι τοῦ ὕδατος τὰς αὐγάς, κἂν βαθύτατα ᾖ· κατὰ κάθετον γὰρ ἡμεῖς τε ἕσταμεν καὶ τὰ ὀρύγματα τῶν φρεάτων κατεσκεύασται. εἰσὶ δ' ἐνταῦθα τρεῖς σπεῖραι Ῥωμαίων ἱδρυμέναι φρουρᾶς χάριν.

49. Μικρὸν δ' ὑπὲρ τῆς Ἐλεφαντίνης ἐστὶν ὁ μικρὸς καταράκτης, ἐφ' ᾧ καὶ θέαν τινὰ οἱ σκαφῖται τοῖς ἡγεμόσιν ἐπιδείκνυνται· ὁ μὲν γὰρ καταράκτης ἐστὶ κατὰ μέσον τὸν ποταμόν, πετρώδης τις ὀφρύς, ἐπίπεδος μὲν ἄνωθεν, ὥστε δέχεσθαι τὸν ποταμόν, τελευτῶσα δ' εἰς κρημνόν, καθ' οὗ καταρρήγνυται τὸ ὕδωρ, ἑκατέρωθεν δὲ πρὸς τῇ γῇ ῥεῖθρον, ὃ μάλιστα καὶ ἀνάπλουν ἔχει· ἀναπλεύσαντες οὖν ταύτῃ καταρρέουσιν ἐπὶ τὸν καταράκτην καὶ ὠθοῦνται μετὰ τῆς σκάφης ἐπὶ τὸν κρημνὸν καὶ σώζονται σὺν αὐτῇ ἀπαθεῖς. τοῦ δὲ καταράκτου μικρὸν ἐπάνω τὰς Φιλὰς εἶναι συμβαίνει, κοινὴν κατοικίαν Αἰθιόπων τε καὶ Αἰγυπτίων, κατεσκευασμένην ὥσπερ καὶ τὴν Ἐλεφαντίνην καὶ τὸ μέγεθος ἴσην, ἱερὰ ἔχουσαν Αἰγύπτια· ὅπου καὶ ὄρνεον τιμᾶται, ὃ καλοῦσι μὲν ἱέρακα, οὐδὲν δὲ ὅμοιον ἐμοιγε ἐφαίνετο ἔχειν τοῖς παρ' ἡμῖν καὶ ἐν Αἰγύπτῳ ἱέραξιν, ἀλλὰ καὶ τῷ μεγέθει μεῖζον ἦν καὶ τῇ ποικιλίᾳ πολὺ ἐξηλλαγμένον· Αἰθιοπικὸν δ' ἔφασαν εἶναι, κἀκεῖθεν κομίζεσθαι, ὅταν ἐκλίπῃ καὶ πρότερον· καὶ δὴ καὶ τότε ἐδείχθη ἡμῖν πρὸς ἐκλείψει ὂν διὰ νόσον.

50. Ἤλθομεν δ' εἰς Φιλὰς ἐκ Συήνης ἀπήνῃ δι' ὁμαλοῦ σφόδρα πεδίου σταδίους ὁμοῦ τι ἑκατόν. παρ' ὅλην δὲ τὴν ὁδὸν ἦν ἰδεῖν ἑκατέρωθεν πολλαχοῦ, ὥσπερ ἑρμαῖα, πέτρον ἠλίβατον στρογγύλον, λεῖον ἱκανῶς, ἐγγὺς σφαιροειδές, τοῦ μέλανος καὶ σκληροῦ λίθου, ἐξ οὗ αἱ θυῖαι γίνονται, ἐπὶ πέτρῳ κείμενον μείζονι καὶ ἐπ' ἐκείνῳ πάλιν ἄλλον· ἔστι δ' ὅτε αὐτοὶ καθ' αὑ-

puteus quidam in Nili ripa e cæmentis æqualibus constructus, in quo et maxima et minima et mediocria Nili incrementa annotantur; nam putei aqua cum Nilo pariter crescit et decrescit. Suntque in putei pariete notæ quædam insculptæ incrementorum, et perfectorum et aliorum. Hæc itaque observantes ceteris significant, ut sciant; multo enim ante ex his signis et sciunt *tempus et mensuram futurorum incrementorum* (?), et prænuntiant. Quæ quidem res agricolis ad aquarum dispensationem et aggerum ac fossarum curationem conducit, præfectis vero ad redituum rationes; majora enim incrementa majores proventus denuntiant. Syenæ etiam puteus quidam est, æstivi index solstitii, quoniam hæc loca sub circulo tropico sita sunt. A nostris enim locis, hoc est a Græcis, in meridiem procedentibus, hic primum sol nobis supra verticem fit, adeo ut meridie nullam gnomones umbram projiciant. Necesse autem est, quum nobis supra verticem fuerit, ut in puteos etiam profundissimos usque ad aquam radios jaciat sol, quandoquidem et nos ad angulos rectos solo insistimus, et putei ad perpendiculum effodiuntur. Hoc in loco tres Romanorum cohortes collocatæ sunt præsidii gratia.

49. Paulo supra Elephantinam est parvus catarrhactes, in quo navicularii scaphiis utentes spectaculum quoddam principibus exhibent. Catarrhactes est ad medium fere flumen petrosum quoddam supercilium in superiore parte planum, ut flumen recipere possit, desinens vero in præcipitium, per quod aqua dejicitur; utrimque autem secus terram alveus est, quo facile sursum navigari possit. Hac itaque subvecti defluunt in catarrhacten, et cum scapha in præcipitium detruduntur, et ipsi et scaphæ incolumes. Paulo supra catarrhacten sunt Philæ, communis Æthiopum et Ægyptiorum habitatio, structa quemadmodum Elephantina, et pari magnitudine; hæc templa Ægyptia habet, ubi ales colitur, quem accipitrem ipsi vocant, mihi autem nihil cum nostris simile videbatur habere, aut Ægyptiis, utpote et magnitudine excedens, et varietate colorum longe diversus. Dicebant autem Æthiopicum esse, et inde afferri alium, quando ille in Philis decesserit, *vel* (ἢ) etiam jam antea. Sic qui tunc nobis ostensus est, morbo jam cœperat deficere.

50. Nos Philas Syene plaustro vecti sumus per campum valde planum, centum (*quinquaginta?*) stadiorum itinere. Per totam fere viam videre erat utrimque multis in locis in morem Mercurialium tumulorum, qui viis apponi solent, petram arduam, rotundam, admodum politam, prope sphæricam, e nigro ac duro lapide, ex quo mortaria fiunt, majori saxo impositam, ac rursum super ea aliam:

Digitized by Google

τοὺς ἔκειντο οἱ πέτροι· ἦν δ' ὁ μὲν μέγιστος τὴν διάμετρον ποδῶν οὐκ ἐλαττόνων ἢ δώδεκα, ἅπαντες δὲ μείζους ἢ ἡμίσεις τούτων. διέβημεν δὲ εἰς τὴν νῆσον ἐπὶ πάκτωνος· ὁ δὲ πάκτων διὰ σκυταλίδων πεπηγός ἐστι σκάφιον, ὥστ' ἐοικέναι διαπλοκίνῳ· ἑστῶτες δ' ἐν ὕδατι ἢ καὶ σανιδίοις τισὶ προσκαθήμενοι ῥᾳδίως ἐπεραιώθημεν, δεδιότες μάτην· ἀκίνδυνα γάρ ἐστιν, ἂν μή τις ὑπέργομον ποιήσῃ τὸ πορθμεῖον.

51. Καθ' ὅλην δὲ τὴν Αἴγυπτον τοῦ φοίνικος ἀγεννοῦς ὄντος καὶ ἐκφέροντος καρπὸν οὐκ εὔβρωτον ἐν τοῖς περὶ τὸ Δέλτα τόποις καὶ περὶ τὴν Ἀλεξάνδρειαν, ὁ ἐν τῇ Θηβαΐδι φοίνιξ ἄριστος τῶν ἄλλων φύεται. θαυμάζειν οὖν ἄξιον, πῶς ταὐτὸ κλίμα οἰκοῦντες τῇ Ἰουδαίᾳ καὶ ὅμοροι οἱ περὶ τὸ Δέλτα καὶ τὴν Ἀλεξάνδρειαν, τοσοῦτον διαλλάττουσιν, ἐκείνης πρὸς ἄλλῳ φοίνικι καὶ τὸν καρυωτὸν γεννώσης, οὐ πολὺ † κρείττονα τοῦ Βαβυλωνίου. διττὸς δ' ἐστὶν ὅ τε ἐν τῇ Θηβαΐδι καὶ ὁ ἐν τῇ Ἰουδαίᾳ, ὅ τε ἄλλος καὶ ὁ καρυωτός· σκληρότερος δ' ὁ Θηβαϊκός, ἀλλὰ τῇ γεύσει εὐστομώτερος. ἔστι δὲ καὶ νῆσος ἡ μάλιστα ἐκφέρουσα τὸν ἄριστον, μεγίστην τελοῦσα πρόσοδον τοῖς ἡγεμόσι· βασιλικὴ γὰρ ἦν, ἰδιώτῃ δ' οὐ μετῆν, καὶ νῦν τῶν ἡγεμόνων ἐστί.

52. Πολλὰ δ' Ἡρόδοτός τε καὶ ἄλλοι φλυαροῦσιν, ὥσπερ μέλος ἢ ῥυθμὸν ἢ ἡδυσμά τι τῷ λόγῳ τὴν τεραστείαν προσφέροντες· οἷον καὶ τὸ φάσκειν περὶ τὰς νήσους τὰς πρὸς τῇ Συήνῃ καὶ τῇ Ἐλεφαντίνῃ (πλείους δ' εἰσί) τὰς πηγὰς τοῦ Νείλου εἶναι, καὶ βάθος ἄβυσσον ἔχειν τὸν πόρον κατὰ τοῦτον τὸν τόπον. νήσους δ' ὁ Νεῖλος κατεσπαρμένας ἔχει παμπόλλας, τὰς μὲν καλυπτομένας ὅλας ἐν ταῖς ἀναβάσεσι, τὰς δ' ἐκ μέρους, ἐποχετεύεται δὲ τοῖς κοχλίαις τὰ λίαν ἕξαλα.

53. Ἦν μὲν οὖν ἡ Αἴγυπτος εἰρηνικὴ τὸ πλέον ἐξ ἀρχῆς διὰ τὸ αὔταρκες τῆς χώρας καὶ τὸ δυσείσβολον τοῖς ἔξωθεν, ἀπὸ μὲν τῶν ἄρκτων ἀλιμένῳ παραλίᾳ καὶ πελάγει τῷ Αἰγυπτίῳ φρουρουμένη, ἀπὸ δὲ τῆς ἕω καὶ τῆς ἑσπέρας ἐρήμοις ὄρεσι, τοῖς τε Λιβυκοῖς καὶ τοῖς Ἀραβίοις, ὥσπερ ἔφαμεν· λοιπὰ δὲ τὰ πρὸς νότον Τρωγλοδύται [καὶ] Βλέμμυες καὶ Νοῦβαι καὶ Μεγάβαροι οἱ ὑπὲρ Συήνης Αἰθίοπες· εἰσὶ δ' οὗτοι νομάδες καὶ οὐ πολλοὶ οὐδὲ μάχιμοι, δοκοῦντες δὲ τοῖς πάλαι διὰ τὸ λῃστρικῶς ἀφυλάκτοις ἐπιτίθεσθαι πολλάκις· οἱ δὲ πρὸς μεσημβρίαν καὶ Μερόην ἀνήκοντες Αἰθίοπες, οὐδ' οὗτοι πολλοὶ οὔτε ἐν συστροφῇ, ἅτε ποταμίαν μακρὰν στενὴν καὶ σκολιὰν οἰκοῦντες, οἷαν προείπομεν· οὐδὲ παρεσκευασμένοι καλῶς οὔτε πρὸς πόλεμον οὔτε πρὸς τὸν ἄλλον βίον. καὶ νῦν δὲ διάκειται παραπλησίως ἡ χώρα πᾶσα· σημεῖον δέ· τρισὶ γοῦν σπείραις, οὐδὲ ταύταις ἐντελέσιν, ἱκανῶς ὑπὸ τῶν Ῥωμαίων ἡ χώρα φρουρεῖται· τολμήσασι δὲ τοῖς Αἰθίοψιν ἐπιθέσθαι κινδυνεῦσαι τῇ χώρᾳ συνέπεσε τῇ σφετέρᾳ. καὶ αἱ λοιπαὶ δὲ δυνάμεις αἱ ἐν Αἰγύπτῳ οὔτε τοσαῦταί τινές εἰσιν οὔτε ἀθρόαις ἐχρήσαντο οὐδ' ἅπαξ Ῥωμαῖοι· οὐ γάρ εἰσιν οὔτ' αὐτοὶ Αἰγύπτιοι πολεμισταί, καίπερ ὄντες παμπληθεῖς, οὔτε τὰ πέριξ ἔθνη. Γάλλος μέν γε Κορνήλιος, ὁ πρῶτος καταστα-

nonnusquam etiam per sese jacebant petræ; earum maxima erat non minore duodecim pedum diametro, atque omnes majores quam hujus dimidium. Trajecimus in insulam pactone. Pacton est scaphæ genus e scuticis ita compositum, ut textile quiddam videatur. Stantes itaque in aqua vel in asseribus sedentes facile transmisimus mani metu: caret enim res periculo, si scapha non nimis oneratur.

51. Quum in tota Ægypto palma e vilium genere sit, et fructum afferat esui non aptum in locis apud Delta et Alexandriam; tamen in Thebaide palma inter ceteras optima est. Jam admiratione dignum est, quomodo palmæ in Delta et Alexandriæ regione provenientes, quanquam eandem cum Judaicis plagam obtinent iisque finitimæ sunt, tantum tamen ab illis differant: quum Judæa præter alteram palmam etiam caryotam gignat, non multo Babyloniâ inferiorem (χείρονα). Duplex vero est, ut Judaica, sic etiam Thebana palma, caryota scilicet atque reliqua; ac Thebaica quanquam durior sit, gustatu tamen est suavior. Est ibi etiam insula quædam, quæ præ ceteris locis palmam optimam fert, et proventum maximum principibus affert; regis enim erat, et privatus nemo in ea partem habebat, et nunc principum est.

52. Enimvero multa quum ceteri nugantur, tum Herodotus, veluti cantus loco, aut rhythmi aut condimenti, prodigiosas fabulas orationi adhibentes. Cujus generis est, quod apud insulas dicunt juxta Syenen et Elephantinam sitas (sunt autem complures) Nili fontes esse, et ad eum locum flumen profunditate esse immensa. Ceterum Nilus insulas sparsas quam plurimas habet, quarum aliæ totæ excrescente flumine obruuntur, aliæ ex parte. Loca vero nimis alta per cochleas irrigantur.

53. Ceterum jam inde ab initio Ægyptus plerumque pacem colebat, tum propter suas copias, quibus facile se sustentaret, tum quod non facile externis gentibus pateret in eam ingressus; nam a septentrione ora importuosa et Ægyptio pelago, ab ortu et occasu desertis et montibus Libycis et Arabicis (ut diximus) munitur; quæ restant austrum versus, Troglodytæ incolunt et Blemmyes, et Nubæ et Megabari, qui Æthiopes supra Syenen habitant; ii vero sunt nomades, neque multi neque bellicosi, quanquam esse olim viderentur, propterea quod sæpe latronum more incautos adoriebantur. Qui deinceps ad meridiem Meroenque pertingunt Æthiopes, neque ipsi valde multi sunt, neque collecti in unum conventum degunt, quippe qui fluvialem regionem longam angustamque habitent, qualem ante diximus, nec ad bellum, nec ad ceteram vitæ rationem bene instructi. Atque adeo etiamnum idem est terræ hujus status. Cujus rei indicium est, quod a tribus Romanis cohortibus, nec iis plenis, custoditur; quumque aliquando Æthiopes aggredi nostros ausi essent, de sua ipsorum regione in periculum venerunt. Neque reliquæ in Ægypto copiæ adeo multæ sunt, nec unquam Romani confertim iis usi sunt. Etenim nec Ægyptii ipsi sunt admodum bellicosi, quanquam multi sint, nec etiam finitimæ gentes. Cornelius quidem Gal-

Digitized by Google

θεὶς ἔπαρχος τῆς χώρας ὑπὸ Καίσαρος, τήν τε Ἡρώων πόλιν ἀποστᾶσαν ἐπελθὼν δι' ὀλίγων εἷλε, στάσιν τε γενηθεῖσαν ἐν τῇ Θηβαΐδι διὰ τοὺς φόρους ἐν βραχεῖ κατέλυσε. Πετρώνιός τε ὕστερον τοῦ Ἀλεξανδρέων πλήθους τοσούτων μυριάδων ὁρμήσαντος ἐπ' αὐτὸν μετὰ λίθων βολῆς, αὐτοῖς τοῖς περὶ ἑαυτὸν στρατιώταις ἀντέσχε, καὶ διαφθείρας τινὰς αὐτῶν τοὺς λοιποὺς ἔπαυσε. Γάλλος τε Αἴλιος μέρει τῆς ἐν Αἰγύπτῳ φρουρᾶς εἰς τὴν Ἀραβίαν ἐμβαλὼν εἴρηται, τίνα τρόπον ἐξήλεγξε τοὺς ἀνθρώπους ἀπολέμους ὄντας· εἰ δὴ μὴ ὁ Συλλαῖος αὐτὸν προὐδίδου, κἂν κατεστρέψατο τὴν Εὐδαίμονα πᾶσαν.

54. Ἐπειδὴ δὲ οἱ Αἰθίοπες, καταφρονήσαντες τῷ μέρος τι τῆς ἐν Αἰγύπτῳ δυνάμεως ἀπεσπάσθαι μετὰ Γάλλου Αἰλίου πολεμοῦντος πρὸς τοὺς Ἄραβας, ἐπῆλθον τῇ Θηβαΐδι καὶ τῇ φρουρᾷ τῶν τριῶν σπειρῶν τῶν κατὰ Συήνην καὶ ἑλόντες ἔφθασαν τήν τε Συήνην καὶ τὴν Ἐλεφαντίνην καὶ Φιλὰς ἐξ ἐφόδου διὰ τὸ αἰφνίδιον καὶ ἐξηνδραποδίσαντο, ἀνέσπασαν δὲ καὶ τοὺς Καίσαρος ἀνδριάντας· ἐπελθὼν (δὲ) ἐλάττοσιν ἢ μυρίοις πεζοῖς Πετρώνιος, ἱππεῦσι δὲ ὀκτακοσίοις πρὸς ἄνδρας τρισμυρίους, πρῶτον μὲν ἠνάγκασεν ἀναφυγεῖν αὐτοὺς εἰς Ψέλχιν, πόλιν Αἰθιοπικήν, καὶ πρεσβεύεται τά τε ληφθέντα ἀπαιτῶν καὶ τὰς αἰτίας, δι' ἃς ἦρξαν πολέμου· λεγόντων δ', ὡς ἀδικοῖντο ὑπὸ τῶν νομάρχων, ἀλλ' οὐκ ἔφη τούτους ἡγεμόνας εἶναι τῆς χώρας, ἀλλὰ Καίσαρα· αἰτησαμένων δ' ἡμέρας τρεῖς εἰς βουλὴν καὶ μηδέν, ὧν ἐχρῆν, ποιούντων, προσβαλὼν ἠνάγκασε προελθεῖν εἰς μάχην, ταχὺ δὲ τροπὴν ἐποίησε, συντεταγμένων τε κακῶς καὶ ὡπλισμένων· μεγάλους γὰρ εἶχον θυρεούς, καὶ τούτους ὠμοβοΐνους, ἀμυντήρια δὲ πελέκεις, οἱ δὲ κοντούς, οἱ δὲ καὶ ξίφη. τινὲς μὲν οὖν εἰς τὴν πόλιν συνηλάθησαν, οἱ δ' εἰς τὴν ἐρημίαν ἔφυγον, τινὰς δὲ νῆσος πλησίον ὑπεδέξατο ἐμβάντας εἰς τὸν πόρον· οὐ γὰρ πολλοὶ ἦσαν ἐνταῦθα οἱ κροκόδειλοι διὰ τὸν ῥοῦν. τούτων δ' ἦσαν καὶ οἱ τῆς βασιλίσσης στρατηγοὶ τῆς Κανδάκης, ἣ καθ' ἡμᾶς ἦρξε τῶν Αἰθιόπων, ἀνδρική τις γυνὴ πεπηρωμένη τὸν ἕτερον τῶν ὀφθαλμῶν· τούτους τε δὴ ζωγρίᾳ λαμβάνει ἅπαντας, ἐπιπλεύσας σχεδίαις τε καὶ ναυσί, καὶ καταπέμπει παραχρῆμα εἰς Ἀλεξάνδρειαν, ἐπελθών τε τὴν Ψέλχιν αἱρεῖ· προσαριθμουμένου δὲ τοῖς ἁλωκόσι τοῦ πλήθους τῶν πεσόντων ἐν τῇ μάχῃ, τοὺς σωθέντας ὀλίγους παντάπασι γενέσθαι συνέβη. ἐκ δὲ Ψέλχιος ἧκεν εἰς Πρῆμνιν, ἐρυμνὴν πόλιν, διελθὼν τοὺς θῖνας, ἐν οἷς ὁ Καμβύσου κατεχώσθη στρατὸς ἐμπεσόντος ἀνέμου· προσβαλὼν δὲ ἐξ ἐφόδου τὸ φρούριον αἱρεῖ, καὶ μετὰ ταῦτα ὥρμησεν ἐπὶ Ναπάτων· τοῦτο δ' ἦν τὸ βασίλειον τῆς Κανδάκης, καὶ ἦν ἐνταῦθα υἱὸς αὐτῆς· καὶ αὐτὴ δ' ἔν τινι πλησίον ἵδρυτο χωρίῳ. πρεσβευσαμένης δὲ περὶ φιλίας καὶ ἀποδούσης τοὺς ἐκ Συήνης αἰχμαλώτους καὶ τοὺς ἀνδριάντας, ἐπελθὼν λαμβάνει καὶ τὰ Νάπατα, φυγόντος τοῦ παιδός, καὶ κατασκάπτει· ἐξανδραποδισάμενος δ' ἀναστρέφει πάλιν εἰς τοὐπίσω μετὰ τῶν λαφύρων,

lus, cui primum provincia a Cæsare commissa est, Heroum urbem, quæ defecerat, paucis stipatus recepit, et in Thebaide seditionem propter tributa exortam cito admodum sedavit. Deinde Petronius, tot millibus Alexandrinorum in eum irruentibus jactu lapidum, tantum suis munitus militibus impetum sustinuit, et, nonnullis ipsorum interemptis, ceteros repressit. Gallus Ælius cum parte præsidii, quod erat in Ægypto, in Arabiam ingressus, dictum est quomodo eos esse imbelles ostenderit; et nisi Syllæus eum prodidisset, Felicem ille Arabiam totam subegisset.

54. Quum vero Æthiopes, Romanis spretis propterea, quod pars quædam copiarum, quæ in Ægypto erant, cum Gallo Ælio avulsa esset, bellum in Arabia gerente, impressione facta in Thebaidem et præsidia trium cohortium, quæ Syenæ erant, Syenen et Elephantinam ac Philas repentino impetu cepissent et mancipassent, ac Cæsaris etiam statuas evertissent: profectus Petronius cum non totis decem millibus peditum et equitibus octingentis adversus triginta hominum millia, primum eos compulit, ut Pselchim confugerent, Æthiopicam urbem, missisque ad eos legatis, repetiit quæ capta erant, et causas, quam ob rem bellum movissent, poposcit; ac dicentibus, se injuria affectos a nomarchis, respondit, non illos esse regionis dominos, sed Cæsarem. Petentibus porro triduum ad deliberandum, nihilque interim eorum, quæ par erat, facientibus, movens contra eos, in pugnam procedere coegit, ac celeriter in fugam vertit, quum et compositi male et male armati essent: nam scuta ingentia et e crudo bovis tergore confecta habebant; arma, quibus pugnarent, secures alii, alii contos, nonnulli gladios gerebant. Proinde quidam in urbem sunt compulsi, alii in deserta fugam fecerunt, alios proxima insula excepit, qui sese fluvio commiserant; nam hoc in loco propter aquæ fluxum crocodili pauci sunt. Ex iis erant etiam duces reginæ Candaces, quæ nostra ætate Æthiopibus imperavit, virilis sane mulier, altero oculo capta. Hos itaque omnes vivos cepit, trajecto ratibus ac navibus flumine, et extemplo Alexandriam misit, atque Pselchim profectus, eam cepit: unde numerata captivorum multitudine et eorum qui in prœlio ceciderunt, paucos omnino evasisse apparuit. A Pselchi Premnim venit, urbem natura munitam, cumulis arenæ peragratis, in quibus Cambysis exercitus obrutus est vento incidente. Eam adortus primo impetu cepit. Inde Napata progressus est, ubi Candaces regia erat, ejusque filius morabatur; ipsa in castello propinquo sedebat, quæ dum legatos mittit, qui de pace tractarent, ac statuas redderent et captivos, qui abducti fuerant Syena, Petronius impetu facto Napata cepit ac diruit, puero fugiente. Incolis in servitutem redactis, ratus inferiora invia esse, cum præda retro abiit,

Digitized by Google

δύσοδα κρίνας τὰ προσωτέρω· τὴν δὲ Πρῆμνιν τειχίσας βέλτιον, φρουρὰν ἐμβαλὼν καὶ τροφὴν δυεῖν ἐνιαυτῶν τετρακοσίοις ἀνδράσιν, ἀπῆρεν εἰς Ἀλεξάνδρειαν· καὶ τῶν αἰχμαλώτων τοὺς μὲν ἐλαφυροπώλησε, χιλίους δὲ Καίσαρι ἔπεμψε νεωστὶ ἐκ Καντάβρων ἥκοντι, τοὺς δὲ νόσοι διεχρήσαντο. ἐν τούτῳ μυριάσι Κανδάκη πολλαῖς ἐπὶ τὴν φρουρὰν ἐπῆλθε· Πετρώνιος δ' ἐξεβοήθησε καὶ φθάνει προσελθὼν εἰς τὸ φρούριον, καὶ πλείοσι παρασκευαῖς ἐξασφαλισάμενος τὸν τόπον, πρεσβευσαμένων, ἐκέλευσεν ὡς Καίσαρα πρεσβεύεσθαι· οὐκ εἰδέναι δὲ φασκόντων, ὅστις εἴη Καῖσαρ καὶ ὅπῃ βαδιστέον εἴη παρ' αὐτόν, ἔδωκε τοὺς παραπέμψοντας· καὶ ἦκον εἰς Σάμον, ἐνταῦθα τοῦ Καίσαρος ὄντος καὶ μέλλοντος εἰς Συρίαν ἐντεῦθεν προϊέναι, Τιβέριον εἰς Ἀρμενίαν στέλλοντος. πάντων δὲ τυχόντων, ὧν ἐδέοντο, ἀφῆκεν αὐτοῖς καὶ τοὺς φόρους, οὓς ἐπέστησε.

ac Premni mœnibus et præsidio et quadringentorum hominum cibariis in biennium munita, reversus est Alexandriam. Ex captivis autem partem divendit, mille ad Cæsarem misit, nuper e Cantabris reversum, partem morbi consumpserunt. Sub hæc Candacen cum multis hominum millibus præsidium aggressam Petronius auxilio profectus antevertit; et castellum ingressus, multo apparatu confirmavit. Legatis ad se missis, mandavit, si quid vellent, ut ad Cæsarem proficiscerentur; ac negantibus, scire se, quis Cæsar esset, et ubi conveniendus, dedit qui deducerent. In Samum itaque profecti, Cæsarem invenerunt in Syriam progredi parantem, et Tiberium in Armeniam amandantem. Ab eo, quæ volebant, omnia impetravere, et imperatum quoque tributum iis remissum est.

ΚΕΦ. Β'.

Πολλὰ δ' εἴρηται περὶ τῶν Αἰθιοπικῶν ἐν τοῖς πρότερον, ὥστε συμπεριωδευμένα ἂν εἴη τῇ Αἰγύπτῳ καὶ τὰ τούτων. ὡς δ' εἰπεῖν, τὰ ἄκρα τῆς οἰκουμένης τὰ παρακείμενα τῇ δυσκράτῳ καὶ ἀοικήτῳ διὰ καῦμα ἢ ψῦχος ἀνάγκη ἀποτεύγματα εἶναι τῆς εὐκράτου καὶ ἐλαττώματα· ταῦτα δ' ἐκ τῶν βίων δῆλα καὶ τῆς πρὸς τὰς χρείας τὰς ἀνθρωπικὰς ἀπορίας. κακόβιοί τε δὴ καὶ γυμνῆτές εἰσι τὰ πολλὰ καὶ νομάδες· τά τε βοσκήματα αὐτοῖς ἐστι μικρά, πρόβατα καὶ αἶγες καὶ βόες· καὶ κύνες μικροί, τραχεῖς δὲ καὶ μάχιμοι. τάχα δὲ καὶ τοὺς Πυγμαίους ἀπὸ τῆς τούτων μικροφυΐας ὑπενόησαν καὶ ἀνέπλασαν· ἑωρακὼς μὲν γὰρ οὐδεὶς ἐξηγεῖται τῶν πίστεως ἀξίων ἀνδρῶν.

2. Ζῶσί τ' ἀπὸ κέγχρου καὶ κριθῆς, ἀφ' ὧν καὶ ποτὸν ποιοῦσιν † αὐτοῖς ἔστιν· ἔλαιον δὲ βούτυρον καὶ στέαρ· οὐδ' ἀκρόδρυα ἔχουσι πλὴν φοινίκων ὀλίγων ἐν κήποις βασιλικοῖς· ἔνιοι δὲ καὶ πόαν σιτοῦνται καὶ κλῶνας ἁπαλοὺς καὶ λωτὸν καὶ καλάμου ῥίζαν· κρέασι δὲ χρῶνται καὶ αἵματι καὶ γάλακτι καὶ τυρῷ. σέβονται δ' ὡς θεοὺς τοὺς βασιλέας, κατακλείστους ὄντας καὶ οἰκουροὺς τὸ πλέον. ἔστι δὲ τὸ μέγιστον αὐτοῖς βασίλειον ἡ Μερόη, πόλις ὁμώνυμος τῇ νήσῳ· τὴν δὲ νῆσον θυρεοειδῆ φασι τὸ σχῆμα, τό τε μέγεθος τάχα πρὸς ὑπερβολὴν εἴρηται μῆκος μὲν ὅσον τρισχιλίων σταδίων, εὖρος δὲ χιλίων. ἔχει δ' ἡ νῆσος καὶ ὄρη συχνὰ καὶ δάση μεγάλα· οἰκοῦσι δ' οἱ μὲν νομάδες, οἱ δὲ θηρευτικοί, οἱ δὲ γεωργοί· ἔστι δὲ καὶ χαλκωρυχεῖα καὶ σιδηρουργεῖα καὶ χρυσεῖα καὶ λίθων γένη πολυτελῶν· περιέχεται δ' ἀπὸ μὲν τῆς Λιβύης θισὶ μεγάλοις, ἀπὸ δὲ τῆς Ἀραβίας κρημνοῖς συνεχέσιν, ἄνωθεν δ' ἐκ νότου ταῖς συμβολαῖς τῶν ποταμῶν, τοῦ τε Ἀσταβόρα καὶ τοῦ Ἀστάποδος καὶ τοῦ Ἀστασόβα· πρὸς ἄρκτον δ' ἡ ἐφεξῆς ῥύσις τοῦ Νείλου καὶ μέχρι Αἰγύπτου κατὰ τὴν λεχθεῖσαν πρότερον σκολιότητα τοῦ ποταμοῦ. ἐν δὲ ταῖς πόλεσιν αἱ οἰκήσεις ἐκ φοινικίνων σχιζῶν † διαπλεκόμεναι (τοί-

CAP. II.

De Æthiopicis gentibus multa jam in superioribus dicta sunt, adeo ut una cum Ægypto etiam hæ descriptæ esse videantur. Omnino autem, extremas habitati mundi partes, quæ intemperatæ et inhabitabili regioni adjacent, propter frigus aut æstum esse quasi aberrationes quasdam et defectus temperatæ necesse est, quod ex vita et earum rerum inopia, quæ ad humanum usum pertinent, perspici potest. Magna enim ex parte nudi incedentes pastoralem ac duram vitam degunt, incertis vagantes tuguriis; eorum pecora, oves, capræ et boves, omnia sunt parva; canes celeres (ταχεῖς *Epit.*) quidem et pugnaces, ceterum pusilli et ipsi. Fortasse ob horum parvitatem Pygmæi excogitati et conficti sunt, quos nemo fide dignus dixit se vidisse.

2. Vivunt milio et hordeo, ex quibus etiam potum conficiunt; olei loco ipsis est (ἔλαιον δὲ αὐτοῖς ἐστι) butyrum et adeps, neque arborum fructus habent præter palmulas paucas quæ in hortis regiis nascuntur; nonnulli etiam herba vescuntur, et frondibus tenellis et loto et calami radice; porro carnibus et sanguine et lacte et caseo utuntur. Reges colunt ut deos, qui fere clausi domi sedent. Regni caput est Meroe, urbs ejusdem cum insula nominis; insulam clypei figuram habere dicunt; magnitudo fortasse vera amplior dicitur, longitudine ter mille fere stadiorum, amplitudine mille. Montes frequentes habet, et nemora magna; incolunt partim pastores, partim venatores, partim agricolæ. Sunt in ea ærariæ et ferrariæ et aurariæ fodinæ, et pretiosorum lapidum genera. Libyam versus magnis arenæ cumulis ambitur, Arabiam versus continuis præcipitiis, austrum versus fluminum concursu, Astaboræ, Astapodis et Astasobæ; versus septentrionem est Nili decursus usque in Ægyptum, ea, quam ostendimus, alvei obliquitate. Oppidanæ domus ex palmarum fissis lignis

Digitized by Google

χων) ἢ πλίνθων· ὀρυκτοὶ δὲ ἅλες, καθάπερ ἐν τοῖς Ἀραψὶ· πλεονάζει δὲ τῶν φυτῶν ὅ τε φοίνιξ καὶ ἡ περσέα καὶ ὁ ἔβενος καὶ ἡ κερατία· θήρα δὲ καὶ ἐλεφάντων ἐστὶ καὶ λεόντων καὶ παρδάλεων· εἰσὶ δὲ καὶ δράκοντες οἱ ἐλεφαντομάχοι καὶ ἄλλα θηρία πλείω· καταφεύγει γὰρ ἀπὸ τῶν ἐμπυρωτέρων καὶ αὐχμηροτέρων ἐπὶ τὰ ὑδρηλὰ καὶ ἑλώδη.

3. Ὑπέρκειται δὲ τῆς Μερόης ἥ (τε) Ψεβώ, λίμνη μεγάλη νῆσον ἔχουσα οἰκουμένην ἱκανῶς. συμβαίνει δὲ τοῦ Νείλου τὴν μὲν δυσμικὴν παραποταμίαν ἐχόντων τῶν Λιβύων, τὴν δὲ πέραν Αἰθιόπων, παρὰ μέρος αὐτῶν τὴν ἐπικράτειαν εἶναι τῶν νήσων καὶ τῆς ποταμίας, ἐξελαυνομένων τῶν ἑτέρων καὶ παραχωρούντων τοῖς κρείττοσι γενομένοις. χρῶνται δὲ καὶ τόξοις Αἰθίοπες τετραπήχεσι ξυλίνοις πεπυρακτωμένοις· ὁπλίζουσι δὲ καὶ τὰς γυναῖκας, ὧν αἱ πλείους κεκρίκωνται τὸ χεῖλος τοῦ στόματος χαλκῷ κρίκῳ· κωδιοφόροι δ' εἰσίν, ἐρέαν οὐκ ἔχοντες, τῶν προβάτων αἰγοτριχούντων· οἱ δὲ γυμνῆτές εἰσιν, οἳ καὶ περιέζωνται μικρὰ κώδια ἢ τρίχινα πλέγματα εὐυφῆ. θεὸν δὲ νομίζουσι τὸν μὲν ἀθάνατον (τοῦτον δ' εἶναι τὸν αἴτιον τῶν πάντων), τὸν δὲ θνητόν, ἀνώνυμόν τινα καὶ οὐ σαφῆ· ὡς δ' ἐπὶ τὸ πολὺ τοὺς εὐεργέτας καὶ βασιλικοὺς θεοὺς νομίζουσι, καὶ τούτων τοὺς μὲν βασιλέας κοινοὺς ἁπάντων (μὲν) σωτῆρας καὶ φύλακας, τοὺς δ' ἰδιώτας ἰδίως τοῖς εὖ παθοῦσιν ὑπ' αὐτῶν. τῶν δὲ πρὸς τῇ διακεκαυμένῃ τινὲς καὶ ἄθεοι νομίζονται· οὓς γε καὶ τὸν ἥλιόν φασιν ἐχθαίρειν καὶ κακῶς λέγειν, ἐπειδὰν προσίδωσιν ἀνίσχοντα, ὡς καίοντα καὶ πολεμοῦντα αὐτοῖς, καταφεύγειν τε εἰς τὰ ἕλη. οἱ δ' ἐν Μερόῃ καὶ Ἡρακλέα καὶ Πᾶνα καὶ Ἶσιν σέβονται πρὸς ἄλλῳ τινὶ βαρβαρικῷ θεῷ. τοὺς δὲ νεκροὺς οἱ μὲν εἰς τὸν ποταμὸν ἐκρίπτουσιν, οἱ δ' οἴκοι κατέχουσι περιχέαντες ὕαλον· τινὲς δὲ ἐν κεραμίαις σοροῖς κατορύττουσι κύκλῳ τῶν ἱερῶν, ὅρκον τε τὸν ὑπὲρ αὐτῶν ἀπαιτοῦσι καὶ πάντων ἁγιστεύουσι μάλιστα. βασιλέας τε καθιστᾶσι τοὺς κάλλει διαφέροντας ἢ ἀρετῇ κτηνοτροφίας ἢ ἀνδρείᾳ ἢ πλούτῳ. ἐν δὲ τῇ Μερόῃ κυριωτάτην τάξιν ἐπεῖχον οἱ ἱερεῖς τὸ παλαιόν· οἵ γε καὶ τῷ βασιλεῖ προσέτατον ἔσθ' ὅτε ἀποθνήσκειν πέμψαντες ἄγγελον καὶ καθίσταν ἀντ' αὐτοῦ ἕτερον· ὕστερον δὲ κατέλυσέ τις τῶν βασιλέων τὸ ἔθος, ἐπιὼν μεθ' ὅπλων ἐπὶ τὸ ἱερόν, ὅπου ὁ χρυσοῦς νεώς ἐστι, καὶ τοὺς ἱερέας ἀποσφάξας πάντας. ἔστι δὲ καὶ τοῦτο ἔθος Αἰθιοπικόν· ὃς γὰρ ἂν τῶν βασιλέων πηρωθῇ μέρος τι τοῦ σώματος ὁπωσοῦν, τὸ αὐτὸ πάσχουσιν οἱ συνόντες αὐτῷ μάλιστα, οἱ δ' αὐτοὶ καὶ συναποθνήσκουσιν· ἐκ δὲ τούτου φυλακὴ τοῦ βασιλέως ἐστὶ πλείστη παρ' αὐτῶν. περὶ μὲν Αἰθιόπων ἀρκέσει ταῦτα.

4. Τοῖς δ' Αἰγυπτιακοῖς καὶ ταῦτα προσθετέον ὅσα ἰδιάζοντα, οἷον ὁ Αἰγύπτιος λεγόμενος κύαμος, ἐξ οὗ τὸ κιβώριον, καὶ ἡ βύβλος· ἐνταῦθα γὰρ καὶ παρ' Ἰνδοῖς μόνον· ἡ δὲ περσέα ἐνταῦθα μόνον καὶ παρ' Αἰθιόψι, δένδρον μέγα, καρπὸν ἔχον γλυκὺν καὶ μέγαν, καὶ

fiunt intertextis (διαπλεκομένων), aut ex lateribus coctis. Sales apud eos fossiles sunt, quemadmodum in Arabia quoque. Ex arboribus abundat palma, persea, ebenus et siliquastrum. Venantur elephantes, leones et pardales. Dracones habent, qui cum elephantis pugnant, et multas alias feras, quæ e tostis et aridis locis ad palustria et aquosa confugiunt.

3. Supra Meroen est Psebo (Ψεβώα codd.), lacus ingens, qui insulam habet satis habitatam. Porro quum occiduam ad Nilum regionem Libyes habeant, trans eum sitam Æthiopes, fit ut alteri atque alteri per vices insulæ et fluviali regioni imperent, ac victoribus expulsi cedant. Æthiopes arcubus quadricubitalibus ligneis ac (*jaculis?*) præustis utuntur. Armantur etiam mulieres, quarum pleræque oris labium æneo circulo trajectum habent. Pelliti sunt, quia lanis carent; nam oves eorum caprarum in morem hirtæ sunt. Quidam nudi incedunt, aut brevibus pellibus cincti, aut plectilibus quibusdam, e pilo bene contextis. Deum putant alterum immortalem, qui rerum omnium causa sit, alterum mortalem, qui nomine careat, et non sit cognitu facilis; plerumque autem eos, a quibus beneficium acceperunt, et regios pro diis habent; reges quidem tanquam communes omnium servatores et custodes, privatos autem tanquam privatim deos eorum quibus benefecerunt. Ex iis, qui ad torridam habitant, nonnulli sunt, qui deos non credere putantur, qui quidem etiam Solem odisse et detestari, quum eum exoriri vident, propterea quod eos urat et infestet; atque ob id in paludes fugere dicuntur. Meroes cultores etiam Herculem, Panem et Isidem venerantur, ac præterea quendam deum barbaricum. Mortuos alii in flumen abjiciunt, alii circumfuso vitro domi servant, alii in fictilibus alveolis eos circum templa defodiunt. Jusjurandum per eos exigunt, et sanctimoniam adhibent. Regem constituunt eum, qui vel forma vel alendorum pecorum virtute vel robore vel opibus excellat. Antiquitus in Meroe summa potestas fuit penes sacerdotes, tantaque auctoritas, ut nonnunquam misso nuntio mortem regi imperarent, et ei alium sufficerent; postmodo rex quidam consuetudinem hanc abolevit, cum manu armata in fanum irruens, ubi aureum sacellum est, et sacerdotes omnes jugulans. Is etiam Æthiopibus mos est, ut, ubi rex aliqua parte corporis mutilatur, familiares idem patiantur, et cum eo etiam moriantur; idcirco maximam hi regi custodiam adhibent. Ac de Æthiopicis quidem hactenus.

4. Ægyptiacis vero ea adjicienda sunt, quæ illorum propria dicuntur, ut Ægyptia faba, ex qua ciborium fit, item byblus; hæc enim solum ibi sunt et in India, persea vero ibi et in Æthiopica solum, arbor magna, fructu dulci et grandi; item morus, quæ fructum fert, qui sycomorum

Digitized by Google

ἡ συκάμινος ἡ ἐκφέρουσα τὸν λεγόμενον καρπὸν συκόμορον· σύκῳ γὰρ ἔοικεν· ἄτιμον δ' ἐστὶ κατὰ τὴν γεῦσιν· γίνεται δὲ καὶ τὸ κόρσιον καὶ ὅμοιόν τι πεπέρει τράγημα, μικρῷ αὐτοῦ μεῖζον. ἰχθύες δ' ἐν τῷ Νείλῳ πολλοὶ μὲν καὶ ἄλλοι χαρακτῆρα ἔχοντες ἴδιον καὶ ἐπιχώριον, γνωριμώτατοι δὲ ὅ τε ὀξύρυγχος καὶ ὁ λεπιδωτὸς καὶ λάτος καὶ ἀλάβης καὶ κορακῖνος καὶ χοῖρος καὶ φαγρώριος, ὃν καὶ φάγρον καλοῦσιν, ἔτι σίλουρος, κιθαρός, θρίσσα, κεστρεύς, λύχνος, φῦσα, βοῦς· ὀστρακίων δὲ κοχλίαι μεγάλοι, φωνὴν ὁλολυγόσιν ὁμοίαν φθεγγόμενοι· ζῷα [δ'] ἐπιχώρια καὶ ὁ ἰχνεύμων καὶ ἡ ἀσπὶς ἡ Αἰγυπτία, ἴδιόν τι ἔχουσα παρὰ τὰς ἐν ἄλλοις· διττὴ δ' ἐστίν, ἡ μὲν σπιθαμιαία, ἥπερ καὶ ὀξυθανατωτέρα, ἡ δ' ἐγγὺς ὀργυιᾶς, ὡς καὶ Νίκανδρος ὁ τὰ Θηριακὰ γράψας εἴρηκε· καὶ τῶν ὀρνέων ἶβις καὶ ἱέραξ ὁ Αἰγύπτιος, ἥμερος παρὰ τοὺς ἄλλοθι, ὡς καὶ ἡ αἴλουρος· καὶ ὁ νυκτικόραξ ἰδιότροπος ἐνθάδε· παρ' ἡμῖν μὲν γὰρ ἀετοῦ μέγεθος ἴσχει καὶ φθέγγεται βαρύ, ἐν Αἰγύπτῳ δὲ κολοιοῦ μέγεθος καὶ φθογγὴ διάφορος· ἡμερώτατον δ' ἡ ἶβις, πελαργώδης μὲν κατὰ σχῆμα καὶ μέγεθος, διττὴ δὲ τὴν χρόαν, ἡ μὲν πελαργώδης, ἡ δὲ ὅλη μέλαινα· μεστὴ δ' αὐτῶν ἅπασα τρίοδος ἐν Ἀλεξανδρείᾳ, πῇ μὲν χρησίμως, πῇ δ' οὐ χρησίμως· χρησίμως μέν, ὅτι πᾶν θηρίον ἐκλέγει καὶ τὰ ἐν τοῖς κρεωπωλίοις καὶ τοῖς ὀψοπωλίοις ἀποκαθάρματα· δυσχρήστως δέ, ὅτι παμφάγον καὶ ἀκάθαρτον καὶ δυσκόλως ἀπειργόμενον ἀπὸ τῶν καθαρίων καὶ τῶν ἀλλοτρίων μολυσμοῦ παντός.

5. Ἀληθὲς δὲ καὶ τὸ Ἡροδότου καὶ ἐστὶν Αἰγυπτιακὸν τὸ τὸν μὲν πηλὸν ταῖς χερσὶ φυρᾶν, τὸ δὲ στέαρ τὸ εἰς τὴν ἀρτοποιίαν τοῖς ποσί. καὶ οἱ πάκεις δὲ ἴδιόν τι ἄρτου γένος, στατικὸν κοιλίας, καὶ τὸ κῖκι καρπός τις σπειρόμενος ἐν ἀρούραις, ἐξ οὗ ἔλαιον ἀποθλίβεται εἰς μὲν λύχνον τοῖς ἀπὸ τῆς χώρας σχεδόν τι πᾶσιν, εἰς ἄλειμμα δὲ τοῖς πενεστέροις καὶ ἐργατικωτέροις καὶ ἀνδράσι καὶ γυναιξί· καὶ τὰ † κόκκινα δὲ πλέγματα Αἰγυπτιακά ἐστι, φυτοῦ τινος, ὅμοια τοῖς σχοινίνοις ἢ φοινικίνοις. τὸ δὲ ζύθος ἰδίως μὲν σκευάζεται παρ' ἐκείνοις, κοινὸν δ' ἐστὶ πολλοῖς, καὶ παρ' ἑκάστοις δὲ αἱ σκευασίαι διάφοροι. καὶ τοῦτο δὲ τῶν μάλιστα ζηλουμένων παρ' αὐτοῖς τὸ πάντα τρέφειν τὰ γεννώμενα παιδία καὶ τὸ περιτέμνειν καὶ τὰ θήλεα ἐκτέμνειν, ὅπερ καὶ τοῖς Ἰουδαίοις νόμιμον· καὶ οὗτοι δ' εἰσὶν Αἰγύπτιοι τὸ ἀνέκαθεν, καθάπερ εἰρήκαμεν ἐν τῷ περὶ ἐκείνων λόγῳ. φησὶ δ' Ἀριστόβουλος, ἐκ τῆς θαλάττης μηδὲν ἀνατρέχειν ὄψον εἰς τὸν Νεῖλον πλὴν κεστρέως καὶ θρίσσης καὶ δελφῖνος διὰ τοὺς κροκοδείλους· τοὺς μὲν δελφῖνας διὰ τὸ κρείττους εἶναι, τοὺς δὲ κεστρέας τῷ παραπέμπεσθαι ὑπὸ τῶν χοίρων παρὰ γῆν κατά τινα οἰκείωσιν φυσικήν· τῶν δὲ χοίρων ἀπέχεσθαι τοὺς κροκοδείλους, στρογγύλων ὄντων καὶ ἐχόντων ἀκάνθας ἐπὶ τῇ κεφαλῇ φερούσας κίνδυνον τοῖς θηρίοις· ἀναθεῖν μὲν οὖν ἔαρος τοὺς κεστρέας γόνον ἔχοντας, μικρὸν δὲ πρὸ δύσεως Πλειάδος καταβαίνειν τεξομένους ἀθρόους, ὅτε καὶ ἡ ἅλωσις

dicitur, nam ficui persimilis est, gustu vero ignobili. Nascitur etiam corsium et fructus quidam dulcis, piperi similis, aliquanto tamen major. Pisces in Nilo permulti sunt ac diversi, qui propriam quandam et indigenam formam et indolem habent; maxime noti sunt oxyrynchus et lepidotus et latus et alabes et coracinus et porcus et phagrorius, quem etiam phagrum vocant, item silurus, citharus, thrissa, mugil, lychnus, physa, bos; ex ostraceis autem cochleæ ingentes, quæ vocem edunt ut ululæ. Animalia quoque sua habet, ichneumonem et Ægyptiam aspidem, quæ proprium quiddam habet præter alias aliorum locorum; duplex est, altera dodrantalis, quæ celerius interficit, altera ulnæ fere longitudine, ut et Nicander (*Ther.* 168) ait, qui de bestiis venenatis scripsit. Ex avibus est ibis, et accipiter Ægyptius, qui mansuetior est iis, qui alibi sunt, quemadmodum et felis. Habent et corvum nocturnum peculiarem; nam apud nos aquilæ magnitudine est, et grave canit, in Ægypto vero graculi magnitudine, voce diversa. Mansuetissima est ibis, magnitudine et figura ciconiæ persimilis; color duo genera facit: nam alterum totum nigrum est, alterum ciconiæ simile. Alexandriæ nullum non trivium eis plenum est, partim utiliter, partim inutiliter; utiliter, quatenus omnes serpentes et omnes macelli et fororum opsonariorum sordes colligit; inutiliter vero, quia omnivora et immunda est, nec facile ab iis quæ munda sunt et nullam contaminationem patiuntur, prohiberi potest.

5. Verum etiam quod Herodotus (II, 36) narrat, et Ægyptium est, scilicet lutum eos manibus tractare, massam vero, ex qua panis fit, pedibus. Caces quoque apud eos peculiare est quoddam panis genus, quod ventrem sistit; et cici, hoc est ricinus, qui in arvis seritur, oleumque ex eo exprimitur, quo omnes fere indigenæ ad lucernam utuntur, pauperiores vero et operarii ad unctionem, tum viri, tum mulieres. Item cucinea (κούκινα s. κοίκινα) texta Ægyptiaca e stirpe quadam conficiuntur, junceis et palmaceis similia; zythus, quanquam peculiariter apud illos fiat, tamen communis est eis cum multis, et apud diversos diverse conficitur. Inter ea quæ summo studio observant hoc quoque est quod pueros natos omnes educant; et circumcidunt eos, et feminas excidunt, quod Judæis quoque est legitimum, qui, ut supra diximus, quum de eis loqueremur (16, 2, 34), origine sunt Ægyptii. Auctor est Aristobulus, nullum piscem e mari in Nilum ascendere crocodilorum metu, præter mugilem, thrissam et delphinum: hunc, quia crocodilo est præstantior; mugiles, quia a porcis secus terram deducantur stipati, ob quandam naturalem societatem; crocodilos vero a porcis abstinere, qui, quum rotundi sint, et spinas ad caput habeant, periculum ipsis creant. Vere igitur ascendere mugiles fœcundos; descendere autem paulo ante Vergiliarum

Digitized by Google

αὐτῶν γίνεται περιπιπτόντων τοῖς φράγμασιν ἀθρόον· τοιαύτην δέ τινα εἰκάζειν ἐστὶ καὶ περὶ τῆς θρίσσης αἰτίαν. ταῦτα καὶ περὶ Αἰγύπτου.

occasum confertim, ut ibi pariant, ac tum in septa incidentes frequentes capi. Hujusmodi de alosa etiam licet causam comminisci. Ac de Ægypto quidem hactenus.

ΚΕΦ. Γ'.

Περὶ δὲ Λιβύης ἐφεξῆς λέγωμεν, ὅπερ λείπεται μέρος τῆς συμπάσης γεωγραφίας. εἴρηται μὲν οὖν καὶ πρότερον πολλὰ καὶ περὶ αὐτῆς, ἀλλὰ καὶ νῦν ὅσα καίρια προσυπομνηστέον, προστιθέντας καὶ τὰ μὴ λεχθέντα πρότερον. οἱ μὲν οὖν πρὸς τὰς ἠπείρους τὴν οἰκουμένην διελόντες ἀνίσως διεῖλον· ἐμφαίνει γὰρ τὸ τριχῇ τὸ εἰς τρία ἴσα· τοσοῦτο δ' ἀπολείπεται τοῦ τρίτον εἶναι μέρος τῆς οἰκουμένης ἡ Λιβύη, ὥστε καὶ συντεθεῖσα μετὰ τῆς Εὐρώπης οὐκ ἂν ἐξισάζειν δόξειε τῇ Ἀσίᾳ· τάχα δὲ καὶ τῆς Εὐρώπης ἐλάττων ἐστί, κατὰ δὲ τὴν δύναμιν καὶ πολλῷ τινι· ἔρημος γάρ ἐστιν ἡ πολλὴ τῆς μεσογαίας καὶ τῆς παρωκεανίτιδος, κατοικίαις δὲ κατάστικτός ἐστι μικραῖς, καὶ σποράσι καὶ νομαδικαῖς ταῖς πλείσταις· πρὸς δὲ τῇ ἐρημίᾳ καὶ τὸ θηριοτρόφον ἐξελαύνει καὶ ἐκ τῆς δυναμένης οἰκεῖσθαι· πολὺ δὲ καὶ τῆς διακεκαυμένης ἐπιλαμβάνει ζώνης. ἡ μέντοι καθ' ἡμᾶς εὐδαιμόνως οἰκεῖται πᾶσα παραλία ἡ μεταξὺ Νείλου καὶ Στηλῶν, καὶ μάλιστα ἡ ὑπὸ Καρχηδονίοις γενομένη· ἀνυδρίαι δέ τινες κἀνταῦθα παρεμπίπτουσιν, οἷαι περί τε τὰς Σύρτεις καὶ τοὺς Μαρμαρίδας καὶ τὸν Καταβαθμόν. ἔστι δὲ ὀρθογωνίου τριγώνου τὸ σχῆμα, ὡς ἄν τις ἐν ἐπιπέδῳ νοήσειε, βάσιν μὲν ἔχον τὴν καθ' ἡμᾶς παραλίαν τὴν ἀπὸ τῆς Αἰγύπτου καὶ Νείλου μέχρι Μαυρουσίας καὶ Στηλῶν, πρὸς ὀρθὰς δὲ ταύτῃ πλευράν, ἣν ὁ Νεῖλος ποιεῖ μέχρι Αἰθιοπίας, προσεκβαλλόντων ἡμῶν ἕως Ὠκεανοῦ, τὴν δ' ὑποτείνουσαν τῇ ὀρθῇ τὴν παρωκεανῖτιν ἅπασαν τὴν μεταξὺ Αἰθιόπων καὶ Μαυρουσίων. τὸ μὲν οὖν κατ' αὐτὴν τὴν κορυφὴν τοῦ λεχθέντος σχήματος, ἤδη πως ὑποπῖπτον τῇ διακεκαυμένῃ, λέγομεν ἐξ εἰκασμοῦ διὰ τὸ ἀπρόσιτον, ὥστ' οὐδὲ τὸ μέγιστον πλάτος τῆς χώρας ἔχοιμεν ἂν λέγειν· τὸ μέντοι τοσοῦτον ἐν τοῖς πρόσθεν λόγοις ἔφαμεν, ὅτι ἐξ Ἀλεξανδρείας εἰς Μερόην τὸ βασίλειον τῶν Αἰθιόπων πρὸς νότον ἰόντι στάδιοί εἰσι περὶ μυρίους, ἐκεῖθεν δ' ἐπ' εὐθείας ἐπὶ τοὺς ὅρους τῆς διακεκαυμένης καὶ τῆς οἰκουμένης ἄλλοι τρισχίλιοι· τὸ γοῦν αὐτὸ θετέον τὸ μέγιστον πλάτος τῆς Λιβύης, μυρίους καὶ τρισχιλίους ἢ τετρακισχιλίους στάδιους, μῆκος δὲ μικρῷ ἔλαττον ἢ διπλάσιον. τὰ καθ' ὅλου μὲν ταῦτα περὶ Λιβύης· τὰ καθ' ἕκαστα δὲ λεκτέον, ἀρξαμένοις ἀπὸ τῶν ἑσπερίων μερῶν καὶ τῶν ἐπιφανεστέρων.

2. Οἰκοῦσι δ' ἐνταῦθα Μαυρούσιοι μὲν ὑπὸ τῶν Ἑλλήνων λεγόμενοι, Μαῦροι δ' ὑπὸ τῶν Ῥωμαίων καὶ τῶν ἐπιχωρίων, Λιβυκὸν ἔθνος μέγα καὶ εὔδαιμον, ἀντίπορθμον τῇ Ἰβηρίᾳ. κατὰ τοῦτο δὲ καὶ ὁ κατὰ τὰς Στήλας τὰς Ἡρακλείους πορθμός ἐστι, περὶ οὗ πολλὰ εἴρηται. ἔξω δὲ προελθόντι τοῦ κατὰ τὰς Στήλας πορθμοῦ, τὴν Λιβύην ἐν ἀριστερᾷ ἔχοντι ὄρος ἐστίν,

CAP. III.

De Libya deinceps dicendum est, quæ una totius terrarum descriptionis pars restat. Sane quidem ante etiam multa de hac diximus; sed nunc quoque quod tempestivum videbitur, commemorabimus, et si quæ dicta prius non fuere, addemus. Qui totam terram in continentes divisere, inæqualiter diviserunt. Triplex illud innuere videtur divisionem in tres partes æquales; at tantum abest, Libyam tertiam esse orbis partem, ut, etiam Europæ addita, Asiam non exæquare videatur, ac fortasse quantitate minor est, quam Europa, virtute profecto multo est inferior; nam maxima mediterraneæ pars et regio circa oceanum deserta; præterea habitationibus et sparsis, et magna ex parte incertis sedibus vagantium hominum distincta est. Ad solitudinem accedit, quod e multis, quæ habitari possent, locis ferœ, quas alit, homines arcent. Magna quoque ejus pars torridæ zonæ subjicitur. Ea sane quæ nobis obversa est ora universa inde a Nilo usque ad Herculis columnas, et præ ceteris quæ sub Carthaginiensibus fuit, feliciter habitatur, attamen ibi quoque tractus quidam aqua destituti intercidunt, ut circa Syrtes et Marmaridas et Catabathmum. Africæ figura est, si quis in plano consideret, rectangula triquetra; basis est ora nobis obversa ab Ægypto atque Nilo usque ad Mauritaniam et Herculis columnas; ad rectum vero angulum ei efficitur latus quod a Nilo usque ad Æthiopiam pertinet et nos usque ad oceanum producimus; latus vero recto angulo subtensum est regio tota, quæ ad oceanum jacet, inter Æthiopes atque Mauritaniam. Ceterum quæ circa ipsum dictæ figuræ verticem jam torridæ subjacent, de conjectura ponimus, propterea quod inaccessa sunt; unde nec maximam regionis hujus latitudinem dicere promptum est. In superioribus tamen hoc diximus, ex Alexandria in Meroen, Æthiopici regni caput, eunti austrum versus esse stadia fere decies mille; inde recta ad exustæ fines et habitabilis alia stadiorum tria millia; maxima itaque Libyæ latitudo ponenda est tredecim vel quattuordecim millium stadiorum, longitudo paulo minor quam dupla. Atque hæc de Libya in universum dicta sint; nunc singula percurremus, ab occidentalibus clarioribusque partibus initio sumpto.

2. Ibi ergo habitant, qui a Græcis Maurusii, a Romanis et indigenis Mauri appellantur, Libyca gens et magna et opulenta, quæ ab Hispania opposita mari angusto dirimitur. Juxta enim est fretum ad Herculis columnas, de quo jam multa dicta sunt. Extra columnarum fretum procedenti ita, ut ad sinistram sit Libya, mons est, quem

Digitized by Google

ὅπερ οἱ μὲν Ἕλληνες Ἄτλαντα καλοῦσιν, οἱ βάρβαροι δὲ Δύριν. ἐντεῦθεν δὲ πρόπους ἔκκειταί τις ὕστατος πρὸς δύσιν τῆς Μαυρουσίας αἱ Κώτεις λεγόμεναι· πλησίον δὲ καὶ πολίχνιον μικρὸν ὑπὲρ τῆς θαλάττης, ὅπερ Τρίγγα καλοῦσιν οἱ βάρβαροι, Λύγγα δ' ὁ Ἀρτεμίδωρος προσηγόρευκε, Ἐρατοσθένης δὲ Λίξον· κεῖται δ' ἀντίπορθμον τοῖς Γαδείροις ἐν διάρματι σταδίων ὀκτακοσίων, ὅσον ἑκάτερα διέχει τοῦ κατὰ τὰς Στήλας πορθμοῦ· πρὸς νότον δὲ τῇ Λίξῳ καὶ ταῖς Κώτεσι παράκειται κόλπος, Ἐμπορικὸς καλούμενος, ἔχων Φοινικικὰς ἐμπορικὰς κατοικίας. ἔστι μὲν οὖν πᾶσα ἡ συνεχὴς τῷ κόλπῳ τούτῳ παραλία κολπώδης, ὑπεξαιρουμένῳ δὲ τοὺς κόλπους καὶ τὰς ἐξοχὰς κατὰ τὸ σχῆμα τὸ τριγωνοειδές, ὃ ὑπέγραψα, νοείσθω μᾶλλον ἐπὶ τὴν μεσημβρίαν ἅμα καὶ τὴν ἕω λαμβάνουσα τὴν αὔξησιν ἡ ἤπειρος. τὸ δ' ὄρος διὰ μέσης ἐκτεινόμενον τῆς Μαυρουσίας τὸ ἀπὸ τῶν Κώτεων μέχρι καὶ Σύρτεων οἰκεῖται καὶ αὐτὸ καὶ ἄλλα παράλληλα αὐτῇ κατ' ἀρχὰς μὲν ὑπὸ τῶν Μαυρουσίων, ἐν βάθει δὲ τῆς χώρας ὑπὸ τοῦ μεγίστου τῶν Λιβυκῶν ἐθνῶν, οἱ Γαίτουλοι λέγονται.

3. Πλεῖστα δὲ πλάσματα τῇ Λιβυκῇ παραλίᾳ τῇ ἐκτὸς προσεψεύσαντο οἱ συγγραφεῖς, ἀρξάμενοι ἀπὸ τοῦ Ὀφέλα περίπλου· περὶ ὧν ἐμνήσθημέν που καὶ πρότερον, καὶ νῦν δὲ λέγομεν, συγγνώμην αἰτούμενοι τῆς τερατολογίας, ἐάν που βιασθῶμεν ἐκπεσεῖν εἴς τι τοιοῦτο, φεύγοντες τὸ πάντα σιγῇ παραπέμπειν καὶ τρόπον τινὰ πηροῦν τὴν ἱστορίαν. φασὶ δ' οὖν τὸν Ἐμπορικὸν κόλπον ἄντρον ἔχειν εἴσω δεχόμενον τὴν θάλατταν ἐν ταῖς πλημμυρίσι μέχρι καὶ ἑπτὰ σταδίων, προκείμενον δὲ τούτου ταπεινὸν καὶ ὁμαλὸν χωρίον, ἔχον Ἡρακλέους βωμόν, ὃν οὐκ ἐπικλύζεσθαί φασιν ὑπὸ τῆς πλημμυρίδος· ἓν δὲ δή τι τῶν πλασμάτων νομίζω τοῦτο. ἐγγὺς δὲ τούτῳ τὸ ἐν τοῖς ἑξῆς κόλποις κατοικίας λέγεσθαι παλαιὰς Τυρίων, ἃς ἐρήμους εἶναι νῦν, οὐκ ἐλαττόνων ἢ τριακοσίων πόλεων, ἃς οἱ Φαρούσιοι καὶ οἱ Νιγρῖται ἐξεπόρθησαν· διέχειν δὲ τούτους τῆς Λυγγός φασιν ἡμερῶν τριάκοντα ὁδόν.

4. Τὸ μέντοι τὴν Μαυρουσίαν εὐδαίμονα εἶναι χώραν πλὴν ὀλίγης ἐρήμου καὶ ποταμοῖς τε καὶ λίμναις κεχορηγῆσθαι παρὰ πάντων ὁμολογεῖται. μεγαλόδενδρός τε καὶ πολύδενδρος ὑπερβαλλόντως ἐστὶ καὶ πάμφορος· τὰς γοῦν μονοξύλους τραπέζας ποικιλωτάτας καὶ μεγίστας ἐκείνη τοῖς Ῥωμαίοις χορηγεῖ. τοὺς δὲ ποταμοὺς ἔχειν φασὶ καὶ κροκοδείλους καὶ ἄλλα γένη ζῴων ἐμφερῆ τοῖς ἐν τῷ Νείλῳ· τινὲς δὲ καὶ τὰς τοῦ Νείλου πηγὰς πλησιάζειν οἴονται τοῖς ἄκροις τῆς Μαυρουσίας. ἐν ποταμῷ δέ τινι γεννᾶσθαι βδέλλας ἑπταπήχεις, κατατετρημένα ἐχούσας τὰ βραγχία, δι' ὧν ἀναπνέουσι. καὶ ταῦτα δὲ λέγουσι περὶ τῆς χώρας, ὅτι ἄμπελος φύεται δυσὶν ἀνδράσι τὸ πάχος δυσπερίληπτος, βότρυν πηχυαῖόν πως ἀποδιδοῦσα· βοτάνη τε ὑψηλὴ πᾶσα καὶ λάχανον † νεαρὸν καὶ δρακόντιον, οἱ δὲ τῶν σταφυλίνων καυλοὶ καὶ ἱππομαράθου καὶ σκολύμων δωδεκαπή-

Græci Atlantem nominant, barbari Dyrim. Ab eo extrema quædam prominentia excurrit versus occasum Mauritaniæ, Cotes nomine; prope etiam est oppidulum supra mare, quod barbari Tingem (Τίγγα) vocant, Artemidorus Lyngem, Eratosthenes Lixum; contra Gades est situm, freto octingentorum stadiorum diremptum, ac tantumdem utraque urbs distat a freto Columnarum. Lixo et Cotibus ad austrum sinus adjacet, qui Emporicus vocatur, et diversoria mercatoria habet Phœnicum mercatorum. Tota quidem ora, huic sinui continua, sinuosa est; sinus vero et processus si demas secundum triangulam figuram a nobis descriptam, magis intelligas continentem plurimum ad meridiem simul atque orientem excrescere. Mons, qui a Cotibus usque in Syrtes per mediam Mauritaniam tendit, et ipse et montes, qui cum eo paribus porriguntur spatiorum distantiis, commode habitantur, in initio quidem a Maurusiis, in interiore vero regione a maxima Libyæ natione, qui Gætuli appellantur.

3. Plurimas fabulas oræ exteriori Libyæ affinxere scriptores, initio sumpto a peripio Ophelæ (*Apellæ?*), de quibus etsi jam supra mentio habita est, tamen nunc quoque nonnihil dicemus, veniam petentes narrationi rerum monstrosarum, sicuti ad tale quid aberrare cogimur, quum noluerimus omnia silentio præterire et mutilare (πληροῦν *codd.*) quodammodo historiam. Aiunt ergo, in Emporico sinu antrum esse, quod maris affluxum in se usque ad septem stadia admittat; ante hoc antrum locum esse humilem et planum, in quo Herculis ara sit, qui nunquam tegatur aquarum affluxu. Hoc ego inter figmenta numero. Huic simile est alterum illud quod in sequentibus sinubus tradunt antiquas esse Tyriorum habitationes, quæ nunc desertæ sint, urbes non pauciores trecentis, quas Pharusii ac Nigritæ exciderint. Dicunt hos a Linge distare itinere dierum triginta.

4. Enimvero Mauritaniam feracem esse, si exiguam partem desertam exceperis, fluminibusque ac lacubus abundare, uno ore omnes tradunt. Arboribus et multis et magnis mire abundat, et omnium rerum est ferax; mensas quoque ex uno ligno maximas maximeque varias hæc regio Romanis suppeditat. Amnes ejus etiam crocodilos et alia animalia habere narrant, eorum similia, quæ sunt in Nilo. Quidam etiam opinantur Nili fontes extremis Mauritaniæ partibus propinquos esse. In quodam flumine hirudines nasci septem cubitorum longitudine, branchiis, quarum opera respirant, foraminibus pertusis. Tum in ea regione vitem nasci, cujus caudicem vix duo homines complecti queant, racemum esse fere cubitalem; et omnem herbam altam, et olus ut arum (ἄρον) et dracontium; pastinacarum daucorum et foeniculi equini et cinararum

Digitized by Google

χεις, τὸ δὲ πάχος παλαιστῶν τεττάρων· καὶ δρακόντων δὲ καὶ ἐλεφάντων καὶ δορκάδων καὶ βουβάλων καὶ τῶν παραπλησίων ζώων, λεόντων τε καὶ παρδάλεων, παντοδαπὴ τροφὸς ἡ χώρα ἐστί. φέρει δὲ καὶ γαλᾶς αἰλούροις ἴσας καὶ ὁμοίας, πλὴν ὅτι τὰ ῥύγχη προπέπτωκε μᾶλλον, πιθήκων τε πάμπολυ πλῆθος, περὶ ὧν καὶ Ποσειδώνιος εἴρηκεν, ὅτι πλέων ἐκ Γαδείρων εἰς τὴν Ἰταλίαν προσενεχθείη τῇ Αιβυκῇ παραλίᾳ καὶ ἴδοι τῶν θηρίων μεστόν τινα τούτων ἁλιτενῆ δρυμόν, τῶν μὲν ἐπὶ τοῖς δένδρεσι, τῶν δ' ἐπὶ γῆς, ἐχόντων ἐνίων καὶ σκύμνους καὶ ἐπεχόντων μαστόν· γελᾶν οὖν ὁρῶν βαρυμάστους, ἐνίους δὲ φαλακρούς, τοὺς δὲ κηλήτας καὶ ἄλλα τοιαῦτα ἐπιφαίνοντας σίνη.

5. Ὑπὲρ ταύτης δ' ἐστὶν ἐπὶ τῇ ἔξω θαλάττῃ ἡ τῶν ἑσπερίων καλουμένων Αἰθιόπων χώρα, κακῶς οἰκουμένη τὸ πλέον. ἐνταῦθα δὲ καὶ καμηλοπαρδάλεις φησὶν Ἱφικράτης γεννᾶσθαι καὶ ἐλέφαντας καὶ τοὺς καλουμένους ῥίζεις, οἳ ταυροειδεῖς μέν εἰσι τὴν μορφήν, κατὰ δὲ τὴν δίαιταν καὶ τὸ μέγεθος καὶ τὴν ἀλκὴν τὴν πρὸς μάχην ἐλέφασιν ἐοίκασι· δράκοντάς τε λέγει μεγάλους, ὥστε καὶ πόαν ἐπιπεφυκέναι· τοὺς δὲ λέοντας τοῖς πώλοις τῶν ἐλεφάντων ἐπιτίθεσθαι, αἱμάξαντας δὲ φεύγειν, ἐπιουσῶν τῶν μητέρων· τὰς δ', ἐπειδὰν ἴδωσιν ἡμαγμένους, κτείνειν· ἐπανιόντας δὲ τοὺς λέοντας ἐπὶ τὰ πτώματα νεκροφαγεῖν. Βόγον δέ, τὸν βασιλέα τῶν Μαυρουσίων, ἀναβάντα ἐπὶ τοὺς ἑσπερίους Αἰθίοπας, καταπέμψαι τῇ γυναικὶ δῶρα καλάμους τοῖς Ἰνδικοῖς ὁμοίους, ὧν ἕκαστον γόνυ χοίνικας χωροῦν ὀκτώ· καὶ ἀσπαράγων δ' ἐμφερῆ μεγέθη.

6. Εἰς δὲ τὴν ἐντὸς θάλατταν πλέουσιν ἀπὸ Λυγγὸς πόλις ἐστὶ Ζῆλις καὶ † Τίγα, εἶτα τῶν Ἑπτὰ ἀδελφῶν μνήματα καὶ τὸ ὑπερκείμενον ὄρος ὄνομα Ἀβίλη, πολύθηρον καὶ μεγαλόδενδρον. τοῦ δὲ κατὰ τὰς Στήλας πορθμοῦ τὸ μὲν μῆκος λέγεται σταδίων ἑκατὸν εἴκοσι, τὸ δ' ἐλάχιστον πλάτος κατὰ τὸν Ἐλέφαντα ἑξήκοντα. εἰσπλεύσαντι δ' ἑξῆς πόλεις τε καὶ ποταμοὶ πλείους μέχρι Μολοχὰθ ποταμοῦ, ὃς ὁρίζει τὴν Μαυρουσίων καὶ τὴν Μασαισυλίων γῆν. † καλεῖται δὲ καὶ ἄκρα μεγάλη πλησίον τοῦ ποταμοῦ καὶ Μεταγώνιον τόπος ἄνυδρος καὶ λυπρός, σχεδὸν δέ τι καὶ τὸ ὄρος τὸ ἀπὸ τῶν Κώτεων μέχρι δεῦρο παρατείνει· μῆκος δὲ τὸ ἀπὸ τῶν Κώτεων ἐπὶ τοὺς ὅρους τοὺς τῶν Μασαισυλίων στάδιοι πεντακισχίλιοι· ἔστι δὲ τὸ Μεταγώνιον κατὰ νέαν που Καρχηδόνα ἐν τῇ περαίᾳ· Τιμοσθένης δ' οὐκ εὖ κατὰ Μασσαλίαν φησίν· ἔστι δ' ἐκ Καρχηδόνος νέας διάρμα εἰς Μεταγώνιον στάδιοι τρισχίλιοι, παράπλους δὲ εἰς Μασσαλίαν ὑπὲρ ἑξακισχιλίων.

7. Οὕτω δ' εὐδαίμονα χώραν οἰκοῦντες τὴν πλείστην οἱ Μαυρούσιοι διατελοῦσιν ὅμως καὶ μέχρι δεῦρο τοῦ χρόνου νομαδικῶς ζῶντες οἱ πολλοί. καλλωπίζονται δ' ὅμως κόμης ἐμπλοκῇ καὶ πώγωνι καὶ χρυσοφορίᾳ σμήξει τε ὀδόντων καὶ ὀνυχισμῷ· σπάνιόν τε ἂν ἴδοις ἁπτομένους ἀλλήλων ἐν τοῖς περιπάτοις τοῦ παραμένειν αὐτοῖς ἄθικτον τὸν κόσμον τῶν τριχῶν. μάχονται

caules duodenûm cubitorum, crassitudine palmorum quaternûm. Porro regio hæc draconum, elephantorum, dorcadum, bubalorum et similium animalium, item leonum ac pardalum multiplex nutrix est; fert etiam mustelas, felibus pares ac similes, nisi quod illarum rostra magis prominent, et simiarum quoque maximam multitudinem. Narrat Posidonius, se, quum e Gadibus Italiam navigaret, in Libyæ oram delatum, silvam quandam mari contiguam vidisse simiis plenam, quarum aliæ super arboribus, aliæ in terra sederent, nonnullæ catulos haberent, et ubera præberent; nec sine risu vidisse alias uberibus graves, nonnullas etiam calvas, nonnullas herniosas, et alia quædam id genus vitia ostendentes.

5. Supra Mauritaniam ad mare exterum Æthiopum regio est, qui Hesperii sive occidui vocantur, magna ex parte male habitata. Auctor est Hypsicrates (Ὑψικράτης), hoc in loco camelopardales gigni, elephantes, et eos qui rhizes vocantur, forma tauris persimiles, victu vero et mole corporum ac pugnandi robore elephantis pares. Addit magnos dracones ibi esse, quibus etiam herba superne innascatur. A leonibus elephantorum pullos invadi; quos quum sauciaverint illi, matribus succurrentibus, fugere; matres, quum fœtus sanguine maculatos viderint, eos interficere; leones postmodum reversos cadaveribus vesci. Bogum vero, Maurorum regem, quum adversus Hesperios Æthiopes ascendisset, misisse dono uxori calamos Indicis similes, quorum genu quodlibet octonos chœnices caperet, et asparagos pari magnitudine.

6. A Lynge in exterius mare navigantibus est civitas Zelis et Tingis (Τίγγις); hinc Septem fratrum monumenta, et imminens mons, multis feris et magnis arboribus plenus, nomine Abile. Columnarum fretum longitudine dicitur stadiorum centum ac viginti, minima vero latitudine sexaginta juxta Elephantem. Innaviganti deinceps occurrunt urbes et flumina complura usque ad amnem Molochath, qui Maurorum et Masæsyliorum regionem distinguit. Vocatur vero Metagonium et magnum promontorium amni propinquum et regio arida sterilisque, ac fere mons a Cotibus hucusque pertendit. Longitudo a Cotibus usque in Masæsyliorum fines est stadiorum quinque millium. Metagonium situm fere est e regione novæ Carthagini in adversa ripa oppositæ; haud recte Timosthenes Metagonium adversum Massiliam esse dicit. A nova Carthagine Metaognium est stadiorum ter mille trajectus, præternavigatio vero usque ad Massaliam amplius sex millibus stadiorum.

7. Ceterum Maurusii, etsi adeo uberem magna ex parte regionem inhabitant, tamen ad hoc usque tempus plurimi incertis vagantur sedibus. Attamen comas cincinnis exornant, et barbam comunt, aurumque gestant, dentes tergent, unguium incrementa resecant, ac raro videas in ambulationibus inter se contingentes, ut capillorum ornatus incorruptus maneat. Pugnant utplurimum ab equis

Digitized by Google

δ' ἱππόται τὸ πλέον ἀπὸ ἄχοντος, σχοινοχαλίνοις χρώμενοι τοῖς ἵπποις καὶ γυμνοῖς· ἔχουσι δὲ καὶ μαχαίρας· οἱ δὲ πεζοὶ τὰς τῶν ἐλεφάντων δορὰς ὡς ἀσπίδας προβάλλονται· τὰς δὲ τῶν λεόντων καὶ παρδάλεων καὶ ἄρκτων ἀμπέχονται καὶ ἐγκοιμῶνται. σχεδὸν δέ τι καὶ οὗτοι καὶ οἱ ἐφεξῆς Μασαισύλιοι καὶ κοινῶς Λίβυες κατὰ τὸ πλέον ὁμοιόσκευοί εἰσι καὶ τὰ ἄλλα ἐμφερεῖς, μικροῖς ἵπποις χρώμενοι, ὀξέσι δὲ καὶ εὐπειθέσιν, ὥστ' ἀπὸ ῥαβδίου οἰακίζεσθαι· περιτραχήλια δὲ ξύλινα ἢ τρίχινα, ἀφ' ὧν ὁ ῥυτὴρ ἀπήρτηται· ἔνιοι δὲ καὶ χωρὶς ὁλκῆς ἕπονται ὡς κύνες· πέλτη μικρὰ βυρσίνη, πλατύλογχα μικρά, ἄζωστοι πλατύσημοι χιτῶνες, ἐπιπόρπημα, ὡς ἔφην, δορὰ καὶ προθωράκιον. Φαρούσιοι δὲ καὶ Νίγρητες οἱ ὑπὲρ τούτων οἰκοῦντες πρὸς τοῖς ἑσπερίοις Αἰθίοψι καὶ τοξεύουσι, καθάπερ καὶ οἱ Αἰθίοπες· χρῶνται δὲ καὶ δρεπανηφόροις ἅρμασι· μίσγονται δὲ καὶ τοῖς Μαυρουσίοις οἱ Φαρούσιοι διὰ τῆς ἐρήμου σπανίως, ὑπὸ ταῖς κοιλίαις τῶν ἵππων ὑπαρτῶντες τοὺς ἀσκοὺς τοῦ ὕδατος· ἔστι δ' ὅτε καὶ εἰς Κίρταν ἀφικνοῦνται διά τινων τόπων ἑλωδῶν καὶ λιμνῶν. τινὰς δ' αὐτῶν καὶ Τρωγλοδυτικῶς οἰκεῖν φασιν ὀρύττοντας τὴν γῆν. λέγεται δὲ κἀνταῦθα τοὺς θερινοὺς ὄμβρους ἐπιπολάζειν, χειμῶνος δὲ εἶναι ἀνυδρίαν. ἐνίους δὲ τῶν ταύτῃ βαρβάρων καὶ ὄφεων καὶ ἰχθύων δοραῖς ἀμπεχόναις τε καὶ στρώμασι χρῆσθαι. τοὺς δὲ Μαυρουσίους ἔνιοί φασιν Ἰνδοὺς εἶναι τοὺς συγκατελθόντας Ἡρακλεῖ δεῦρο. μικρὸν μὲν οὖν πρὸ ἡμῶν οἱ περὶ Βόγον βασιλεῖς καὶ Βόκχον κατεῖχον αὐτήν, φίλοι Ῥωμαίων ὄντες· ἐκλιπόντων δὲ τούτων, Ἰούβας παρέλαβε τὴν ἀρχήν, δόντος τοῦ Σεβαστοῦ Καίσαρος καὶ ταύτην αὐτῷ τὴν ἀρχὴν πρὸς τῇ πατρῴᾳ· υἱὸς δ' ἦν Ἰούβα τοῦ πρὸς Καίσαρα τὸν θεὸν πολεμήσαντος μετὰ Σκιπίωνος. Ἰούβας μὲν οὖν νεωστὶ ἐτελεύτα τὸν βίον, διαδέδεκται δὲ τὴν ἀρχὴν υἱὸς Πτολεμαῖος, γεγονὼς ἐξ Ἀντωνίου θυγατρὸς καὶ Κλεοπάτρας.

8. Ἀρτεμίδωρος δ' Ἐρατοσθένει μὲν ἀντιλέγει, διότι Λίξον τινά φησι πόλιν περὶ τὰ ἄκρα τῆς Μαυρουσίας τὰ ἑσπέρια ἀντὶ Λυγγός· Φοινικικὰς δὲ πόλεις κατεσκαμμένας παμπόλλας τινάς, ὧν οὐδὲν ἰδεῖν ἐστιν ἴχνος· ἐν δὲ τοῖς ἑσπερίοις Αἰθίοψι (τοὺς ἀέρας πλατεῖς φήσας) ταῖς τε ὀρθριναῖς ὥραις καὶ ταῖς δειλιναῖς παχεῖς καὶ ἀχλυώδεις εἶναι τοὺς ἀέρας· πῶς γὰρ ἐν αὐχμώδεσι καὶ καυματηροῖς τόποις ταῦτ' εἶναι; αὐτὸς δὲ τούτων πολὺ χείρω λέγει περὶ τοὺς αὐτοὺς τόπους· μετανάστας γάρ τινας ἱστορεῖ Λωτοφάγους, οἳ τὴν ἄνυδρον νέμοιντο, σιτοῖντο δὲ λωτόν, πόαν τινὰ καὶ ῥίζαν, ἀφ' ἧς οὐδὲν δέοιντο ποτοῦ. παρήκειν δ' αὐτοὺς μέχρι τῶν ὑπὲρ Κυρήνης τόπων· τοὺς δ' ἐκεῖ καὶ γαλακτοποτεῖν καὶ κρεωφαγεῖν, καίπερ ταὐτοκλινεῖς ὄντας. καὶ Γαβίνιος δὲ ὁ τῶν Ῥωμαίων συγγραφεὺς οὐκ ἀπέχεται τῆς τερατολογίας τῆς περὶ τὴν Μαυρουσίαν· πρὸς γὰρ τῇ Λυγγὶ Ἀνταίου μνῆμα ἱστορεῖ καὶ σκελετὸν πηχῶν ἑξήκοντα, ὃν Σερτώριον γυμνῶσαι καὶ πάλιν

hastati, equis nudis utentes, et frenis e fune factis; gerunt etiam gladios; pedites vero elephantorum pellibus pro clypeis utuntur; leonum et pardalium et ursorum pellibus induuntur, iisque indormiunt. Fere autem et hi et sequentes Masæsylii et Libyes magna ex parte cultu eodem utuntur, et in ceteris persimiles sunt, parvis equis utentes, celeribus tamen et mansuetis adeo, ut sola virgula gubernentur. Equi collaria e lana arborea habent aut pilo confecta, e quibus habena dependet. Sunt qui etiam sine tractu dominum sequuntur instar canum. Pelta utuntur parva e corio confecta, lancea lata et parva, discinctæ tunicæ laticlaviæ; denique vestimentum fibula nexum pellem habent, ut dixi, et thoracem anteriorem. Pharusii et Nigretes, qui supra istos habitant, Hesperiis Æthiopibus vicini, sagittant, quemadmodum Æthiopes; falcatis quoque curribus utuntur. Conveniunt nonnunquam Mauros Pharusii, sed raro, per deserta, aquarum utres equorum ventribus subligatos vehentes; nonnunquam per loca quædam palustria et lacus Cirtam veniunt. Quidam ex eis dicuntur Troglodytarum more infra terram in cavernis effossis habitare. Hic quoque aiunt æstate imbres frequentes esse, hieme vero siccitatem. Quosdam ex iis barbaris serpentum ac piscium coriis pro indumentis ac strato uti. Sunt qui dicant Mauros Indos esse, qui cum Hercule in hunc locum descenderint. Non diu ante nostra tempora Bogus et Bocchus reges, Romanorum amici, Mauritaniam tenuerunt, quibus mortuis Juba successit, quum Cæsar Augustus ad paternum regnum hoc etiam illi adjecisset. Is Jubæ filius fuit ejus, qui contra divum Cæsarem cum Scipione bellum gessit. Jubæ nuper vita functo successit in imperio Ptolemæus, Antonii et Cleopatræ filia natus.

8. Artemidorus Eratosthenem reprehendit, qui pro Lynge Lixum urbem dixisset circa extrema Mauritaniæ occidentalia, et Phœnicias urbes permultas ibi dirutas, quarum vestigium nullum appareat; et apud Hesperios Æthiopes aerem matutinis et vespertinis horis crassum esse et caliginosum; quomodo enim siccis et æstuosis locis hæc esse possent? At ipse Artemidorus longe ineptiora dicit de eisdem locis. Scribit enim Lotophagos quosdam ibi degere exsules, qui siccam regionem incolant, et lotum edant, herbam quandam et radicem, qua comesta nullum potum requirant; eosque ad loca usque supra Cyrenen sita pertendere; qui vero ibi sint, lac bibere et carnibus vesci, quanquam in eodem sint climate. Sed nec Gabinius, Romanarum rerum scriptor, in describenda Mauritania fabulis prodigiosis abstinet. Scribit enim, apud Lyngem Antæi sepulturam esse, et compagem ossium cadaveris absumpti cubitorum sexaginta, eamque a Sertorio detectam et

Digitized by Google

ἐπιβαλεῖν γῆν. καὶ τὰ περὶ τῶν ἐλεφάντων μυθώδη· φησὶ γὰρ τἆλλα μὲν θηρία φεύγειν τὸ πῦρ, τοὺς δ' ἐλέφαντας πολεμεῖν καὶ ἀμύνεσθαι, διότι τὴν ὕλην φθείρει· πρὸς δὲ τοὺς ἀνθρώπους διαμάχεσθαι, κατασκόπους προπέμποντας, καί, ὅταν ἴδωσιν ἐκείνους [φεύγοντας], φεύγειν καὶ αὐτούς, ἐπειδὰν δὲ τραύματα λάβωσιν, ἱκετηρίαν προτείνειν κλάδους ἢ βοτάνην ἢ κόνιν.

9. Μετὰ δὲ τὴν τῶν Μαυρουσίων γῆν ἡ τῶν Μασαισυλίων ἐστίν, ἀπὸ τοῦ Μολοχάθ ποταμοῦ τὴν ἀρχὴν λαμβάνουσα, τελευτῶσα δὲ ἐπὶ τὴν ἄκραν, ἣ καλεῖται [Τρητόν], ὅριον τῆς τε Μασαισυλίων καὶ τῆς Μασυλιέων γῆς· στάδιοι δ' εἰσὶν ἀπὸ τοῦ Μεταγωνίου μέχρι τοῦ Τρητοῦ ἑξακισχίλιοι· οἱ δ' ἐλάττους φασίν. ἔχει δ' ἡ παραλία πόλεις τε πλείους καὶ ποταμοὺς καὶ χώραν εὐφυῆ, τῶν δ' ἐν ὀνόματι ἀρκεῖ μνησθῆναι. ἔστι δὲ πόλις Σίγα ἐν χιλίοις σταδίοις ἀπὸ τῶν λεχθέντων ὅρων, (καὶ) βασίλειον Σόφακος· κατέσπασται δὲ νῦν· τὴν δὲ χώραν μετὰ Σόφακα κατέσχε Μασανάσσης, εἶτα Μικίψας, εἶτα καὶ οἱ ἐκεῖνον διαδεξάμενοι, καθ' ἡμᾶς δὲ Ἰούβας ὁ πατὴρ τοῦ νεωστὶ τελευτήσαντος Ἰούβα· κατέσπασται δὲ καὶ Ζάμα τὸ τούτου βασίλειον ὑπὸ Ῥωμαίων· μετὰ δὲ τὴν Σίγαν Θεῶν λιμὴν ἐν ἑξακοσίοις σταδίοις· εἶτ' ἄλλοι ἄσημοι τόποι. τὰ μὲν οὖν ἐν βάθει τῆς χώρας ὀρεινὰ καὶ ἔρημα († ἔσθ' ὅτε παρέσπαρται, ἃ κατέχουσιν οἱ Γαίτουλοι) μέχρι καὶ Σύρτεων· τὰ δ' ἐκεῖ πρὸς θαλάττῃ καὶ πεδία εὐδαίμονά ἐστι καὶ πόλεις πολλαὶ καὶ ποταμοὶ καὶ λίμναι.

10. Ποσειδώνιος δ' οὐκ οἶδ' εἰ ἀληθεύει, φήσας ὀλίγοις καὶ μικροῖς διαρρεῖσθαι ποταμοῖς τὴν Λιβύην· αὐτοὺς γάρ, οὓς Ἀρτεμίδωρος εἴρηκε, τοὺς μεταξὺ τῆς Λυγγὸς καὶ Καρχηδόνος καὶ πολλοὺς εἴρηκε καὶ μεγάλους. ἐν δὲ τῇ μεσογαίᾳ ταῦτ' ἀληθέστερον εἰπεῖν· εἴρηκε δὲ τούτου τὴν αἰτίαν αὐτός· μὴ γὰρ κατομβρεῖσθαι τοῖς ἀρκτικοῖς μέρεσι, καθάπερ οὐδὲ τὴν Αἰθιοπίαν φασί· διὸ πολλάκις λοιμικὰ ἐμπίπτειν ὑπὸ αὐχμῶν καὶ τὰς λίμνας τελμάτων πίμπλασθαι καὶ τὴν ἀκρίδα ἐπιπολάζειν. ἔτι φησὶ τὰ μὲν ἀνατολικὰ ὑγρὰ εἶναι, τὸν γὰρ ἥλιον ἀνίσχοντα ταχὺ παραλλάττειν, τὰ δ' ἑσπέρια ξηρά, ἐκεῖ γὰρ καταστρέφειν. ὑγρὰ γὰρ καὶ ξηρά, τὰ μὲν παρ' ὑδάτων ἀφθονίαν ἢ σπάνιν λέγεται, τὸ δὲ παρὰ τὴν τῶν ἡλίων· βούλεται δὲ λέγειν τὰ παρὰ τοὺς ἡλίους· ταῦτα δὲ πάντες ἀρκτικοῖς καὶ μεσημβρινοῖς κλίμασιν ἀφορίζουσι· καὶ μὴν ἀνατολικά τε καὶ δυσμικά, τὰ μὲν πρὸς τὰς οἰκήσεις λεγόμενα, καθ' ἑκάστην τὴν οἴκησιν καὶ τὴν μετάπτωσιν τῶν ὁριζόντων ἄλλα ἐστίν, ὥστ' οὐδ' ἔνεστι καθολικῶς εἰπεῖν ἐπὶ τῶν ἀπεριλήπτων τὸ πλῆθος, ὅτι τὰ μὲν ἀνατολικὰ ὑγρά, τὰ δὲ δυσμικὰ ξηρά. ὡς δὲ λέγεται πρὸς τὴν οἰκουμένην ὅλην καὶ τὰς ἐσχατιὰς τὰς τοιαύτας, οἷα καὶ ἡ Ἰνδικὴ καὶ ἡ Ἰβηρία, λέγοι ἄν, εἰ ἄρα, τὴν τοιαύτην ἀπόφασιν. τίς οὖν ἡ πιθανότης τῆς αἰτιολογίας; ἐν γὰρ περιφορᾷ συνεχεῖ τε καὶ ἀδιαλείπτῳ τοῦ ἡλίου τίς ἂν εἴη καταστροφή; τό τε τάχος τῆς παραλλαγῆς πανταχοῦ ἴσον. ἄλλως τε παρὰ τὴν ἐνάργειαν

rursus humatam. De elephantis quoque fabulosa narrat; ait enim ceteras feras ignem fugere, elephantes ei resistere ac repugnare, propterea quod silvam consumat; eos cum hominibus certare, exploratoribus præmissis, quos ubi viderint fugere, idem facere; sin vulnera accepissent, ramos vel herbam vel pulverem supplices prætendere.

9. Post Mauritaniam est Massesyliorum regio, a Molochath flumine initium sumens, finiens vero in promontorium, [*Tretum*] nomine, quod Massæsyliorum et Masyliensium confinium dicitur. A Metagonio Tretum usque sunt stadiorum sex millia; sunt qui pauciora numerent. Ora maritima complures urbes et fluvios habet, et regionem valde commodam; sed satis sit mentionem eorum facere, quæ sunt clariora. Distat itaque Siga civitas a dictis finibus mille stadiorum intervallo, Sophacis regia, nunc vero diruta est. Post Sophacem Masanasses obtinuit regionem, postea Micipsas, postea ejus successores, nostra tempestate Juba, Jubæ pater nuper mortui. Diruta est etiam a Romanis Zama, hujus regia. Post Sigam in sexcentis stadiis est Deorum portus, ac porro alia loca obscura; quæ in interiori jacent regione, montana sunt ac deserta: (quibus hic illic (ἔσθ' ὅπῃ) inseruntur, quæ Gætuli tenent) usque etiam ad Syrtes; ibi vero ad mare et campi uberes sunt et urbes multæ fluminaque et lacus.

10. Posidonius dubito an recte dixerit raris parvisque fluminibus Libyam irrigari; eosdem enim, quos Artemidorus nominat, inter Lyngem et Carthaginem exeuntes et multos esse dicit et magnos. De mediterraneo autem tractu verius affirmari illud potest. Causam rei ipse affert; scilicet partes septentrionales Libyæ non complui (quemadmodum neque Æthiopiæ partes septentrionalis complui dicunt); atque hinc sæpe propter siccitatem pestes incidere, et lacus cœnosos fieri locustarumque exsistere copiam. Addit etiam orientalia humida esse, quod sol exoriens cito prætereat, occidua vero sicca, quod ibi sit solis conversio. Jam vero humida et sicca dicuntur ob copiam vel inopiam vel aquarum vel caloris solaris; Posidonius ad calorem solarem referri vult; hunc vero omnes secundum plagas boreales et meridionales definiunt; ac sane orientalia et occidentalia, certorum respectu dicta locorum, pro habitationum et horizontum diversitate subinde mutantur, adeo ut de iis, quorum multitudo certis finibus circumscribi non patiatur, in universum dici nequeat, orientalia humida esse, occidentalia sicca. Quum vero dici id etiam possit respectu totius habitabilis terræ et extremarum ejus partium talium, quales sunt India et Iberia, fortasse Posidonius eo sensu rem intelligi voluerit. Quid ergo probabilitatis tum haberet causæ redditio? In continuo enim ac nunquam intermittente solis circumductione quænam esse potest ejus conversio? Præterea transitus velocitas ubique est æqualis. Atque alias etiam re-

Digitized by Google

ἐστι, τὰ ἔσχατα τῆς Ἰβηρίας ἢ τῆς Μαυρουσίας τὰ πρὸς δύσιν ξηρὰ λέγειν ἁπάντων μάλιστα· καὶ γὰρ τὸ περιέχον εὔκρατον ἔχει καὶ πλείστων ὑδάτων εὐπορεῖ. εἰ δὲ τὸ καταστρέφειν τοιοῦτον εἴληπται, ὅτι ἐνταῦθα [κατὰ] τὰ ὕστατα τῆς οἰκουμένης ὑπὲρ γῆς γίνεται, τί τοῦτο συντείνει πρὸς ξηρασίαν; καὶ γὰρ ἐνταῦθα καὶ ἐν τοῖς ἄλλοις τόποις τῆς οἰκουμένης τοῖς ταὐτοκλινέσι, τὸν ἴσον διαλιπὼν χρόνον τὸν τῆς νυκτός, ἐπάνεισι πάλιν καὶ θερμαίνει τὴν γῆν.

11. Ἔστι δέ που αὐτόθι καὶ ἀσφάλτου πηγὴ καὶ χαλκωρυχεῖα· καὶ σκορπίων δὲ καὶ πτηνῶν καὶ ἀπτέρων λέγεται πλῆθος, μεγέθει δὲ † ἑπτασπονδύλων, ὁμοίως δὲ καὶ φαλάγγια καὶ μεγέθει καὶ πλήθει διαφέροντα· σαύρας δὲ διπήχεις φασίν. ἐν μὲν οὖν τῇ παρορείῳ λίθους εὑρίσκεσθαί φασι τοὺς λυχνίτας καὶ καρχηδονίους λεγομένους· ἐν δὲ τοῖς πεδίοις ὀστρακίων καὶ χηραμύδων πλῆθος, οἷον ἐν τοῖς περὶ τοῦ Ἄμμωνος λόγοις εἰρήκαμεν· καὶ δένδρον δέ ἐστι μελίλωτον καλούμενον, ἐξ οὗ σκευάζουσιν οἶνον· τινὲς δ' αὐτῶν καὶ δίκαρπον ἔχουσι τὴν γῆν, καὶ δύο θεριστικὰ καρποῦνται, τὰ μὲν θερινά, τὰ δ' ἐαρινά· ἔστι δὲ ἡ καλάμη πεντάπηχυς τὸ ὕψος, πάχος δὲ τοῦ μικροῦ δακτύλου, τὸν δὲ καρπὸν διακοσιοκαιτετταρακοντάχουν ἀποδίδωσι· τοῦ δὲ ἔαρος οὐδὲ σπείρουσιν, ἀλλὰ παλιούροις συνδεδεμέναις ἐπικαταψήσαντες τὴν χώραν τῷ ἐκπεσόντι στάχυϊ κατὰ τὸν θερισμὸν ἀρκοῦνται· τελεσικαρπεῖ γὰρ τὸν θερινὸν καρπόν. Διὰ δὲ τὸ πλῆθος τῶν θηρίων κνημῖδας ἔχοντες ἐργάζονται καὶ τἆλλα δὲ μέρη διφθεροῦνται· καθεύδοντες δὲ περιχρίουσι τοὺς κλινόποδας σκορόδοις τῶν σκορπίων χάριν καὶ παλιούροις περιδοῦσιν.

12. Ἦν δὲ τῇ παραλίᾳ ταύτῃ πόλις Ἰὼλ ὄνομα, ἣν ἐπικτίσας Ἰούβας ὁ τοῦ Πτολεμαίου πατὴρ μετωνόμασε Καισάρειαν, ἔχουσα καὶ λιμένα καὶ πρὸ τοῦ λιμένος νησίον. μεταξὺ δὲ τῆς Καισαρείας καὶ τοῦ Τρητοῦ μέγας ἐστὶ λιμήν, ὃν Σάλδαν καλοῦσι· τοῦτο δ' ἐστὶν ὅριον τῆς ὑπὸ τῷ Ἰούβᾳ καὶ τῆς ὑπὸ τοῖς Ῥωμαίοις· πολυτρόπως γὰρ οἱ μερισμοὶ γεγένηνται τῆς χώρας, ἅτε τῶν νεμομένων αὐτὴν πλειόνων γενομένων καὶ τῶν Ῥωμαίων ἄλλοτ' ἄλλως τούτων τοῖς μὲν φίλοις χρωμένων, τοῖς δὲ καὶ πολεμίοις· ὥστε καὶ ἀφαιρεῖσθαι καὶ χαρίζεσθαι συνέβαινεν ἄλλοις ἄλλα καὶ οὐ τὸν αὐτὸν τρόπον. ἦν δὲ ἡ μὲν πρὸς τῇ Μαυρουσίᾳ προσοδικωτέρα τε καὶ δυναμικωτέρα, ἡ δὲ πρὸς τῇ Καρχηδονίᾳ καὶ τῇ Μασυλιέων ἀνθηροτέρα τε καὶ κατεσκευασμένη βέλτιον, καίπερ κεκακωμένη διὰ τὰ Καρχηδόνια τὸ πρῶτον, ἔπειτα διὰ τὸν πρὸς Ἰουγούρθαν πόλεμον· ἐκεῖνος γὰρ Ἀδάρβαλα ἐκπολιορκήσας ἐν Ἰτύκῃ καὶ ἀνελών, φίλον ὄντα Ῥωμαίων, ἐνέπλησε τὴν χώραν πολέμου· εἶτ' ἄλλοι ἐπ' ἄλλοις συνέστησαν πόλεμοι, τελευταῖος δὲ ὁ πρὸς Σκιπίωνα Καίσαρι τῷ θεῷ συστάς, ἐν ᾧ καὶ Ἰούβας ἀπέθανε· συνηφανίσθησαν δὲ τοῖς ἡγεμόσι καὶ αἱ πόλεις, Τισιαοῦς τε καὶ Οὔατα καὶ Θάλα, ἔτι δὲ καὶ Κάψα, τὸ γαζοφυλάκιον τοῦ Ἰουγούρθα, καὶ Ζάμα καὶ Ζίγχα καὶ πρὸς αἷς κατεπολέ-

pugnat evidentiæ hoc effatum, Hispaniæ vel Mauritaniæ extrema occidenti proxima ceteris omnibus sicciora esse, quum et aerem temperatum habeant, et aquarum largam copiam. Si vero illam solis conversionem sic interpretatur quod terræ habitabilis in extremo istic sol terræ immineat: quid hoc attineat ad siccitatem? Nam et in his et in ceteris habitabilis terræ locis, qui ejusdem sunt plagæ, sol æquali interjecto noctis spatio iterum redit et calefacit terram.

11. Est vero alicubi istic etiam bituminis fons, et æris fodinæ; porro et volucrium et non alatorum scorpionum multitudo memoratur ibi, magnitudine eximia et (μεγ. ὑπερβαλλόντων καὶ) septenûm vertebrarum; item phalangia et multitudine et magnitudine non vulgari, lacertæ etiam bicubitales. In montibus adjacente regione lapillos inveniri aiunt, qui lychnides et carchedonii dicuntur; inque campis ostracorum et cheramydum concharum multitudinem, ut dictum est, quum de Ammone ageremus (1, 3, 4). Est et arbor apud eos nomine melilotus, e qua vinum conficiunt. Nonnulli terram biferam habent, et duas messes faciunt, unam vernam, alteram æstivam. Culmus est quinque cubitorum longitudine, crassitie vero parvi digiti, fructum affert ducentocuplum et quadragintacuplum. Vere non serunt, sed terram colligatis paliuris obiter radentes, semine e spicis in messe eo delapso contenti sunt. Id enim perfectam edit messem æstivam. Ob serpentum multitudinem operarii ocreas gerunt; ceteras corporis partes coriis contegunt; dormituri lecti pedes allio illinunt, scorpionum gratia, et paliuris circumligant.

12. In hac ora fuit urbs quædam nomine Iol, quam Juba Ptolemæi pater, a se instauratam, mutato nomine Cæsaream vocavit; ea portum habet, et parvam insulam ante portum. Inter Cæsaream atque Tretum est magnus portus, quem Saldam vocant. Atque ibi sunt confinia Jubæ et Romanorum ditionis. Etenim variis plane modis regio ista fuit divisa, quum, qui eam tenerent, complures essent, et Romani aliis amicis, aliis hostibus diverso tempore uterentur, ideoque et darent et auferrent aliis alia, nec id eodem semper modo. Regio sane Mauritaniæ proxima vires ac proventus majores habebat; quæ vero Carthaginem et Masyliensium terram contigit, florentior est et melius apparata, quanquam primo Carthaginiensi bello afflicta, ac deinde bello contra Jugurtham gesto. Hic quum Adherbalem Romanorum amicum expugnatum Uticæ interfecisset, in regionem eam plurima accivit bella, quibus alia atque alia successerunt; ultimum fuit, quod Divus Cæsar cum Scipione gessit, in quo et Juba mortuus est, et urbes cum ducibus deletæ sunt: Tisiaus (*Tisurus v. Tisdrus*) et *Uata* (*Ubata*) et Thala et Capsa, ubi Jugurthæ thesauri erant, et Zama (Ζάκμα *codd.*) et Zincha et eæ, apud quas Di-

Digitized by Google

μησε Καῖσαρ Σκιπίωνα ὁ θεός, πρὸς Ῥουσπίνῳ μὲν πρῶτον νικῶν, εἶτα πρὸς Οὐζίτοις, εἶτα πρὸς Θάψῳ καὶ τῇ πλησίον λίμνῃ καὶ ταῖς ἄλλαις· πλησίον δὲ καὶ Ζέλλα καὶ Ἀχόλλα, ἐλεύθεραι πόλεις· εἷλε δ' ἐξ ἐφόδου Καῖσαρ τὴν [Κέρκινναν] νῆσον καὶ Θέναν, πολίχνην ἐπιθαλαττιδίαν. Τούτων πασῶν αἱ μὲν τελέως ἠφανίσθησαν, αἱ δ' ἡμίσπαστοι κατελείφθησαν· Φαρὰν * δ' οἱ Σκιπίωνος ἱππεῖς ἐνέπρησαν.

13. Μετὰ δ' οὖν Τρητὸν ἡ Μασυλιέων ἐστὶ καὶ ἡ Καρχηδονίων παραπλησία χώρα. Κίρτα τέ ἐστιν ἐν μεσογαίᾳ, τὸ Μασανάσσου καὶ τῶν ἑξῆς διαδόχων βασίλειον, πόλις εὐερκεστάτη καὶ κατεσκευασμένη καλῶς τοῖς πᾶσι, καὶ μάλιστα ὑπὸ Μικίψα, ὅστις καὶ Ἕλληνας συνῴκισεν ἐν αὐτῇ καὶ τοσαύτην ἐποίησεν, ὥστ' ἐκπέμπειν μυρίους ἱππέας, διπλασίους δὲ πεζούς. ἥ τε δὴ Κίρτα ἐνταῦθα καὶ οἱ δύο Ἱππῶνες, ὁ μὲν πλησίον Ἰτύκης, ὁ δὲ ἀπωτέρω πρὸς τῷ Τρητῷ μᾶλλον, ἄμφω βασίλεια. ἡ δὲ Ἰτύκη δευτέρα μετὰ Καρχηδόνα τῷ μεγέθει καὶ τῷ ἀξιώματι· καταλυθείσης δὲ Καρχηδόνος, ἐκείνη ἦν ὡς ἂν μητρόπολις τοῖς Ῥωμαίοις καὶ ὁρμητήριον πρὸς τὰς ἐν Λιβύῃ πράξεις· ἵδρυται δ' ἐν τῷ αὐτῷ κόλπῳ τῷ Καρχηδονιακῷ, πρὸς θατέρῳ τῶν ἀκρωτηρίων τῶν ποιούντων τὸν κόλπον, ὧν τὸ μὲν πρὸς τῇ Ἰτύκῃ καλοῦσιν Ἀπολλώνιον, θάτερον δ' Ἑρμαίαν, καί εἰσιν ἐν ἐπόψει ἀλλήλαις αἱ πόλεις. ῥεῖ δὲ τῆς Ἰτύκης πλησίον ὁ Βαγράδας ποταμός· εἰσὶ δ' ἀπὸ Τρητοῦ μέχρι Καρχηδόνος στάδιοι δισχίλιοι πεντακόσιοι· οὔτε τοῦθ' ὁμολογεῖται δὲ τὸ διάστημα οὔτε τὸ μέχρι Σύρτεων.

14. Καὶ Καρχηδὼν δὲ ἐπὶ χερρονήσου τινὸς ἵδρυται, περιγραφούσης κύκλον τριακοσίων ἑξήκοντα σταδίων ἔχοντα τεῖχος, οὗ τὸ ἑξηκονταστάδιον μῆκος αὐτὸς ὁ αὐχὴν ἐπέχει, καθῆκον ἀπὸ θαλάττης ἐπὶ θάλατταν, ὅπου τοῖς Καρχηδονίοις ἦσαν αἱ τῶν ἐλεφάντων στάσεις (καὶ) τόπος εὐρυχωρής. κατὰ μέσην δὲ τὴν πόλιν ἡ ἀκρόπολις, ἣν ἐκάλουν Βύρσαν, ὀφρὺς ἱκανῶς ὀρθία, κύκλῳ περιοικουμένη, κατὰ δὲ τὴν κορυφὴν ἔχουσα Ἀσκληπιεῖον, ὅπερ κατὰ τὴν ἅλωσιν ἡ γυνὴ τοῦ Ἀσδρούβα συνέπρησεν αὐτῇ. ὑπόκειται δὲ τῇ ἀκροπόλει οἵ τε λιμένες καὶ ὁ Κώθων, νησίον περιφερὲς εὐρίπῳ περιεχόμενον, ἔχοντι νεωσοίκους ἑκατέρωθεν κύκλῳ.

15. Κτίσμα δ' ἐστὶ Διδοῦς ἀγαγούσης ἐκ Τύρου λαόν· οὕτω δ' εὐτυχὴς ἡ ἀποικία τοῖς Φοίνιξιν ὑπῆρξε καὶ αὕτη καὶ ἡ μέχρι τῆς Ἰβηρίας τῆς τε ἄλλης καὶ τῆς ἔξω Στηλῶν, ὥστε τῆς Εὐρώπης ἔτι νῦν τὴν ἀρίστην νέμονται Φοίνικες κατὰ τὴν ἤπειρον καὶ τὰς προσεχεῖς νήσους, τήν τε Λιβύην κατεκτήσαντο πᾶσαν, ὅσον μὴ νομαδικῶς οἷόν τ' ἦν οἰκεῖν. ἀφ' ἧς δυνάμεως πόλιν τε ἀντίπαλον τῇ Ῥώμῃ κατεσκευάσαντο καὶ τρεῖς ἐπολέμησαν μεγάλους πρὸς αὐτοὺς πολέμους. γένοιτο δ' ἂν εὔδηλος ἡ δύναμις αὐτῶν ἐκ τοῦ ὑστάτου πολέμου, ἐν ᾧ κατελύθησαν ὑπὸ Σκιπίωνος τοῦ Αἰμιλιανοῦ, καὶ ἡ πόλις ἄρδην ἠφανίσθη. ὅτε γὰρ ἤρξαντο πολεμεῖν

vus Cæsar Scipionem debellavit, primo apud Rhuspinam, deinde apud Uzitas, post apud Thapsum et proximum ei lacum, et apud alia loca. Prope erant etiam Zella et Acholla, liberæ civitates. Cepit autem Cæsar primo adortu Cercinnam insulam et Thenam oppidulum mari imminens. Ex his omnibus aliæ prorsus deletæ sunt, aliæ semidirutæ relictæ. *Taphruram* Scipionis equites incenderunt.

13. Post Tretum est Masyliensium et similis ei Carthaginiensium regio. Cirta, Masanassæ (*Masinissæ*) et successorum regia, est in mediterraneis, urbs munitissima, et optime omnibus rebus instructa, maxime a Micipsa, qui et Græcos in eam habitatum deduxit, et tantam effecit, ut decem equitum millia, peditum viginti millia emitteret. Cirta itaque hic est, et duo Hippones, alter Uticæ proximus, alter remotior et Treto propinquior, ambæ regiæ. Utica et magnitudine et dignitate secunda est post Carthaginem; atque, hac excisa, caput regionis fuit et receptaculum Romanorum ad res in Africa gerendas. Sita est in ipso (ἐν αὐτῷ τῷ) sinu Carthaginiensi, ad alterum ex promontoriis, quæ sinum faciunt; horum id, quod juxta Uticam est, Apollonium vocatur, alterum vero Hermæa. Urbes ipsæ ita sunt sitæ, ut unam possis ex altera cernere. Prope Uticam Bagradas amnis labitur. A Treto Carthaginem sunt stadia bis mille et quingenta; quanquam neque de hoc intervallo, neque de eo, quod usque ad Syrtes est, consentitur.

14. Carthago in peninsula quadam jacet, quæ ambitum habet stadiorum trecentorum quadraginta, muro cinctum, cujus sexaginta stadiorum longitudinem collum occupat, quod a mari ad mare pertinet, ubi Carthaginienses elephantis stabula habebant in loco amplissimo. In media urbe arx fuit, quam Byrsam vocarunt, supercilium satis erectum, circumcirca habitatum, in cujus vertice Æsculapii templum erat, quod Asdrubalis uxor, capta urbe, secum concremavit. Arci portus subjacent, et Cothon, parva insula ac rotunda, Euripo circumdata, ad cujus utramque partem sunt in urbem navalia.

15. Eam urbem Dido condidit, Tyro colonis eo adductis. Et adeo bene Phœnicibus cessit deductio tum hujus coloniæ, tum earum quæ in Iberiam intra et extra Herculis columnas missæ sunt, ut etiam nunc optimam Europæ partem et in continenti et in adjacentibus insulis habeant, atque Libyam omnem sibi subjecerint, quantum ejus aliam quam nomadicam inhabitandi rationem admittebat. Quibus opibus usi, urbem Romæ æmulam fecere suam, et tria maxima contra Romanos bella gesserunt. Carthaginiensium potentiam maxime ex ultimo istorum bello æstimare possis, quo a Scipione Æmiliano ipsi devicti, et urbs solo est æquata. Initio enim ejus belli

Digitized by Google

τοῦτον τὸν πόλεμον, πόλεις μὲν εἶχον τριακοσίας ἐν τῇ Λιβύῃ, ἀνθρώπων δ' ἐν τῇ πόλει μυριάδας ἑβδομήκοντα· πολιορκούμενοι δὲ καὶ ἀναγκασθέντες τραπέσθαι πρὸς ἔνδοσιν, πανοπλιῶν μὲν ἔδοσαν μυριάδας εἴκοσι, κατα-
5 πελτικὰ δὲ ὄργανα τρισχίλια, ὡς οὐ πολεμηθησόμενοι· κριθέντος δὲ πάλιν τοῦ ἀναπολεμεῖν, ἐξαίφνης ὁπλοποιίαν συνεστήσαντο, καὶ ἑκάστης ἡμέρας ἀνεφέροντο θυρεοὶ μὲν ἑκατὸν καὶ τετταράκοντα πεπηγότες, μάχαιραι δὲ τριακόσιαι καὶ λόγχαι πεντακόσιαι, χίλια δὲ
10 βέλη καταπελτικά, τρίχα δὲ τοῖς καταπέλταις αἱ θεράπαιναι παρεῖχον· ἔτι τοίνυν ναῦς ἔχοντες δώδεκα ἐξ ἐτῶν πεντήκοντα κατὰ τὰς ἐν τῷ δευτέρῳ πολέμῳ συνθήκας, τότε, καίπερ ἤδη συμπεφευγότες εἰς τὴν Βύρσαν, ἐν διμήνῳ κατεσκευάσαντο ναῦς ἑκατὸν εἴκοσι κα-
15 ταφράκτους, καὶ τοῦ στόματος τοῦ Κώθωνος φρουρουμένου, διώρυξαν ἄλλο στόμα, καὶ προῆλθεν αἰφνιδίως ὁ στόλος· ὕλη γὰρ ἦν ἀποκειμένη παλαιὰ καὶ τεχνιτῶν πλῆθος προσεδρεῦον καὶ σιτάρχουμενον δημοσίᾳ. τοιαύτη δ' οὖσα Καρχηδὼν ὅμως ἑάλω καὶ κατεσκάφη.
20 τὴν δὲ χώραν, τὴν μὲν ἐπαρχίαν ἀπέδειξαν Ῥωμαῖοι, τὴν ὑπὸ τοῖς Καρχηδονίοις, τῆς δὲ Μασανάσσην ἀπέδειξαν κύριον καὶ τοὺς ἀπογόνους τοὺς περὶ Μικίψαν. μάλιστα γὰρ ἐσπουδάσθη παρὰ τοῖς Ῥωμαίοις ὁ Μασανάσσης δι' ἀρετὴν καὶ φιλίαν· καὶ γὰρ δὴ καὶ οὗτός
25 ἐστιν ὁ τοὺς Νομάδας πολιτικοὺς κατασκευάσας καὶ γεωργούς, ἔτι δ' ἀντὶ τοῦ λῃστεύειν διδάξας στρατεύειν. ἴδιον γάρ τι τοῖς ἀνθρώποις συνέβη τούτοις· χώραν γὰρ οἰκοῦντες εὐδαίμονα, πλὴν τοῦ θηρίοις πλεονάζειν, ἐάσαντες ἐκφέρειν ταῦτα καὶ τὴν γῆν ἐργάζεσθαι μετὰ
30 ἀδείας ἐπ' ἀλλήλοις ἐτρέποντο, τὴν δὲ γῆν τοῖς θηρίοις ἀφεῖσαν. οὕτω δ' αὐτοῖς συνέβαινε πλάνητα καὶ μετανάστην βίον ζῆν, μηδὲν ἧττον τῶν ὑπὸ ἀπορίας καὶ λυπρότητος τόπων ἢ ἀέρων εἰς τοῦτο περιισταμένων τῶν βίων, ὥστε καὶ ἴδιον τοῦθ' εὑρίσκεσθαι τοὔνομα τοὺς
35 Μασαισυλίους· καλοῦνται γὰρ Νομάδες, ἀνάγκη δὲ τοὺς τοιούτους εὐτελεῖς εἶναι τοῖς βίοις καὶ τὸ πλέον ῥιζοφάγους ἢ κρεοφάγους, γάλακτι δὲ καὶ τυρῷ τρεφομένους. ἠρημωμένης δ' οὖν ἐπὶ πολὺν χρόνον τῆς Καρχηδόνος, καὶ σχεδόν τι τὸν αὐτὸν χρόνον, ὅνπερ
40 καὶ Κόρινθος, ἀνελήφθη πάλιν περὶ τοὺς αὐτούς πως χρόνους ὑπὸ Καίσαρος τοῦ Θεοῦ, πέμψαντος ἐποίκους Ῥωμαίων τοὺς προαιρουμένους καὶ τῶν στρατιωτῶν τινας, καὶ νῦν εἴ τις ἄλλη καλῶς οἰκεῖται τῶν ἐν Λιβύῃ πόλεων.

45 16. Κατὰ μέσον δὲ τὸ στόμα τοῦ Καρχηδονίου κόλπου νῆσός ἐστι Κόρσουρα. ἀντίπορθμος δ' ἐστὶν ἡ Σικελία τοῖς τόποις τούτοις ἡ κατὰ Λιλύβαιον, ὅσον ἐν διαστήματι χιλίων καὶ πεντακοσίων σταδίων· τοσοῦτον γάρ φασι τὸ ἐκ Λιλυβαίου μέχρι Καρχηδόνος· οὐ πολὺ
50 δὲ τῆς Κορσούρας διέχουσιν, οὐδὲ τῆς Σικελίας ἄλλαι τε νῆσοι καὶ Αἰγίμουρος. διάπλους δ' ἐστὶν ἐκ Καρχηδόνος ἑξήκοντα σταδίων εἰς τὴν προσεχῆ ἤπειραίαν, ὅθεν εἰς Νέφεριν ἀνάβασις σταδίων ἑκατὸν εἴκοσι, πόλιν (δ') ἐρυμνὴν ἐπὶ πέτρας ᾠκισμένην. ἐν αὐτῷ δὲ

trecentas urbes in Libya habebant; in urbe hominum millia septingenta. Obsessi porro et ut ad deditionem spectarent coacti, armaturæ gravis tradiderunt ducenta millia, catapelticorum instrumentorum tria (*duo?*) millia, ne porro eis bellum fieret. Sed quum renovare bellum decrevissent, statim arma fabricari cœperunt, ac singulis diebus centum quadraginta clypei compacti in armamentarium referebantur, et gladii trecenti et lanceæ quingentæ et mille tela, quæ e catapultis mitterentur; ad quarum funes conficiendos ancillæ crines præbebant. Quumque inde a quinquaginta annis secundum pacta in bello secundo inita nonnisi duodecim naves haberent, tum, quamquam in arcem jam confugerant, duobus mensibus centum viginti naves cataphractas construxerunt, et quum Cothonis ostium præsidio occuparetur, aliud effodere, unde subito classis erupit; adhuc enim antiqua materies in promptu erat, et fabrorum multitudo publicis alimentis sustentata, operi faciundo intenta. Carthago tamen, tanta quum esset, capta est et deleta. Ditionem Carthaginiensibus subditam Romani in provinciæ formam redegerunt, nisi quod Masanassæ partem tradiderunt, ejusque posteris a Micipsa genus ducentibus. Masanassam hunc ob virtutem et amicitiam plurimi Romani fecerunt; is enim Nomades civiles et agricolas reddidit, et loco latrociniorum eos militiam docuit. Singulare quiddam hominibus iis accidit. Nam quum regionem uberem colerent, nisi quod feris abundabat, his omissis et agri tuto colendi studio, in sese manus converterunt, agro feris dimisso. Itaque contigit eis, ut vagi et patriæ expertes vitam agerent, haud aliter quam qui ob inopiam et locorum sterilitatem et aeris inclementiam ad ejusmodi vitæ genus adiguntur; hinc etiam Masæsylii Nomadum seu Vagantium nomen sunt adepti. Est vero necesse tales victu uti vili, frequentius radices edere quam carnem, lacte autem et caseo nutriri. Postquam diu Carthago deserta permansit, et per idem fere tempus per quod Corinthus, rursum a divo Cæsare sub idem fere tempus instaurata est, missis eo colonis Romanis, quibus liberet, et militum nonnullis, et nunc ita civibus frequentatur, ut urbs Libyæ nulla melius.

16. In medio ostio Carthaginiensis sinus insula est Corsura. His locis e regione opponitur Lilybæum Siciliæ, mille quingentorum fere stadiorum intervallo; tantam enim esse dicunt inter Lilybæum et Carthaginem distantiam. Non procul a Corsura et Sicilia distant quum aliæ complures insulæ, tum etiam Ægimurus. Navigatio autem sexaginta stadiorum est Carthagine in proxime oppositam continentem, inde ad Nepherim adscensus est stadiorum centum et viginti, urbem natura munitam et super petra ædificatam.

Digitized by Google

τῷ κόλπῳ, ἐν ᾧπερ καὶ ἡ Καρχηδών, Τύνις ἐστὶ πόλις καὶ θερμὰ καὶ λατομίαι τινές· εἶθ' ἡ Ἑρμαία ἄκρα τραχεῖα, καὶ ἐπ' αὐτῇ πόλις ὁμώνυμος· εἶτα Νεάπολις· εἶτ' ἄκρα Ταφῖτις, καὶ ἐπ' αὐτῇ λόφος Ἀσπὶς καλού-
5 μενος ἀπὸ τῆς ὁμοιότητος, ὅνπερ συνῴκισεν ὁ τῆς Σικελίας τύραννος Ἀγαθοκλῆς, καθ' ὃν καιρὸν ἐπέπλευσε τοῖς Καρχηδονίοις· συγκατεσπάσθησαν δὲ τῇ Καρχηδονίᾳ ὑπὸ Ῥωμαίων αἱ πόλεις αὗται. ἀπὸ δὲ τῆς Ταφίτιδος ἐν τετρακοσίοις σταδίοις νῆσός ἐστι Κόσσουρος
10 κατὰ Σελινοῦντα τῆς Σικελίας ποταμόν, καὶ πόλιν ἔχουσα ὁμώνυμον, ἑκατὸν καὶ πεντήκοντα σταδίων οὖσα τὴν περίμετρον, διέχουσα τῆς Σικελίας περὶ ἑξακοσίους σταδίους· ἔστι δὲ καὶ Μελίτη νῆσος ἐν πεντακοσίοις σταδίοις ἀπὸ τῆς Κοσσούρου. εἶτα Ἀδρύμης πόλις,
15 ἐν ᾗ καὶ νεώρια ἦν· εἶθ' αἱ Ταριχεῖαι λεγόμεναι, νησία πολλὰ καὶ πυκνά· εἶτα Θάψος πόλις, καὶ μετὰ ταύτην νῆσος πελαγία Λοπαδοῦσσα· εἶτα ἄκρα Ἄμμωνος Βαλίθωνος † πρὸς θυννοσκοπίαν· εἶτα Θένα πόλις παρὰ τὴν ἀρχὴν κειμένη τῆς μικρᾶς Σύρτεως· πολλαὶ δ' εἰσὶ
20 καὶ ἄλλαι μεταξὺ πολίχναι οὐκ ἄξιαι μνήμης· παράκειται δὲ τῇ ἀρχῇ τῆς Σύρτεως νῆσος παραμήκης, ἡ Κέρκινναι, εὐμεγέθης, ἔχουσα ὁμώνυμον πόλιν, καὶ ἄλλη ἐλάττων Κερκιννῖτις.

17. Συνεχὴς δ' ἐστὶν ἡ μικρὰ Σύρτις, ἣν καὶ Λωτο-
25 φαγῖτιν Σύρτιν λέγουσιν. ἔστι δ' ὁ μὲν κύκλος τοῦ κόλπου τούτου σταδίων χιλίων ἑξακοσίων, τὸ δὲ πλάτος τοῦ στόματος ἑξακοσίων· καθ' ἑκατέραν [δὲ] τὴν ἄκραν τὴν ποιοῦσαν τὸ στόμα προσεχεῖς εἰσι τῇ ἠπείρῳ νῆσοι, ἥ τε λεχθεῖσα Κέρκιννα καὶ ἡ Μῆνιγξ, πάρισοι τοῖς
30 μεγέθεσι. τὴν δὲ Μήνιγγα νομίζουσιν εἶναι τὴν τῶν Λωτοφάγων γῆν τὴν ὑφ' Ὁμήρου λεγομένην, καὶ δείκνυταί τινα σύμβολα, καὶ βωμὸς Ὀδυσσέως καὶ αὐτὸς ὁ καρπός· πολὺ γάρ ἐστι τὸ δένδρον ἐν αὐτῇ τὸ καλούμενον λωτόν, ἔχον ἥδιστον καρπόν· πλείους δ' εἰσὶν
35 ἐν αὐτῇ πολίχναι, μία δ' ὁμώνυμος τῇ νήσῳ· καὶ ἐν αὐτῇ δὲ τῇ Σύρτει πολίχναι τινές εἰσι. κατὰ δὲ τὸν μυχόν ἐστι παμμέγεθες ἐμπόριον, ποταμὸν ἔχον ἐμβάλλοντα εἰς τὸν κόλπον· διατείνει δὲ μέχρι δεῦρο τὰ τῶν ἀμπώτεων πάθη καὶ τῶν πλημμυρίδων, καθ' ὃν καιρὸν
40 ἐπὶ τὴν θήραν τῶν ἰχθύων ἐπιπηδῶσιν οἱ πρόσχωροι κατὰ σπουδὴν θέοντες.

18. Μετὰ δὲ τὴν Σύρτιν Ζοῦχίς ἐστι λίμνη σταδίων τετρακοσίων στενὸν ἔχουσα εἴσπλουν καὶ παρ' αὐτὴν πόλις ὁμώνυμος πορφυροβαφεῖα ἔχουσα καὶ ταριχείας
45 παντοδαπάς· εἶτ' ἄλλη λίμνη πολὺ ἐλάττων· καὶ μετὰ ταύτην Ἀβρότονον πόλις καὶ ἄλλαι τινές, συνεχῶς δὲ Νεάπολις, ἣν καὶ Λέπτιν καλοῦσιν· ἐντεῦθεν δ' ἐστὶ δίαρμα τὸ [ἐπὶ] Λοκρῶν τῶν Ἐπιζεφυρίων τρισχίλιοι ἑξακόσιοι στάδιοι. ἑξῆς δ' ἐστὶ ποταμός· καὶ μετὰ
50 ταῦτα διατείχισμά τι, ὃ ἐποίησαν Καρχηδόνιοι, γεφυροῦντες βάραθρά τινα εἰς τὴν χώραν ἀνέχοντα· εἰσὶ δὲ καὶ ἀλίμενοί τινες ἐνταῦθα τόποι, τῆς ἄλλης παραλίας ἐχούσης λιμένας· εἶτ' ἄκρα ὑψηλὴ καὶ ὑλώδης, ἀρχὴ τῆς μεγάλης Σύρτεως, καλοῦσι δὲ Κεφαλάς· εἰς ταύτην

In sinu Carthaginiensi est etiam Tunis civitas et aquæ calidæ et lapicidinæ quædam; deinde Hermæa, promontorium asperum, ac prope id urbs cognominis; mox Neapolis; inde Taphitis promontorium et in eo collis quidam Aspis nomine, a similitudine clypei appellatus, quem Agathocles, Siciliæ tyrannus, incolis frequentavit, quo tempore adversus Carthaginienses classem duxit. Hæ urbes a Romanis una cum Carthagine sunt eversæ. Stadiis quadringentis a Taphitide est Cossurus insula, contra Selinuntem, Siciliæ fluvium, posita, ambitum habens centum quinquaginta stadiorum, et urbem eodem nomine; distat a Sicilia sexcenta circiter stadia. Melite etiam insula abest a Cossura stadiis quingentis. Deinde est Adrymes civitas, in qua etiam erant navalia. Sequuntur insulæ multæ et inter se vicinæ nomine Tarichiæ; hinc urbs Thapsus contra (κατὰ) quam insula in alto jacens est Lopadussa; sequitur Ammonis Balithonis promontorium, in quo est turris (ἐν ᾗ πύργος?) ad speculandum thynnos; postea Thena (Θαίνα *h. l. codd.*) urbs juxta parvæ Syrtis initium. Alia quoque oppidula permulta interjacent non digna memoratu. In principio Syrtis est Cercinna, insula oblonga, permagna, quæ urbem habet eodem nomine, et altera minor, Cercinnitis.

17. His continua est minor Syrtis, quam Lotophagitim Syrtim etiam dicunt. Hujus sinus ambitus est fere stadiorum mille et sexcentorum, oris latitudo sexcentorum. Juxta utrumque promontorium, quæ os efficiunt, insulæ adjacent continenti, Cercinna scilicet, de qua diximus, et Meninx, magnitudine æquales. Meningem Lotophagorum terram putant, cujus Homerus (*Od.* 9, 84) meminit; et signa quædam monstrantur, Ulyssis ara et fructus ipse. Nam lotus arbor crebra in ea est fructu suavissimo; plura etiam in ea oppida sunt, sed unum eodem nomine quo insula; in ipsa Syrti item oppidula quædam sunt. In recessu autem est ingens emporium, quod flumen allabitur in sinum exiens. Maris autem æstus hucusque pertendunt; quorum tempore finitimi maximo studio ad captandos pisces excurrunt.

18. Post Syrtim est lacus, nomine Zuchis, quadringentorum fere stadiorum, ingressu arcto; urbs cognominis ei adjacet, purpuri infecturas et omnis generis salsamenta habens. Hinc est alius lacus longe minor, post quem est Abrotonum urbs et aliquot aliæ; continuo sequitur Neapolis, quam etiam Leptim vocant; inde ad Epizephyrios Locros trajectus est stadiorum ter mille et sexcentorum; postea est flumen (*Cinyps*); hinc murus quidam, quem Carthaginienses condiderunt, voraginibus quibusdam ponte instratis, quæ in regionem recedebant; sunt ibi etiam loca quædam importuosa, quum cetera ora portus habeat. Postea est promontorium altum et silvosum, magnæ Syrtis

Digitized by Google

δὲ τὴν ἄκραν ἐκ Καρχηδόνος στάδιοί εἰσι μικρῷ πλείους τῶν πεντακισχιλίων.

19. Ὑπέρκειται δὲ τῆς ἀπὸ Καρχηδόνος παραλίας μέχρι Κεφαλῶν καὶ μέχρι τῆς Μασαισυλίων ἡ τῶν Λιβοφοινίκων γῆ μέχρι τῆς τῶν Γαιτούλων ὀρεινῆς, ἤδη Λιβυκῆς οὔσης. ἡ δ' ὑπὲρ τῶν Γαιτούλων ἐστὶν ἡ τῶν Γαραμάντων γῆ παράλληλος ἐκείνῃ, ὅθεν οἱ Καρχηδόνιοι κομίζονται λίθοι· τοὺς δὲ Γαράμαντας ἀπὸ τῶν Αἰθιόπων (καὶ) τῶν παρωκεανιτῶν ἀφεστάναι φασὶν ἡμερῶν ἐννέα ἢ καὶ δέκα ὁδόν· τοῦ δὲ Ἄμμωνος καὶ πεντεκαίδεκα. μεταξὺ δὲ τῆς Γαιτούλων καὶ τῆς ἡμετέρας παραλίας πολλὰ μὲν πεδία, πολλὰ δὲ ὄρη καὶ λίμναι μεγάλαι καὶ ποταμοί, ὧν τινες καὶ καταδύντες ὑπὸ γῆς ἀφανεῖς γίνονται· λιτοὶ δὲ σφόδρα τοῖς βίοις εἰσὶ καὶ τῷ κόσμῳ, πολυγύναικες δὲ καὶ πολύπαιδες, τἆλλα δὲ ἐμφερεῖς τοῖς νομάσι τῶν Ἀράβων· καὶ ἵπποι δὲ καὶ βόες μακροτραχηλότεροι τῶν παρ' ἄλλοις· ἱπποφόρβια δ' ἐστὶν ἐσπουδασμένα διαφερόντως τοῖς βασιλεῦσιν, ὥστε καὶ ἀριθμὸν ἐξετάζεσθαι πώλων κατ' ἔτος εἰς μυριάδας δέκα. τὰ δὲ πρόβατα γάλακτι καὶ κρέασιν ἐκτρέφεται, καὶ μάλιστα πρὸς τοῖς Αἰθίοψι. τοιαῦτα μὲν τὰ ἐν τῇ μεσογαίᾳ.

Alcmæon, Ἀλκμαίων, Amphiarai f., post bellum Thebanum cum Diomede ultus inimicos Œnei, Acarnaniam sibi subjecit; postea ad belli Trojani societatem evocanti Agamemnoni non obtemperavit, 396, § 25. Post Epigonorum bellum a Diomede invitatus in Ætoliam abiit, ubi tempore belli Trojani Argos Amphilochicum condidit, conditamque urbem de Amphilocho fratre nominavit, 271, 46. Secundum Thucydidem hereditate ejus potitus in Acarnania est Amphilochus frater, 271, 5. Flumen Argos Amph. præterfluens Inachum nominavit de fluvio Argivo Peloponnesi, 270, 54. Ætolos vicit, 363, 1. Pater Acarnanis, 397, 18.

Alcmæonidis auctor laudatur, 388, 51.

Alcman, Ἀλκμάν, Στεγανόποδας, memorat, 36, 4; 248, 36. Laudatur, 293, 2; 383, 33; 395, 23; 414, 4; 496, 47.

Alcyonium mare, ἡ Ἀλκυονὶς θάλαττα, pars sinus Crissæi, 338, 3; 288, 48.

Aleæ Minervæ, Ἀλέας Ἀθηνᾶς, fanum Tegeæ in Arcadia, 333, 42.

Aleius campus, Ἀλήιον πεδίον, Ciliciæ, per quam Philotas Alexandri equitatum duxit, 576, 38. In Aleio campo Amphilochus interfectus, 576, 45.

Alesia, Ἀλησία, Mandubiorum urbs in monte sita, ad quam Vercingetorix, Arvernorum dux, contra Cæsarem pugnavit, 159, 1. Ruinæ in monte *Auxois* prope *Flavigni* in *Bourgogne*; in radice montis nunc *Alise* sive *Sainte-Reine.*

Aleïæum, Ἀλεσιαῖον, v. Alisium.

Aletes, Ἀλήτης, Corinthum obtinuit, 334, 47.

Aletia, Ἀλητία, Iapygiæ opp., 234, 22. Aletium ap. Ptolemæum; ibi nunc est eccl. *Sta Maria della Lizza*, prope *Pisciotti* vicum.

Aletrium, Ἀλέτριον (*Matri*), Latii opp., 198, 8.

Aleus, Ἀλέος, Arcadiæ rex, pater Auges, quam cum Telepho in cistam inclusam in mare dejecit, 526, 11.

Alexander, Priami f., ante Helenæ raptum Œnonen uxorem habuit, 510, 47. Cum Helena ad Sidonios venit, 34, 10. Ejus sepulcrum in Troade, 510, 46.

Alexander Magnus. Expeditionibus ejus magna Asiæ pars et Europæ regiones septentrionales usque ad Istrum geographis innotuerunt, 11, 38. Asiæ interioris et Indiæ regiones accurate indagavit; a viris peritissimis terrarum descriptiones ei traditæ, quas postea a Xenocle accepit Patrocles, 58, 5. Alexandri rerum scriptoribus credere non tutum est, 435, 37 *et passim in Indicis*, quum mirabilia veris antehabeant, 595, 20. De Alexandro multa fabulosa leguntur in epistola quæ sub Cassandri nomine circumfertur, 598, § 35. Alexander Homeri studiosus (recensio Homericorum carminum ἡ ἐκ τοῦ νάρθηκος λεγομένη), 508, 46. Quoscunque posset nancisci viros egregios, sive græcos sive barbaros, amplexus

Digitized by Google

beneficiis ornavit, ut ait Eratosthenes, obloquente Strabone, 54, 39. Romam legatos misit qui de piratis quererentur Latinis, 193, 35. Ejus in Triballos et Getas expeditio, 250, 28. Ad Granicum victoria, 502, 42. Quomodo Ilium auxerit, 507, 53. Quanam conditione Ephesium Dianæ templum restaurare voluerit, 547, 22. Asylo templi Ephesii stadii spatium assignavit, 547, 48. Miletum cepit, 543, 5. Halicarnassum cepit et Cariæ regnum Adæ Hecatomni filiæ restituit, 561, 1. Tyrum aggere junxit continenti, 644, 23. Gazam diruit, 646, 28. Alexandriam condenti oblata omina fausta, 673, 53. Iter ejus ad Ammonis oraculum inflatius a Callisthene, sicuti alia quædam, narratur, 691, 35. In Lycia per angustias inter montes et litus maritimum sitas exercitum ducit, 569, 3. Cur Termessum diruerit, 569, 2. Selgensium ad eum legatio, 489, 23. Alex. Salagassum Pisidiæ capit, 487, 46. Alexander e Solis per oram maritimam et Mallotidem versus Issum movit, 576, 40. Equitatum ejus Philotas per campum Aleium duxit, 176, 39. Alex. in Cilicia Amphilocho inferias tulit, 576, 43. Montem ad Arbela situm Nicatorium vocavit, 628, 24. Ad Issum prœlium committit, 577, 6. Tigrim transit, 635, 34. Persidem lustrat, 621, 5. Prope Persepolim Araxem trajecit, 621, 16. Persepolis regiam combussit, quum Persæ sacra et urbes Græcorum devastassent, 621, 25. Pasargadas profectus Cyri sepulcrum in hortis vidit, 621, 28. Thesauros Persicos Susa, sec. alios Ecbatana, comportavit, 622, 17. Cossæorum, Mardorum, Uxiorum latronum audaciam compescuit, 449, 47. Apud Drangas Philotam interemit, et qui patrem ejus Parmenionem necarent misit Ecbatana, 616, 45. Per Paropamisadas Caucasum transcendit contra Bactros movens, 616, 35. Quanam via usus sit Bessum ex Parthia in Bactrianam persequens, 616, § 10. Octo urbes in Bactriana et Sogdiana condidit, quasdam etiam evertit, ut Cariatas, Maracanda et Cyra; cepit ibidem petras Sisimithræ et Oxi sive Ariamazæ; delevit Branchidarum urbem, 443, § 4. Bactrorum morem infamem sustulisse fertur, 443, 33. Ad eum venisse in Hyrcania Thalestriam Amazonem scriptores pejoris fidei tradunt, 433, 25. Alex. ad Iaxartem venit, 440, 50. Arianæ partes nonnullas ad Indum sitas Arianis ademit et peculiares civitates constituit, 616, 27. Ejus cum Roxane nuptiæ, 444, 5. Quomodo Alex. in Indiam penetraverit, 594, § 26. Prope Peucolaitim ponte Indum trajecit, 595, 3. Aornum petram in India cepit, 586, 40. A Taxile comiter exceptus multis hunc beneficiis afficit, 595, 10. Ex silva ad Emodos montes sita, ligna navibus fabricandis in Hydaspen deduxit, classemque construxit ad Bucephaliam et Nicæam urbes ab ipso conditas, 595, 30, ad Hypanin fluvium, 596, 52. Cur ultra Hypanin non sit progressus, 597, 10; 594, 45. Herculem et Bacchum imitatus, in ultimis Indicæ expeditionis locis aras posuit, 142, 16. Poro tradit regionem inter Hydaspem et Hypanin sitam, 585, 18. A Sopithe 150 canes egregios accepit, 596, § 31. Quibus indiciis se Nili fontium in India reperisse putaverit, 593, 42. Taxilis brachmanes duo ad eum accesserunt, 608, 7. Coram eo Calanus sophista se combussit, 585, 27. Quanam æmulatione motus Alex. per Gedrosiam exercitum duxerit, 585, 30. Iter ejus per Gedrosiam, 613, 46; 614, 5 *sqq*. Præmiserat Craterum et oram exploraturos Nearchum et Onesicritum, 614, 14. Apud Mallos vulneratus est, 597, 25. Quomodo remedium contra venenum, quo Oritæ sagittas suas illinebant, reperisse perhibeatur, 615, 25. Babylonem Susis ceterisque urbibus regiæ accommodatiorem esse censuit, 622, 30. Beli sepulcrum Babylone instaurare voluit, 628, 54. Quo experimento naphthæ naturam cognoverit, 633, 2. Regum et principum sepulcra, quæ sunt in lacubus Euphratis, perscrutatus est, 636, 34. Catarractas, quibus navigationem in Euphrate et Tigride Persæ impedire statuerant, demolitus est, curamque habuit fossarum Euphratis, 630, 14; prope Arabiam novam fossam aperuit, de occupanda Arabia cogitans, 631, § 11. Classem quomodo in hoc consilium struendam curaverit, *ib. cf.* 667, 45. Corpus Alexandri Babylone in Ægyptum detulit Perdiccas, cui ereptum Ptolemæus Lagi Alexandriæ sepelivit; loculum aureum Ptolemæus Cocces rapuit; nunc corpus Al. est in loculo vitreo; sepulcrum vocatur τὸ Σῆμα, 675, 5. Alexandro consecratus est lucus supra Chalcidenses Ioniæ situs, in quo Alexandria, Ἀλεξάνδρεια, ab Ionibus celebrantur, 550, 14. Inter Alexandri comites Cyrsilus et Medius, 454, 53. Inter duces Stasanor Cyprius, 583, 20. Ad Alexandrum epistola Cratetis Chalcidensis, τοῦ μεταλλευτοῦ, 349, 31. Alexandro quid de Atho monte proposuerit Dinocrates, Alexandriæ architectus, 547, 32.

Alexander Molossus Tarentinorum dux contra Messapios et Lucanos, 233, 12. Communem Græcorum hujus regionis conventum ex Heraclea Tarentina in Thuriorum fines ad Acalandrum fl. transferre voluit, 233, 16. Cecidit ad Pandosiam oraculo deceptus, 213, 1.

Alexander Antiochi f. in Pseudophilippum pro Romanis arma movit; contra Demetrium Seleuci f., bellum gessit, auxiliante Attalo II, 533, 54.

Alexander Bala ad Œnoparam fl. in Syria prœlio vincitur a Ptolemæo Philometore, 639, 48.

Alexander primus pro sacerdote se regem Judæorum dixit; filii ejus Hyrcanus et Aristobulus, 649, 19.

Alexander Lychnus, Ephesius orator, rempublicam gessit; historias scripsit et alia, 548, 26.

Alexander Ætolus laudatur, 484, 52; 581, 8; κυναιδολογεῖ, 553, 34.

Alexander Philalethes scholæ medicinæ Herophileæ præerat Caruris, 496, 42.

Alexander (is qui περὶ τῆς Ἐρυθρᾶς θαλάσσης scripsit) de sinus Arabici longitudine, 654, 27.

Alexandria, Ἀλεξάνδρεια, certamen quod ab Ionibus celebratur in luco supra Chalcidenses sito, 550, 16.

Alexandria, Ἀλεξάνδρεια, Ægypti urbs, post Syrtis magnæ recessum est maris interni punctum maxime austrinum, 104, 25. Alexandria et Rhodus et Caria sub eodem meridiano sec. Eratosth., p. 76, 47. Alexandriæ parallelus per quosnam locos transeat sec. Hipparchum, 110, 40; dies Alexandriæ longissima; gnomonis ad umbram ratio, 110, 30. ab Alexandria ad æquatorem 21800 stadia, 94, 25; ad Meroen urbem 10000 fere stadia, 700, 37; 52, 25; ab Alexandria ad Hellespontum pertinens meridiani pars stadiorum 8100 sec. Erat. 52, 25. Ab eadem ad Rhodum vel Lyciam non ultra 4000 stadia sec. Polyb. 21, 8. In Rhodum trajectus sec. nautas 4000 vel etiam 5000 stad., sec. Eratosthen. 3750 stadia, 104, 5. Alexandria a Papho 4600 stadiis distat, 583, 13; a Parætonio 1300 fere stad., 679, 10; a Carthagine sec. Eratosthenem 13000 stadia, quum non sint super 9000, 76, 47; Alexandriæ architectus Dinocrates, 547, 30. Alexandro quænam signa futuram urbis felicitatem nuntiarint, 678, 53. Situs urbis peropportunus, 174, 9; 678, 23; aeris ibi temperies optima, 674, 22; 178, 9; æstate lacus vitium tollitur ascensu fluvii, quo paludes inundantur, 177, 8. Alexandriæ figura chlamydi similis; dimensiones urbis, viæ, luci, regiæ, 674, 36. Museum, in eoque collegium philologorum, 674, 53; τὸ Σῆμα, 675, 5. Objecta urbi Pharus insula describitur, 673, 1. Lochias prom. 673, 9; portus orientalis, sive magnus portus, 673, 24, 37. Eunosti portus, 673, 24; 676, 40; effossus et clausus portus, 673, 25; 676, 45. Heptasta-

Digitized by Google

dium, 673, 28; regia in Lochiade acra, 676, 22; τὰ ἐνδοτέρω βασίλεια, 576, 27; regia in Antirrhodo insula, 676, 30; theatrum; Posidium; Emporium; Timonium; Cæsarium; navalia; canalis in Mariam lacum ducens; Necropolis, Serapium; stadium; gymnasium; forum; Panium, Hippodromus; Canobica porta, 676, 273-277, 12. E Canobica porta exeunti ad dextram est fossa, qua et Canopum et, alia ejus parte, versus magnum fluvium tendente, Schediam navigatur, 680, 8. Alexandriæ pars Rhacotis, 673, 47. Portus palustris Mareotidis lacus dictor est portu marino, 674, 15. Portus et reliqui urbis exitus summa custodia obsessi, ut nemo clam exire possit, 83, 45. Circa urbem nascentes palmæ fructum esui aptum non ferunt, 695, 11. — Alexandrini mercatores per Nilum in Arabicum sinum et hinc in Indiam navigantes, cognitionem geographicam auxerunt, 97, 32. Merces Arabicæ et Indicæ Myoshormo Coptum portantur, et hinc per Nilum fluv. vehuntur Alexandriam, 664, 51. Urbis monopolia, 678, 45. Incolæ, tria hominum genera, 678, 45; plebs zythum bibit et vinum pessimum, quod Libycum (Bycium?) vocatur, 679, 17. Vitrarii Alexandriæ, ὑαλουργοί, 645, 20. Alexandrini Ptolemæum Auleten ejecerunt, 676, 40; et filiæ ejus legitimæ Cybiosacten maritum dederunt, 676, 44. Seditio eorum a Petronio repressa, 696, 4. Artium magistros multos urbs recipit peregrinos et emittit indigenas, 574, 54. Strabo diutius Alexandriæ versatus est, 83, 48.

Alexandria Ariæ, Ἀλεξάνδρεια ἡ ἐν Ἀρίοις (*Herat*), a Caspiis portis 6400 stadia, a Bactria sive Zariaspa 3870, ab Hecatompylo 4530, a Prophthasia 1600 stadia, sec. Eratosthenem, 441, § 9; 442, 35; 615, 53.

Alexandria ad sinum Issicum (*Alexandrette*), 577, 8.

Alexandria Troas, Ἀλεξάνδρεια ἡ Τρωάς (*Eski-Stamboul*), Troadis urbs ab Antigono condita et Antigonia dicta, deinde a Lysimacho aucta et Alexandria denominata, 508. 11; 511, 3; 497, 22; in loco sita qui Sigia vocabatur, 517, 15; Achæio vicina, e finitimis oppidis, inter quæ Cebren et Neandria erant, conducta, 517, 10; Romanorum coloniam accepit, 508, 17. In ejus agro est campus Samonius, 406, 2. In via qua Troja Alexandriam itur, Æsyetæ sepulcrum conspicitur, 513, 9. Longissima Alexandriæ dies horarum quindecim, 111, 7. Cf. 406, 16.

Alexandria, mons supra Antandrum, in quo Paris judex sedit, 519, 8.

Alexandrium, Ἀλεξάνδριον, Judææ castellum, a Pompejo eversum, 649, 34.

Alexarchus, Antipatri f., Uranopolin condidit, 280, 29.

Algidum, Ἄλγιδον, opp. Latii ad viam Latinam, 197, 34. Situm oppidum fuit in ea regione ubi nunc est *Cava dell' Aglio* et *Selva dell' Aglio*. Ruinæ nunc non amplius exstant (V. Alb. Bormann. *Alt-latinische Chorographie; Halle*, 1852 p. 44), Convallis montanorum in qua est via Latina, vocatur ὁ κατὰ Ἄλγιδον αὐλών, 199, 22; in quibus ἄλγιδον vox de oppido intelligenda est, non vero de monte Algido, quem Strabo nusquam commemorat. Quare nihil erat cur Burmannus l. l. in Strabonis loco desudaret verbaque ejus corrupta esse putaret.

Alisium, Ἀλείσιον, Homero memoratum, nunc est Ἀλεσιαῖον, in via montana, qua Elide Olympiam itur, locus circa Amphidolidem, 293, 40; 292, 17; olim Pisatidis urbs, 293, 44. Homerum locum etiam Ἀλεισίου κολώνην vocat, 293, 46; 302, 45. Nonnulli etiam fluvium Alisium ostendunt, 293, 52. Alisium ad Pisatidis fines fuit, ut nonnulli statuunt, 293, 24. Situs loci incertus. Cf. Curtius, *Peloponn.* II, p. 40, 72.

Alizones, Ἀλιζῶνας τηλόθεν ἐξ Ἀλύβης, ὅθεν ἀργύρου ἐστὶ γενέθλη, sec. Homerum adduxerunt Odius et Epistrophus, i. e. e Chalybum terra, ubi olim argenti metalla fuerunt, 470, 50. Alizones esse Chalybes negat Demetrius, 471, 13. Nonnulli pro Ἀλιζῶνας legunt Ἀλαζῶνας alii Ἀμαζῶνας, Alazones Scythas qui sint supra Borysthenem, intelligentes, Amazones vero inter Mysiam et Lydiam et Cariam habitantes prope Cumam, 471, 19. Alizones sec. nonnullos in Pallene habitabant, 471, 43. *Alazones* Hecatæus ponit ad Odryssem fluvium, 472, 1. Sec. Menecratem Alizones in montanis Myrleæ vicinis habitarunt, ceterum scribendum esse dicit *Allizones*, 472, 6. Sec. Palæphatum Amazones, Ἀμαζόνας, ex Alope nunc Zelia dicta duxerunt Odius et Epistrophus, 472, 8. Hecatæi et Menecratis et Palæphati sententias ut verisimillimas laudat Demetrius, 471, 47.

Allifæ, Ἄλλιφαι (*Allife*) Samnitica urbs, 198, 30.

Allitrochades, Ἀλλιτροχάδης, Sandrocotti f., Indiæ rex, ad quem legatus venit Deimachus, 59, 1.

Allobriges, Ἀλλόβριγες (i. q. Allobroges), Galliæ populus, 161, 14; a borea Vocontiorum, 169, 24; quorum caput Vienna, 154, 17, campos autem Rhodanus rigat, 154, 32. Olim multis hominum millibus expeditiones susceperunt, hodie campos et Alpium convalles colunt, 154, 24. Sicuti Ligures rectoribus provinciæ Narbonensis, qui Roma mittuntur, obtemperant, 169, 26. Apud Allobriges filius Herodæ in exilio vitam egit, 651, 20.

Allotrigæ, Hispaniæ borealis gens, 129, 11. Iidem, ut videtur, sunt Autrigones Pliinii et Ptolemæi, Aurigones apud Florum, populus Cantabricus.

Alope. V. Alybe.

Alope, Ἀλόπη, Locrorum Opuntiorum opp.; a Cyno et Elatea distantiæ, 365, 29; 371, 37. Terræ motu læsa, 50, 40. Ruinæ inter promontoria *Satiri* et *Arkitza* (V. Gell. *Itin.* p. 233).

Alope, Locrorum Ozolarum opp., 366, 42. Aliunde non notum. An est Ὄλβη sive Ὄλβαι Thucydidis III, 105-108, 110, 111, 113, quod oppidum prope hod. *Pendormia* Leakius quærendum esse suspicatur.

Alope, Phthiotidis opp. in Achillis ditione, 366, 42; 369, 51; 371, 33. Inter Larissam Cremasten et Echinum sita erat sec. Stephan., circa hod. *Bakis* sive *Raches*.

Alopecia insula, Ἀλωπεκία, 100 stadiis ab ostiis Tanais fluvii in Mæotide, 423, 25.

Alopeconnesus, Ἀλωπεκόννησος, Chersonesi Thracicæ opp. in quod desinit Melas sinus, 283, 33. Alopeconnesiorum colonia erat Ænus Thraciæ, 283, 15. Sita urbs fuerit ad *Kemiklik Bouroun*, ubi nunc est *Alexia-Kevi*. Fortassis tamen ad Alopec. pertinent ruinæ quæ hinc 40 stadiis boream versus sunt prope *port Tourchen*.

Alorium, Ἀλώριον (Triphyliæ locus?), ad quod palus et Dianæ Ἐλείας fanum, cujus sacerdotium penes Arcades fuit; paludem istum Ἕλος vocari in Homerico ditionis Nestoreæ recensu nonnulli putant, 300, 50. Situs loci incertus.

Alorus, Ἄλωρος, Bottiææ urbs in Macedonia, 70 stadia a Methone distans, 277, 2. 8, 10. 40. Leakius locum componit cum hod. *Palæachora* prope *Kapsochori* sita.

Alpes, τὰ Ἄλπια, prius dicebantur Ἄλβια et Ἀλπίονα; hinc *Albium Intemelium* et *Albingaunum* pro Alpinum Intem. et Ingaunum, 168, 15. Etiam apud Japodes mons Albium, vocari, ut eo usque porrectis Alpibus, dicitur, 168, 19. Alpes, montes celsissimi, circumvexam faciunt lineam; curva eorum pars Celtarum campis et Cemmeno monti obvertitur, cava autem Liguriæ et Italiæ; in media cavitate Salassi sunt, 106, 7. r75, 30. Alpes non a Menœci portu oriuntur, ut nonnulli produnt, sed a Sabatorum vadis, 168, 7. A Liguria usque ad regionem e qua Ister oritur, continui sunt uniusque montis speciem præbent, deinde in multa capita scinduntur, et

Digitized by Google

humiliores fiunt, hinc rursus attolluntur in vertices varios, 175, 28. Usque ad Japodes pertinent, 168, 21. Apenninis committuntur, ad Genuam, 175, 37. A Liguria ad fontes Rheni porrecti Galliam ab ortu determinant, 147, 1. De Alpium magnitudine et altitudine Polybii sententia, 173, 50. Alpium pars Adulas mons (*St. Gothard*), 160, 21. Alpium pars, qua ad Carnos accedunt, humillima est Ocra mons, 162, 51. Trans Rhenum dorsum quoddam versus orientem flectitur non valde sublime, in quo Ister oritur, prope Suevos et Hercyniam silvam, 172, 32. Alia dorsa sunt Illyrico obversa et Adriæ, ut Apenninum (?) (*Brenner*), Tullum (*Terglu*), Phligadia (*Flitsch*), et montes supra Vindelicos, ex quibus Duras, Clanis, alii fl. in Istrum feruntur, 172, 35. Alpes tumulos habent culturæ aptos ac fertiles convalles; circa vertices regio sterilis, 172, 14. Via ex Italia per Alpes ducens per Salassorum vallem transit, deinde in duas vias scinditur; altera earum per Pæninum (*par le grand St-Bernhard*) tendit ad summitates Alpium, altera per Centrones (*par le petit St-Bernhard*) 170, 41. Polybius quattuor per Alpes transitus memorat, unum juxta mare per Liguriam, alterum per Taurinos (quo usus est Hannibal), tertium per Salassos, quartum per Rhætos, 174, 5. Itineris pericula ob naturam locorum indolemque incolarum; quæ quantum potuit Augustus imminuit, 170, 21. Ex Alpibus oritur Rhodanus, 154, 29, Arar, Dubis, Sequana, 154, 34; 159, 43. Lacus in Alpibus Verbanus, Benacus, Larius, 174, 9. Gentes Alpium incolæ sunt pauperes et latrocinis deditæ, 170, 17. Partim in Alpibus partim supra Alpes habitant Vindelici et Rhæti, 160, 26. Alpium exteriora tenent Vindelici, Norici, Brenni, Genauni, 171, 43. In convallibus Alpium Allobriges, 154, 24. Alpibus vicini Celtæ Galliæ et pars Belgarum, 147, 11. Gallicæ gentes in Alpibus multæ, 106, 12. Alpium equi feri et boves, 178, 8. Planities Alpibus subjacens 2100 stadia longa lataque, 175, 39.

Alpheoniæ, Ἀλφειονίας ἢ Ἀλφειούσης, Dianæ lucus templumque picturis ornatum, 295, 16.

Alpheus, Ἀλφειός (*Rufia*), Peloponnesi fl. Hujus et Eurotæ fontes sunt ad Aseam Megalopoliticæ regionis vicum; terram subit Alpheus, rursumque erumpit, 295, 1; 228, 46. Celadontem et Erymanthum et alios excipit; per Phrixam et Pisatidem Triphyliamque delapsus inter Pheam et Epitalium in mare exit, 295, 11; 292, 2. Pylum regionem, non vero urbem Pylum perfluit, 289, 11. Lucus Dianæ Alpheoniæ ad ostia, 295, 16. Alpheus recipit Enipeum, 306, 24; Erymanthum, 307, 1; Dalionem et Acherontem, 296, 11; Ladonem, cujus aquis impletus interdum inundat regionem Olympicam, 334, 19. A Samii Neptuni fano 100 stadia abest, 289, 11; quotnam absit a Chelonata et Araxo pr. 294, 51. Ab eo ad Pylum Messeniæ 400 stadia, 299, 7; ad Pachynum pr. 4000, ad Pamisum fl. 1130 stadia, 221, 48. Alpheus per mare sub terram lapsus in Arethusa Ortygiæ insulæ resurgere dicitur; quibusnam rem fabulosam argumentis probare studeant, 254, 53. Alpheum e Tenedo fluere fabulatur Zoilus, 225. 13. Ἀλφειοῦ πόρος, nunc Epitalium, 300, 17.

Ἀλπίονα. V. Alpes.

Alponus, Ἄλπωνος (Ἀλπηνός Herodot.), Locrorum Epicnemidiorum opp. prope Thermopylas. Ibi Thesmophoriorum festo virgines 25 in turri versantes prope portum, superveniente terræ motu, in mare deciderunt, 50, 43. Locus urbis accuratius non notus est.

Alsium, Ἄλσιον (*Palo*), in Etruriæ ora opp. 188, 3; inter Pyrgos et Ostiam, 188, 16.

Altes, Ἄλτης, Lelegum in Troade rex, Laothoes pater, 530, 10; 500, 51. Ex ejus filia Priamus Lycaonem et Polydorum suscepit, 501, 1.

Althæmenes, Ἀλθαιμένης, Cissi f., coloniam in Cretam duxit, 5 generationibus Lycurgo antiquior, 413, 35. Dorienses ei se adjunxerunt, 557, 42; 412, 9.

Althæa, Ἀλθαία, Thestii filia, 400, 10.

Altinum, Ἄλτινον (*Altino*), Galliæ Cisalpinæ urbs in paludibus sita, 178, 15; 177, 14.

Aluminosa quadam terra, στυπτηριώδει τινὶ γῇ, utuntur ad aurum purgandum, 121, 25.

Alybe, Ἀλύβη, ex qua Alizones Homerus sub Odio et Epistropho venisse dicit, de Chalybum regione intelligi debet, 470, 50. Cf. Chalybes. Pro Ἀλύβη nonnulli scribi volunt Ἀλόβη vel Ἀλόπη, 471, 20; 516, 29. In *Alope* olim habitasse, nunc in Zelia habitare Amazones Palæphatus refert, 472, 9.

Alyattes, Ἀλυάττης, Crœsi pater, Lydorum rex, Delphos dona misit, 360, 50; 626, 20. Ejus tumulus ad Sardes, 536, 16. Ejus divitiæ e Lydiæ metallis, 580, 27.

Alyzeus, Ἀλυζεύς, Icarii f., in Acarnania regnavit, Alyziæ conditor, 386, 52.

Alyzia, Ἀλυζία (*Kantidi*), Acarnaniæ opp., 386, 52. A mari quindecim stadia distat; ibi portus Herculi sacer et fanum, 394, 39. Herculis certamina, Lysippi opus, hinc Romam translata, 394, 42.

Amadocus, Ἀμάδοκος, Odrysarum rex, 282, 49.

Amaltheæ cornu quid? 394, 6; apud Anacreontem, 125, 13.

Amanides portæ, Ἀμανίδες πύλαι, juxta Pagras (hod. *Bagras*) in Syria, 639, 44 (*passe de Beylan*).

Amanides portæ, Ciliciæ locus, ad quem navium statio, 576, 49 (hod. *Demir Kapu*).

Amanus m., τὸ Ἀμανὸν ὄρος, 627, 20; ejus situs, 458, 48; a Tauro deflectitur, usque ad Euphratem et Melitenam extenditur; 446, 45. Cyrrhesticæ regioni propinquus, 539, 35; Pierio monti contiguus, 639, 54. Ciliciæ superjacens, in Amani portas exiens, a pluribus tenebatur tyrannis castella possidentibus; Strabonis ætate omnia ea possedit Tarcondimotus, 576, § 18.

Amardi sive Mardi, Ἄμαρδοι s. Μάρδοι, Caspii maris accolæ, 436, 7; 438, 8, inter Hyrcanos et Anariacas, 440, 38, in Atropatene, migratores et latrones; sunt etiam in Perside 449, 7, vel Persis contigui, 449, 40.

Amarynceus, Ἀμαρυγκεύς, Epeus, 292, 27.

Amarynthus, Ἀμάρυνθος, Eretriæ pagus in Eubœa, 384, 40; ubi Dianæ fanum (τὸ Ἀμαρύνθιον), in eoque Eretriensium columna, 384, 47; 385, 17.

Amasia, Ἀμάσεια (*Amasiah*), Ponti urbs munitissima, Strabonis patria, quam Iris præterfluit, 469, 17. Urbs ejusque regio describuntur, 480, § 39. A Cabiris urbs distat 150 stadia, 476, 41. Super Amasenum agrum Phazemonitarum thermæ et Sagylium, 480, 6.

Amasias (*Ems*), Ἀμασίας, Germaniæ fl., 241, 51. In quo Drusus Bructeros navali prœlio vicit, 241, 14.

Amastris, Ἄμαστρις (*Amasserah*), Paphlagoniæ urbs; ejus origo et situs; ejus arx Sesamus, 466, § 10; 463, 28; 465, 49; 256, 50; ad eam buxus optima nascitur, 466, 53.

Amastris, Ἄμαστρις, Oxathræ f., Dionysii uxor, Amastrin urbem e 4 pagis conflavit, 466, 42.

Amathus, Ἄμαθος, nunc Mamaus et Arcadicus fl. Pylum Triphyliæ urbem præterfluens, quæ inde fort. Πύλος ἠμαθόεις vocatur, 295, 40; 298, 18.

Amathus, Ἀμαθοῦς (*Eski Limasol*), Cypri opp., 582, 25; cf. 292, 53.

Amazones, Ἀμαζόνες. De his eadem et nunc traduntur et antiquitus tradebantur prodigiosa et a fide remota, 433, 6. Attribuuntur iis Themiscyra, campi juxta Thermodon-

Digitized by Google

tem montesque his imminentes, 433, 21. Amazonum campus in Ponto humilis, 44, 2. E Themiscyra expulsæ sunt, 433, 22. Contra eas Bellerophontes et Priamus pugnarunt, 491, 9. Trojanis auxilium non tulerunt, quod Priamus Phrygum socius contra ipsas fuisset, 473, 30. Nomenque dedisse feruntur Epheso, Smyrnæ, Cumæ, Myrinæ, 433, 18; 471, 30 (Cf. Myrina). Sépulcra earum monstrantur, 433, 20. Amazones in montibus qui sunt ab Albania sepentrionem versus, habitant; inter Albanos et Amazones sedes sunt Gelarum et Legarum, quos ab Amazonibus dirimit Mermadalis fl. Vicini earum Gargarenses, 432, 13. Vitæ ratio et armatura, 432, 23; commercium earum cum Gargarensibus sacrificiorum et prolis causa, 423, 34; e Themiscyra huc profectæ sunt, 423, 45. Amazonum regina Thalestria in Hyrcania Alexandrum convenisse a pravæ fidei scriptoribus proditur, 433, 25.

Amazones, Ἀμαζῶνες, nonnulli pro Ἀλιζῶνες apud Homerum reponi volunt; eosque habitasse ad Cumam et Pygela tradunt, improbante Demetrio, 491, 19; 472, 17. Ad Zeliam istos Amazonas degisse censet Palæphatus 472, 9.

Ambarvalia Romanorum, 191, 50.

Ambiani, Ἀμβιανοί, Galliæ pop., Bellovacis vicinus, 161, 40. Via ad eos ducens Lugduno, 173, 35.

Amblada, τὰ Ἄμβλαδα, Pisidiæ opp., 488, 19 et 30. Ambladense vinum, *ib.* Sec. Ptolemæi notationes Amblada ad hodiernum *Ketchi Burlu* referendum videtur.

Ambracia, Ἀμβρακία (*Arta*), Acarnaniæ urbs, 387, 1; potius Epiri urbs, a Gorgo condita (cf. 388, 23), modico supra sinus recessum spatio sita, ad Aratthum fl.; olim felix urbs sinui nomen dedit; Pyrrhus ea usus est regia; postea ob rebelliones una cum vicinis urbibus concidit, adeo ut Augustus incolas Nicopolin conduceret, 270, 17,

Ambracicus sinus, ὁ Ἀμβρακικὸς κόλπος, maris Siculi, 269, 10; ejus ostium 4 stadiorum, ambitus 300 stadiorum; ejus accolæ, 270, 5; ad eum Comarus portus, 269, 53. A Ceraunii montibus os ejus 1300 stadia distat, 269, 27. Œtæ montana ad Ambr. sinum usque porriguntur, 367, 37.

Ambrones, Ἄμβρωνες, a Mario prœlio (ad Aquas Sextias) vincuntur, 152, 33.

Ambrysus, ἡ Ἄμβρυσος (*Distomo*), Phocidis opp., 363, 9 et 52.

Amenanus, Ἀμένανος (*Indicello*), Siciliæ fl. per Catanam labens; per multos annos aqua destitutus denuo fluere cœpit, 200, 19.

Ameria, Ἀμερία (*Amelia*), Umbriæ urbs, 189, 48.

Ameria, Ἀμερία, Phanaroæ in Ponto κωμόπολις, ubi fanum Menis Pharnacis, i. e. Lunæ templum, 477, 10. Locus prope Cabira urbem (hod. *Niksar*) fuisse videtur.

Amisus, Ἀμισός (*Samsun*), Ponti urbs, 104, 16 et 33, in Leucosyrorum regione, 466, 22; 473, 51. Eam urbem notari apud Homerum verbis ἐξ Ἐνετῆς (sic enim scribendum esse pro ἐξ Ἐνετῶν) censet Zenodotus, 465, 50, præeunte Hecatæo, 473, 51. Amisus, Colchis, mare Hyrcanum, Bactra, Propontis et Hellespontus in eodem sunt parallelo, sec. Eratosthenem, 57, 7. 59, 11. Ab Amiso ad Issum peninsulæ Asiaticæ isthmus pertinet, 566, 46, vel potius ab Amiso ad Cydni ostia, 574, 15. Sunt 3000 stadia ab Amiso ad sinum Issicum, sec. Eratosth., 57, 6; ad Trapezuntem 1200 stadia, 469, 47; ad Sinopen 90 stadia. Urbis historia, 468, § 14. In Amisenorum ditione Themiscyra et Sidene, 469, 1; 466, 22. Quousque pertineat ager Amisenus, 469, 40. Suburbia oleas ferunt, 61, 18. Amiseni partem Gadilonitidis regionis possident, 468, 34. Amiseni viri clari, 469, 40.

Amiternum, Ἀμίτερνον (*San Vittorino*), Sabinorum opp., 190, 8. Ex agro Amiternino fluit Aternus, 201, 28.

Ammon, Ἄμμων. Ejus oraculum in tertia Libyæ Oasi situm (*Siwah*), 692, 5. Olim clarum, nunc fere desertum, 692, 7. Alexandri ad id iter a Callisthene narratur; oracula non tam verbis quam nutu et signis eduntur, 691, § 43; 273, 44. Templum, ad quod 3000 stadiorum (ab Alexandria) iter est, olim in ora situm fuisse multa probant indicia, 41, 16; 42, 3; 687, 46. Falsam esse hanc Eratosthenis sententiam contendit Hipparchus, 47, 15. Conchæ ad Ammonis templum reperiuntur, 705, 17. In templo visuntur columnulæ, quibus Delphines impositi, et inscriptum est: Κυρηναίων θεωρῶν, 41, 21. Oraculum ab Api vico 5 dierum iter distat, 679, 9; a Garamantibus iter dierum quindecim, 709, 10. Ad Ammonem usque pertinent Marmaridæ, 711, 48. Supra Ammonem quæ sint, parum liquet, 712, 12.

Ammonis Balithonis, Ἄμμωνος Βαλίθωνος, prom. Libyæ (*Ras Kabudia*), in quo Θυννοσκοπία, 708, 18.

Ammonias, Ἀμμωνιάς, nonnullis vocatur Parætonium Libyæ oppidum, 679, 3.

Amnias, Ἀμνίας, Paphlagon. fl., Domanitidem regionem perfluens, 481, 14; ad quem Nicomedes a Mithridatis ducibus victus, 481, 14. Fluvius hodie vocatur *Gok-Ismak* sive *Kostambul*; in Halyn influit.

Amnisus, Ἀμνισός (*Aposelemi*), Cretæ locus, quo Minos navali usus est; fanum ibi Lucinæ, 409, 13.

Amomum ad Tigridem nascitur, 636, 23.

Amor, Praxitelis statua apud Thespienses, 352, 28.

Amorgus, Ἀμοργός (*Amorgo*), Sporadum una, Simonidis iamborum poetæ patria, 418, 46.

Amorium, Ἀμόριον, Phrygiæ M. opp., 494, 1. Locus sec. T. Peut. inter Pessinuntem et Laodiceam situs, cum hodierno *Hergan Kaleh*, ubi ruinæ exstant, componitur ab Hamiltono.

Ampelitis terra bituminosa, quæ in Seleucia Pieriæ effoditur, adversus vitis pediculos remedium, 263, 5; item in Rhodo, *ib.*

Ampelus, Ἄμπελος, Sami mons, 419, 7, et prom., 544, 33.

Amphaxitis, Ἀμφαξῖτις, ad Axium fl. regio Macedoniæ, in qua Paeones habitarunt, 275, 30.

Amphiale, Ἀμφιάλη, Atticæ pr. e regione Salamines; lapicidinæ ibi, 339, 29.

Amphiaraeum, Ἀμφιαράειον, prope Psaphidem in Attica, 342, 42; in hunc locum translatum est e Cnopia Thebana, 346, 51.

Amphiaraus, 649, 5; pater Alcmæonis, 396, 45; Amphilochi, 548, 45; ubinam terra haustus, 342, 44; ejus fanum in Bœotia, 346, 46; ejus currus Harmati Bœotiæ vico nomen dedit, 347, 3.

Amphictyones sub Eurylocho duce post Crisæum bellum Delphis equestre et gymnicum certamen instituere, et citharœdico alia musica adjecerunt, 361, 39. Amphictyonum collegii ratio, 360, § 7. In Cereris templo singulis Pylæis conventibus sacrificabant, 368, 24. Templum Delphicum exstruxerunt, 361, 30. De Crisæis et Amphissensibus pœnas repetunt, 359, 34. Amphissam diruunt, 366, 38.

Amphictyones Onchestum convenire solebant, 354, 21.

Amphictyonia Calauriæ, 321, 32.

Amphidamas, V. Iphidamas.

Amphidolis, Ἀμφιδολίς, Eleæ regio, ubi singulis mensibus in forum conveniunt vicini; circa eam Alisium situm est 293, 41.

Amphigenia, Ἀμφιγένεια, Macistiæ oppidum prope Hypsoentem, 300, 41. Situs incertus. Quum Stephanus op-

Digitized by Google

pidum Messeniæ esse dicat, Strabo probabiliter id ad eam Macistiæ partem, quam a meridie Nedæ fluvii fuisse ait, retulit. De Hypsoente (monte?) non magis constat.

Amphilochi, Ἀμφίλοχοι, urbs apud Callaicos in Hispania fuisse fertur, opus sociorum Amphilochi in Hispania mortui, 130, 20. Situs incertus. Nonnulli urbem componunt eum Aquis calidis Cilinorum (*Caldas del rey*), nescio quo jure.

Amphilochi, Ἀμφίλοχοι, qui Argos Amphilochicum ejusque ditionem tenent, Epirotis accensentur, 267, 12. 271, 7, 369, 7; 386, 26. Cf. Argos Amphilochicum.

Amphilochicum Argos. Vide Argos Amph.

Amphilochus, Amphiarai f., 548, 45, Alcmæonis frater, 497, 22; cum Calchante e Troade emigravit, varia gente comitatus, 570, 10. Amphilochus et Mopsus Mallum condunt; certamine singulari mutuo se occidunt; sepulcra eorum circa Magarsa, 576, 17. Amphilochus sec. Hesiodum Solis ab Apolline interfectus est; sec. alios in campo Aleio aut in Syria, 576, 44. Ei inferias tulit Alexander M., 576, 43. De eo Argos Amphilochicum vocatum, 397, 22, sec. Hecatæum, 225, 15; Troja reversus in Acarnaniam abiit, ibique Alcmæonis fratris hereditate potitus Argos urbem sibi cognominem fecit, 271, 2; 397, 24. Sec. nonnullos in Hispania mortuus est, 130, 6. Cf. Amphilochi. — Amphimalla, Cretæ opp., 408, 1.

Amphinomi et Anapiæ piorum filiorum facinus egregium, 223, 33.

Amphioni Nioben elocat Pelops, 309, 24. V. Zethus.

Amphipolis, Ἀμφίπολις (*Neochorio* sive turcice *Jeni Kevi*), Thraciæ urbs, Atheniensium colonia eo loco condita qui dicitur Ἐννέα ὁδοί, a Strymonis ostio 20 stadia distat, 280, 41. Amphipoli unam de quattuor Macedoniæ partibus assignavit Paullus Æmilius, 282, 41. Ab ea Berge vicus 200 stadia distat, 281, 8. Supra eam usque ad Heracleam Sinticam Bisaltæ sunt, 281, 1. Amphipoli longissima dies 15 horarum, 111, 7.

Ἀμφίσκιοι, inter tropicum et æquatorem, 110, 25; 112, 20; ἀμφίσκιος ζώνη Posidonii, 79, 5.

Amphissa, Ἀμφισσα (*Salona*), Locrorum Ozolarum urbs, ab Amphictyonibus eversa, 366, 38. Amphissenses Crisam instaurarunt, campum ab Amphictyonibus consecratum rursus coluerunt, hospitibusque inhumaniores quam olim Crisæi se exhibuerunt; quare pœnas de iis sumpserunt Amphictyones, 359, 35.

Amphistratus et Rhecas, Dioscurorum ἡνίοχοι, a quibus Heniochi, gens Pontica, nomen habent, 428, 25.

Amphictyo, assumpto Cephalo Cephalleniam occupavit, occupatam tradidit Cephalo, a quo nomen insulæ, 391, 45. Taphias inss. Cephalo subjecit, 394, 30. Cephalum Acarnaniæ et vicinarum inss. principem constituit, 396, 7.

Amphius, Meropis Percosii f., Adrasti frater; ejus in Troade ditio, 502, 26.

Amphrysus, Ἀμφρυσος, Thessaliæ fl., Halum Phthiotidis urbem præterfluit, 371, 49; per Crocium campum labitur, 374, 10.

Ampsani, Ἄμψανοι, Germaniæ populus, captivi in Germanici triumpho, 242, 39. Idem in antecc. Καμψιανοὶ vocantur. Aliunde non noti sunt.

Amulii et Numitoris fratrum historia narratur, 191, 15.

Amyclæ, Ἀμύκλαι, Laconiæ urbs, 311, 38; Apollinis ibi templum, *ib.* Philonomo proditori ab Heraclidis datæ, 313, 10. Sitam fuisse in colle *Agia Kyriaki* inter Spartam et *Sclavochori* censet Leakius.

Amyclæum, Ἀμυκλαῖον, Lacedæmone, 231, 39.

Ἀμύκτηρες, Indiæ, 604, 50.

Amydon, Ἀμυδών. Vide Abydon.

Amygdalis panem Medi conficiunt, 451, 36.

Amymone, Ἀμυμώνη, fons Argolidis ad Lernam, 319, 13.

Amynander, Ἀμύνανδρος, Athamanum rex, 367, 18.

Amyntas, Ἀμύντας, Philippi pater. V. Philippus.

Amyntas, Galatiæ rex, 486, 51. Dejotari successor, 488, 41. Antipatrum Derbeten occidit, Derbeque potitus est; Isaura a Romanis accepit, ad eaque regiam condidit, veteribus Isauris eversis, 487, 25. Antiochiam Pisidiæ conterminam tenuit et quæ hinc est regionem usque ad Apolloniadem; nec non Lycaoniam; Cilices et Pisidas exscindere conatus Cremnam aliaque castella cepit, deinde in Homonadenses progressus, necato eorum tyranno, uxoris tyranni dolo periit, 487, 32. Ciliciam Asperam tenuit, 572, 48.

Amyntor, Ἀμύντωρ, Ormenida, Ormeni f., frater Euæmonis, pater Phœnicis, 377, 2.

Amyrus, Ἄμυρος, Thessaliæ opp. ad Bœbeidem lacum, 380, 11. Situs incertus. Cum ruinis quæ sunt ad *Kastri* locum composuit Leakius.

Amythaonidæ e Pisatide et Triphylia in Argolidem profecti sunt, ubi cum Danai posteris regnum ita diviserunt ut ipsis Mycenæ, illis Argos regia esset, commune autem ambobus templum Heræum, 319, 51.

Amyzon, Ἀμυζών, Cariæ opp., 562, 21. Ruinæ in Latmi latere orientali ad viam qua a *Baſi* itur ad *Tchisme*.

Anabura, τὰ Ἀνάβουρα, sec. Artemidorum Pisidiæ opp., 488, 19. Hoc si recte habet, oppidum aliunde non notum est. Suspicor tamen eadem significari Anabura, quæ in Phrygia magna inter Synnada et Alandri fontes Livius 38, 5 memorat. Eo in tractu ruinæ exstant *Kirikin* dictæ, quas ad Anabura cum Hamiltono et Kieperto refero.

Anacharsis, e Scythis Nomadibus, unus septem sapientum, 251, 35; ejus inventa, *ib.*; vir ob morum et vitæ simplicitatem laudandus, 250, 24. Memoratur etiam 592, 21.

Anacreon Tejus, 549, 49; cum Polycrate versatus est, 545, 9. Teon urbem Ἀθαμαντίδα vocat, 541, 9. Laudatur 564, 27, et de Tartesso, 125, 10.

Anactorium, Ἀνακτόριον (ad *Cap Madonna*), Acarnaniæ opp., Nicopolis emporium, 386, 44 *sqq.* Distantia a Leucade et a templo Apollinis Actii, 388, 8.

Anacyndaraxes, Ἀνακυνδαράξης, Sardanapalli pater, 573, 32.

Anadatus, Ἀνάδατος, Persarum δαίμων, Anaitidis σύμβωμος θεός, 439, 10.

Anagnia, Ἀναγνία (*Anagni*), Latii urbs, 198, 24.

Anagyrasii, Ἀναγυράσιοι, Atticæ pagus, 242, 15.

Anaitis, Persarum dea, ejus σύμβωμοι. Omanus et Anadatus, 439, 9. Σάκαια festum ad fanum Zelorum in Cappadocia, 439, 12 (cf. 479, 9) et alibi, ubicumque ejus deæ fanum est, 439, 33. Anaitidem præcipue colunt Armenii; ejus templum in Acilisene, 456, 40. Virgines nobilissimæ ei dedicantur, *ib.* Templum Anaitidis (Ἀνέας codd.) prope Arbela, 628, 28. In templis ritus, 624, 18.

Anaphe insula, Λακωνίδι γείτων Θήρᾳ, 38, 30.

Anaphe, Ἀνάφη (*Anaphi, Namfio*), insula maris Cretici, cum templo Apollinis Ægletæ, 416, 4.

Anaphlystii, Ἀναφλύστιοι, Atticæ pagus, 342, 16. Ad Anaphlystum Paneum et Coliadis Veneris fanum, 342, 22.

Anapiæ et Amphinomi facinus egregium, 223, 33.

Anariaca, Ἀναριάκη, apud Uitios urbs, in quo oraculum incubantium, 436, 18.

Anariacæ, inter Amardos et Cadusios accolæ maris Hyrcani, 440, 38. 435, 5 *sqq.* 436, 8. Cum iis quidam Parrhasii, Prasii nunc dicti, cohabitasse feruntur, *ib.*

Anas, Ἄνας, fl. Iberiæ (*Guadiana*), 115, 3; ejus fontes et

Digitized by Google

cursus, 115, 4. In eodem in quo Tagus tractu oritur, 115, 17. Sicut Bætis, e Celtiberia profluit, 900 st. a Bæti distans, ut ait Polybius, 122, 48; 134, 35. Duo habet ostia navigabilia, 116, 33. Ab iis usque ad Sacrum promontorium 60 mill., ad Bætis ostium 100 mill., 116, 37. In eo non tam longe quam in Bæti fl. navigare licet, 118, 1. Adjacent ei montes metalla habentes, 118, 2. Anas Turdetaniæ limes occidentalis 115, 34; 116, 48. Quamquam etiam qui trans fluvium habitant Celtici alii, que Turditaniæ a nonnullis accensentur, 116, 48. Juxta Anam campi Bæturiæ, 118, 7.

Anaurus, Ἄναυρος, Thessaliæ fl. prope Demetriadem fluit, 375, 3. Est fluviolus qui inter Demetriadem et Iolcum (*Volo*) exit. V. Méxières *sur le Pélion et l'Ossa*, p. 40.

Anaxagoras physicus Clazomenius, Anaximenis discipulus; quem audierunt Archelaus physicus et Euripides poeta, 551, 30.

Anaxarchus cum Callisthene et Alexandro M. Homericorum carminum recensionem instituit, 508, 50.

Anaxenor, citharœdus e Magnesia ad Mæandrum; celebritas ejus habitique ei honores, 553, 36.

Anaxicrates scriptor de sinus Arabici longitudine, 627, 27.

Anaxilaus, Rheginorum tyrannus, 214, 21; isthmum Scyllæi munivit contra Tyrrhenos piratas, 213, 37.

Anaximander, Milesius, Thaletis disc., Anaximenis magister; 543, 1, inter primos geographiam attigit, I, 1; primus tabulam geographicam edidit, p. 5, 51.

Anaximenes, Milesius, Anaximandri disc., 543, 1; magister Anaxagoræ Clazomenii, 551, 31.

Anaximenes, rhetor Lampsacenus, 504, 43; laudatur de Milesiorum coloniis, 542, 34. Colonias in Erythræa esse refert, 504, 34.

Ancæus in Samo regnavit, 540, 21.

Ancara, Ἄγκαρα, Italiæ opp. V. sub. v. Ἄκαρα.

Anchiale, Ἀγχιάλη, Ciliciæ urbs, condita a Sardanapallo, cujus ibi monumentum, 573, § 9. Anchiale, et Tarsus eodem die a Sardanapallo condita, 573, 33. Ponenda videtur Anchiale ad fluviolum qui exit inter vicos *Karasin* et *Karadimar* (v. Leake, *As. min.* p. 214).

Anchiale (*Akiali*), ad Pontum Apolloniatarum opp., 265, 22.

Anchialus, Mentæ pater, 391, 52.

Anchises cum Æneа in Italiam venit, 190, 45. Cf. Æneas.

Anchoe, Ἀγχόη, locus Bœotiæ prope Larymnam quo Cephissus e terra erumpit; est etiam lacus cognominis, 349, 23.

Ancona, Ἀγκών, græca urbs in Piceno, a Syracusanis Dionysii tyrannidem fugientibus condita, 200, 48. Ejus situs; vino et frumento abundat, 200, 50. A Pola distat stadia 800, 261, 24. Ejus a Gargano distantia, 236, 38. Memoratur urbs sæpius, ut 175, 42 et 47; 176, 15; 189, 18; 200, 37.

Ancora anceps, Anachæsidis inventum, 251, 38.

Ancus Martius rex Lucumonem familiarem habuit, 183, 7. Cœlium collem et Aventinum Romæ urbi adjecit, 195, 20. Ostia condidit, 193, 24.

Ancyra, ἡ Ἄγκυρα, Phrygiæ urbs Lydiæ vicina, sicut Blaudus; sita est in Abaitide regione prope fontes Macesti fluvii, 486, 4; 493, 37. Ruinæ in colle ad lacum *Simaw Gol*, ex quo prodit *Simaw-Su* (Macestus), et vicum *Kilisse-Koi*.

Ancyræ, ἡ Ἄγκυρα, urbs et castellum in ea Phrygiæ parte quam Tectosages Galatæ occuparunt, 155, 46; 486, 3. Nunc *Angora* sive *Engareh*.

Andania, Ἀνδανία, Arcadiæ urbs, quæ olim Œchalia vocabatur, sec. Demetrium Scepsium, 291, 33; 309, 38; 385, 3. Ruinas prope *Suadani* vicum sitas anno 1840 detexit Ernestus Curtius (v. ejus librum *Der Peloponnesos*, tom. II, p. 133).

Andetrium, Ἀνδήτριον, Dalmatarum castellum, 261, 54. *Mandetrium* ap. Plin; *Andretium* in Tab. Peuting.; Ἀνδέτριον ap. Ptolem. 2, 17, 11; Ἀνδήριον ap. Dion. Cass. 56, 12. Locum cum *Clissa* prope *Salona* sita componit Groskurdius; quod ferri nequit. Sec. Tab. P. situs erat in via a Promona ducente Salonam, ab hac 16 millia distans, adeo ut Andetrium prope hod. *Verba* quærendum sit.

Andera, τὰ Ἄνδειρα, Lelegum urbs in Troade, 60 stadia a Thebe distans, ad quam lapis pseudargyrum præbens reperitur, 521, § 56; 524, 48. Prope urbem est fanum Matris deorum Andirenæ et antrum cuniculi in modum usque ad Palæam vicum 130 stadia distantem pertinens, 525, 18. Situs locus fuerit ad montem *Ai Kajassi Dagh*. Exstat sane non longe ab Adramyttio dissitus *Derelu* vicus, qui tamen ad nostrum locum vix referendus sit.

Andirus, Ἄνδιρος, Troadis fl. e Caresene regione in Scamandrum influit, 515, 43. Quinam sit parum liquet. Kiepertus in tab. sua Andirum dicit maximum illum Scamandri affluentem, qui a Cebrene occasum versus est. Quum tamen e Caresene regione deferri dicatur, nescio an magis versus ortum ponendus sit.

Andræmon, Ἀνδραίμων, Pylius Colophonem condidit, 541, 5.

Andizetii, Ἀνδιζήτιοι, Pannonum gens, 261, 8. *Andizetes* apud Plin. 3, 28.

Ἀνδρεῖα, apud Cretenses syssitia vocantur, 413, 53; 412, 48.

Andriace, Ἀνδριακή, Thraciæ urbs Pontica ad Salmydessum, 265, 30. Situs non notus.

Andriclus, Ἀνδρικλος, Ciliciæ mons, 571, 38. Intellige montium tractum, qui pone Selinuntis regionem assurgit in 8000 pedem altitudinem.

Andro, Ἄνδρων, historicus, Dulichium ad Cephalleniam pertinuisse censet, 392, 10. Dores e Doride Thessaliæ ad Parnassum et in Cretam migrasse refert, 408, 38. Laudatur de Nisi Pandionidæ ditione, 337, 14.

Androclus, Ἄνδροκλος, Codri f. legitimus, Ioniæ coloniæ dux, Ephesum condidit, 540, 24; posteri ejus reges dicti, *ib.* Cares et Leleges Epheso ejecit, 546, 48.

Andromache, Eetionis f., in Thebe Hypoplacia nata, 500, 37. Hectoris uxor; postea apud Molossos regnavit, 509, 1.

Andromeda ad Iopen Phœniciæ exposita, 35, 44; 646, 4.

Andronicus, peripateticus, Rhodius, 559, 36.

Andropompus, Lebedum Ioniæ condidit, Arti loco occupato, 541, 5.

Androsthenes, Thasius, Nearchi comes fuit, et pro se seorsim juxta Arabiam in sinu Persico navigavit; laudatur de Persici sinus longitudine juxta Arabiam, 652, 4; de Icaro insula, 652, 10.

Andrus, Ἄνδρος (*Andro*), una ex Cycladibus, 417, 5, 418, 11. Andriis imperarunt Eretrienses, 384, 50. Andriorum colonia Acanthus in Thracia, 859, 21.

Aneæ, Ἀνέας (*i. e. Anaitidis*) templum non longe ab Arbelis dissitum, 628, 28.

Anemolia. V. Anemoria.

Anemoria, Ἀνεμώρεια, nonnullis Ἀνεμώλεια, Phocidis opp., unde nomen habeat; in finibus situm ditionis Phocensium et Delphorum, quo tempore Delphi suam seorsum remp. habebant, 363, 30.

Anemurium, Ἀνεμούριον (*Anamur*), Ciliciæ pr., a Crommyo Cypri pr. 350 st., a Pamphyliæ finibus 820, a Solis 1500 stadia distat, 571, 39; 582, 8.

Anemurium, aliud Ciliciæ promontorium, quod inter Colycadni ostium et Corycum ponitur, 572, 31. Fuit igitur promontorium quod est prope hod. *Perschend*, alibi, quantum sciam, non memoratur.

Digitized by Google

Anias (Aroanius?), Arcadiæ fl. ad Pheneum terram subiens, et, nisi forte obturati sunt meatus subterranei, in Ladonem emergens, 334, 14.

Anigriadum (Ἀνιγριάδων) nympharum in Triphyliæ litore antrum, 297, 45. Prope id fons et locus palustris ac uliginosus; de eo fabulæ, 298, 6.

Anigrus, Ἄνιγρος, Triphyliæ fl., olim Minyeus vocatus, 298, 2. Ejus natura, 298, 9. Prope eum Iardani pratum et sepulcrum, 287, 37. Fluvius e *Smerna* monte ortus exit nunc in *Kaiffa* paludis partem meridionalem. V. Curtius *Peloponnes.* 2, p. 81.

Anio Ἀνίων (*Teverone*), Latii fl. ab Alba latina urbe profluens in Tiberim defertur, 196, 2. Ad Tiburem de excelso loco in convallem se dejicit, dein feracem vallem perlabitur juxta secturas lapidis Tiburtini et Gabini; eadem in valle Albulæ aquæ, 198, 40.

Ἀννίβας. V. Hannibal.

Anniceris, Ἀννίκερις, Cyrenæus philosophus, qui Cyrenaicam philosophiam emendavit et de se Anniceriam dixit, 711, 9.

Annus. Ejus rationes accuratius primi constituerunt sacerdotes Diospolitani, 685, 18; a quibus sua acceperunt Græci, 685, 27.

Anonymi poetæ versus, 83, 3; 575, 41.

Anseres non habet Arabia felix, 653, 46.

Antacæi pisces, 255, 20.

Anthæi sepulcrum ad Lyngem in Africa; ossa cadaveris quanta sint a Sertorio reperta, 703, 53.

Antalcidæ pax, 238, 29.

Antandrus, Ἄντανδρος (Ruin. ad *Kanaklu* vicum), Troadis urbs, quæ a Lelegibus tenebatur, ut Alcæus ait, vel, sec. Demetrium, Lelegum ditioni adjacebat, 518, 41. Antandri regionem spectant Olympi, quattuor Idæ montis colles, 403, 50. Antandro superjacet Alexandria mons et Aspaneus forum, 519, 8. In vicino est Cilla, 523, 34. Antandrii fano Dianæ Astyrenæ præerant, 524, 41.

Antemnæ, Ἀντέμναι, prope Romam vicus (in colle prope Anionis et Tiberis confluentes), 191, 41.

Antenor Menelaum hospitio excepit; ob id ipsius ejusque filiorum domus a Græcis non direpta, 520, 1; e bello Trojano cum Henetis in Venetiam Italiæ venit, 176, 37. Henetorum expeditioni se adjunxisse et ad Adriæ recessum consedisse proditur, 466, 5. Cum filiis et Henetis Troja in Thraciam, hinc ad Adriam profectus est, 520, 5. In Italiam trajiciens inter socios habuit Ocelam, 130, 32. Cf. de ejus peregrinatione 40, 36. 134, 26.

Antenoridæ in Dardania Troadis, 510, 40. *cf.* 520, 6.

Anthea, Ἄνθεια, Messeniæ urbs ab Homero memorata nonnullis est Thuria, aliis Asine, 309, 46.

Anthedon, Ἀνθηδών (Ruinæ non longe ab hod. *Lukisi*), Bœotiæ opp. et portus, 347, 36; ἐσχατόωσα ap. Homerum, 13, 26. Ab Ægis Eubœæ 120 stadia distat, 347, 46. Anthedonius Glaucus, 347, 53. In Anthedonia regione Messapius mons, 347, 50, et Isus locus, 448, 1.

Ἀνθήλη, planta palustris in lacubus Etruriæ, 188, 43.

Anthemis, Ἀνθεμίς (Anthemûs, Ἀνθεμοῦς, 544, 31), priscum Sami ins. nomen, 393, 1.

Anthemusia Ἀνθεμουσία, Mesopotamiæ regio, circa quam Aborrhas fl., 636, 42. Ad eam Euphratem transire solent, 636. 46.

Anthes in Argolide rex post Pelopidarum adventum navibus avectus Halicarnassum condidit, 321, 50, cum Trœzeniis, 560, 31.

Anthropophagi, Hiberniæ incolæ, 167, 24, Scythæ, 167, 29, et per obsidionum necessitates etiam Galli et Hispani, 167, 30.

Anticasius, Ἀντικάσιον ὄρος, mons Syriæ, 640, 7.

Anticinolis, Ἀντικίνωλις, Ponticæ oræ opp., oppositum Cinoli (*Kinolu*) 467, 12.

Anticites, Ἀντικείτης (unum ex *Kuban* fl. ostiis), fl. a Rhombite minore 600 stadia distans in Mæotidem exit, 423, 45. Ab eo ad Cimmericum 120 stadia *id.* Anticitæ brachium in Corocondamitidem paludem influens insulam efficit; nonnulli fluvium Hypanim (*Kuban*) vocant, 424, 27.

Anticirrha. V. Anticyra.

Anticlides de Pelasgis laudatur, 184, 36.

Anticragus, Ἀντίκραγος, Lyciæ mons, in quo Carmylessus opp., 568, 5.

Anticyra, Ἀντίκυρα et Ἀντίκιρρα, Maliacæ sive Œtææ regionis oppidum, ad Spercheum fl., helleboro clara, 359, 22; 367, 48; 372, 48; ibi optimus nascitur helleborus, 1359, 22.

Anticyra, Phocidis opp. (*Aspra Spitia*), ad Crisæum sinum, 359, 21. Helleborum ibi melius apparatur quam in Anticyra Maliaca, *ib.*; adhuc durat urbs, 359, 28; 357, 32.

Antigonia, Ἀντιγονία, priscum Nicææ Bithyniacæ nomen, 484, 32.

Antigonia, Troadis urbs ab Antigono in Troade condita, a Lysimacho aucta et Alexandria denominata, 508, 11; 511, 2. V. Alexandria Troas.

Antigonia, Syriæ ab Antigono condita; habitatores ejus a Seleuco Antiochiam transducti, 638, 36.

Antigonus, Philippi f., Nicæam Bithyniæ condidit, quam Antigoniam nominavit, 484, 31; 508, 13 Scepsios et Cebrenos in Antigoniam transtulit, 519, 39; 511, 1. Antigoniam in Syria condidit, 638, 36. Ab eo defecit Eumenes, 573, 42.

Antigonus (Gonatas). Ei Acrocorinthum Aratus ademit, 330, 51.

Antilibanus, Ἀντιλίβανος (*Djebel ech Churki*), cum Libano Cœlesyriam includit; ejus situs, 642, 41.

Antilochi herois sepulcrum ad Sigeum, 510, 8.

Antimachus, Eleæ incolas universos Epeos et Caucones vocat, 296, 53. Laudatur, 312, 40; 332, 50; 351, 34; 503, 26.

Antimenidas, Mytilenæus, Alcæi frater; Babyloniis auxilians magnum certamen sustinuit, 527, 42.

Antimnestus, Ἀντίμνηστος, Chalcidensium Rhegii conditorum dux, 214, 5.

Antiochia, Ἀντιόχεια ἡ ἐπὶ Δάφνῃ (*Antakiah*), Syriæ caput, 638, 41; in Seleucide tetrapoli; primam ejus partem Seleucus Nicator condidit deque patre suo nominavit; alteræ partes tres a quibusnam adjectæ sint, 638, 32. In eam traducti sunt Antigoniæ habitatores, 638, 36, et Argivi quorum majores, Triptolemi comites, ad Orontem olim consederant, 638, 45. Triptolemum ut heroem Antiochenses colunt, *ib.* Per Antiochensem agrum fluunt Arceuthus, Orontes et Labotas, 639, 44. Antiochensis agri castellum Pagræ, 639, 45, et Meleagri vallum et Œnoparas fl., 639, 47. Quadraginta ab urbe stadia abest Daphne vicus, 639, 5; urbem præterfluit Orontes, 639, 25; ad cujus ostia unius diei navigatio, 639, 29; ad Seleuciam sunt stadia 120, 639, 28. Antiochiæ ad Daphnen Nicolaus vidit legatos, quos Porus ad Augustum misit, 612, 39.

Antiochia ἐπὶ Μαιάνδρῳ, Cariæ urbs, 538, 50; 566, 16; 554, 7; Diotrephis sophistæ patria, 539, 6. Ficus agri Antiocheni, 539, 4. Ruinæ urbis prope confluentes Mæandri et hodierni *Kara-Su.*

Antiochia Margianæ (*Merv*) ab A. Sotere condita, 442, 40.

Antiochia Mygdoniæ i. q. Nisibis, 636, 5.

Antiochia ἡ πρὸς τῇ Πισιδίᾳ (*Jalobatch*), Phrygiæ magnæ urbs, 494, 12. Magnetum colonia; quam liberam

Digitized by Google

servarunt Romani, 494, 14. Tenuit eam Amyntas, 487, 32. Prope urbem fanum Menis Ascæi, 477, 17.

Antiochis, Achæi f., Attali uxor, Attali I regis mater, 533, 30.

Antiochus (Syracusanus, historicus) Campaniam habitatam dicit ab Opicis, qui etiam Ausones dicti sint, 202, 13. Quænam tradat de Italiæ sive Œnotriæ regionis limitibus, 211, § 4. Siculos et Morgetes e Rhegii regione ab Œnotris pulsos in Siciliam migrasse ait, 214, 21. Laudatur de originibus Veliæ, 210, 16; Rhegii 214, 3; Crotonis, 218, 3; Tarenti, 231, § 2; de Siritide, 219, 42; de Metaponto, 220, 1 et 17.

Antiochus, Seleuci Nicatoris pater; ab eo nomen habet Antiochia urbs, 638, 27.

Antiochus Soter Margianam 1500 stadiorum muro includit, et Antiochiam in ea condit, 442, 40. E Celænis incolas in Apameam Phrygiæ urbem transduxit, quam sic nominavit de matre Apame, 494, 52. Ad Sardes ab Eumene I prœlio vincitur, 533, 27.

Antiochus Hierax contra Seleucum Callinicum fratrem belligerat, 642, 13.

Argos, Ἄργος, Homero dicitur et urbs et Peloponnesus et tota etiam Græcia, quum omnes Græcos Argivos vocet; epithetis vero ita utitur ut Ἄργος Πελασγικὸν dicat Thessalium, Ἄργος Ἴασον et Ἀχαϊκὸν Peloponnesum, 317, § 9. Communiter dixit Ἄργος ἵππιον, ἱππόβοτον, 318, 2. Argos Peloponnesus ap. Homerum, 319, 37. Argos, vetus Peloponnesi nomen; deinde Peloponnesus dici cœpit Argos Achaicum, 313, 41. Cf. Achæi. Urbium Argolicarum ap. Hom. catalogus, 320, 30. Et regio Argos et urbs Argos aquæ copiam habet; nonnulli ut ἄνυδρον Ἄργος fingerent, seducti sunt prava interpretatione verborum Hom. πολυδίψιον Ἄργος, 318, 28. Advenientibus e Pisatide et Triphylia Amythaonidis iisque Danai posteris permixtis, regiæ erant duæ, Argos et Mycenæ, commune autem templum Heræum, 319, 50. Post Heraclidarum reditum Argolidem obtinuerunt Temenus et Cissus, 334, 50. Argivi, Ἀργεῖοι, omnes Græci Homero, 317, 40, ob Argorum claritatem, 319, 82, vel omnes belli Troj. socii, 29, 15. — Argivi Messeniorum contra Lacedæmonios socii, 310, 53. Eorum et Lacedæmoniorum de Thyrea controversia, 54, 40. Argivi 300 ad Thyreas cum totidem Lacedæmoniis pugnantes Othryadæ strategemate vincuntur, 323, 31. Mycenas diruerunt, 320, 25, agrumque diviserunt, 324, 28; complures Argolidis urbes ob rebellionem incolis nudarunt, 320, 47. Argivi pro Naupliensibus ad amphictyoniam Calauriæ contribuebant, 321, 35. Cur Harmatis, Bœotiæ vici incolis ἰσοπολιτείαν concesserint, 347, 21. Pyrrhum non admiserunt, sub aliis tamen regibus fuerunt, 323, 50; Achaici fœderis socii in Romanorum venerunt potestatem, 324, 3. Argivi, Triptolemi Io quærentis comites, in Cilicia Tarsum condunt; alii ad Orontem considunt, unde ejus posteri in Antiochiam conducti sunt, 638, 49. Argis coloniam in Argos Pelasgicum Thessaliæ duxit Abas, 370, 24. Argivi Æginam frequentarunt, 323, 6. Tralles in Caria condiderunt, 554, 28; Aspendum in Pamphylia, 569, 49; Curium in Cypro, 582, 39. Argivus Phido, 307, 40. Argolidis collis, Eubœa, 386, 14. Argolici ἕξι, 333, 32. — Argos urbs. Ejus situs; Larisa arx; Jovis templum; Inachus fluvius, 318, 21 (unde Ἄργος Ἰνάχειον, 333, 2). Argos a Temenio 26 stadiis, 316, 43; ab Heræo 40; a Mycenis 50 stadiis, 316, 44. A Nemea distantia, 324, 42. Argos apud Mycenas situm, Pelasgorum patria sec. Æschylum, 184, 28. Arcem condidit Danaus, 319, 25, cujus est in foro sepulcrum, Palinthus, 319, 31. Urbs puteorum copia instructa, quorum inventio Danai filiabus deberi fertur; quattuor eorum sacri sunt, 319, 18; puteorum fossionem docuit Danaus ob id rex creatus, 19, 30. Altero regno Amythaonidarum constituto, Argos erat Danaidarum regia, illorum vero Mycenæ; templumque utrisque commune Heræum, 320, 4. Argis et Mycenis imperabant Sthenelus et Eurystheus, 324, 18. Argos urbs initio Mycenis superior, deinde, Pelopidis in illas commigrantibus, inferior, 320, 8. Post reditum Heraclidarum Argos denuo caput erat; denique ab Argivis

Digitized by Google

Mycenæ dirutæ, 320, 21. Argos, antiquitus quam Sparta celebrior, 323, 74. Urbs fœderi Achaico se adjunxit, 331, 4. Ante muros ejus urbis cecidit Pyrrhus, 323, 51. Urbs etiamnum constat, secunda a Lacedæmone, 324, 4.

Argos Amphilochicum, Ἄργος τὸ Ἀμφιλοχικόν (*Neochori*), Acarnaniæ urbs, 387, 1, ab Alcmæone condita, et de fratre ejus Amphilocho dicta, 397, 20; 225, 50. Alcmæon conditor in fratris Amphilochi honorem nomen urbi indidit, sec. Ephorum; sec. Thucydidem vero ipse Amphilochus de se urbem vocavit, 270, 45; 397, 20. Argos e borea fertur Inachus fluvius sec. Hecatæum, 262, 50.

Argos Hippium, deinde Argyrippa, nunc Arpi, Ἄργος τὸ Ἵππιον, ἡ Ἀργυρίππα, Ἄρποι (*Arpino*), Apuliæ urbs, a Diomede condita, 235, 43, 179, 6. Urbis navale ad Aufidum fl., 235, 39.

Argos Oresticum, Ἄργος Ὀρεστικόν, in Orestiade Epirotica ab Oreste conditum, 271, 16.

Argos Pelasgicum, Ἄργος Πελασγικόν, Thessalia ab Homero vocatur, 317, 42; ea Thessaliæ pars sic dicitur quæ est inter ostia Penei et Thermopylas usque ad montana Pindi, quod Pelasgi loca ea obtinuerunt, 184, 9. Ap. Homerum dici alii censent urbem, olim juxta Larisam sitam, non amplius superstitem, alii vero campum Thessalorum, cui nomen dederit Abas, ex Argolide eo coloniam deducens, 370, 21; 369, 50.

Argos, ὁ Ἄργος, Cappadociæ castellum ad Taurum, 460, 21. Aliunde non notum. *Arca* locum (hod. *Arga*) in Melitene habent Itineraria, qui num ad nos pertineat, nescio.

Argous, Ἀργῶος, Æthaliæ ins. portus (*Porto Ferrajo*) ab Argo navi dictus, 186, 37.

Argura, Ἄργουρα, olim Argissa, ad Peneum opp. Thessaliæ, 378, 2; 40 stadiis dissita ab Atrace, *ib.* Situm fuisse locum in tumulis qui non longe a Larisa urbe sunt, suspicatur Leakius.

Argyria, Ἀργυρία, Troadis pagus Scepsi et Æsepo vicinus, 472, 48; ad dextram Æsepi inter Polichnam et Palæscepsin (quæ sunt ad lævam Æsepi), modo fides habenda sit Demetrio, 516, 26. Locus componendus cum argenti fodinis quæ sunt ad locum *Gumuch Maden*.

Argyrippa. V. Argos Hippium.

Argyrûs m., Ἀργυροῦν ὄρος, in Bætica (*Argentario*), 122, 47.

Argyrusci. V. Aurunci.

Aria, ἡ Ἀρία, Asiæ regio, Arianæ pars, rigatur Ario fl.; finitima Bactrianæ et Margianæ; ab Hyrcania 6000 stadia distat; συντελὴς ei Drangiana, nec non Arachosia; longitudo Ariæ et latitudo; urbes Artacaena, Alexandria, Achaia (?), 442, *cap.* 10; 61, 6; 438, 40. Vinum Ariæ; 442, 19, in vasis non picatis durans per triennium, 61, 3. Arios inter et Hyrcanos Tapyri habitant sec. Eratosthenem, 440, 36. Regionem eorum transit Alexander, 616, 44. Via ex Aria Prophthasiam ducens, 616, 3.

Ariamazæ rupes, Ἀριαμάζου πέτρα, i. q. Oxi petra, q. v.

Ariana, ἡ Ἀριανή, prima pars regionis, quæ post Indum Persis obtemperat, 613, 1. Ejus limites sec. Eratosthenem, 613, 3; 615, 41. Cf. 60, 40; 85, 12. Adjacentes ei populi, 616, 30. Arianæ nomen etiam ad partem quandam Persarum et Medorum et septentrionalium Bactriorum et Sogdianorum extendi potest, 616, 15. Primum in Ariana meridionali habitant Arbies, dein Oritæ, tum Ichthyophagi, tum Carmanii usque ad Persidem, quorum populorum ora est stadiorum 13900, 613, 14. Arianis quasdam regiones ad Indum sitas Alexander M. ademit et peculiares civitates constituit; easdem postea Seleucus Nicator Sandrocotto dedit, 616, 27; 587, 28. Arianam obtinuerunt Græci Bactriæ reges, 442, 50. Male culta est regio quam incolunt barbari variarum nationum, a montibus usque ad Gedrosiam et Carmaniam, 107, 40. Ariani, sec. Eratosthenem, virtute præstantes, 54, 38; similes Assyriis, Syris, Arabibus, Armeniis, 34, 50.

Ariarathes, pater Stratonices, quæ uxor fuit Attali, 533, 50; primus appellatus est rex Cappadociæ; Cataoniam et Melitenen regno suo adjecit, 457, 37; fauces quibus Melas in Euphratem (deb. in Halyn) influit puerilis lusus causa obstruxit, 461, 43. Idem Carmalæ alveum apud Herpa obstruxit, 462, 1.

Aricia, Ἀρικία (*Ariccia*), Latii opp., 192, 43, a Roma 160 stadiis dissitum, 199, 36. Aricinæ Dianæ templum, lucus, lacus, cultus, 199, 43. Aricini, 192, 35.

Aridæus cum Perdicca in Ægyptum venit, et hinc in Macedoniam discessit, 675, 15.

Arietes Sardiniæ, μούσμωνες dicti, lanæ loco pilum caprinum habent, 187, 40. Cf. Oves.

Arimaspi, Ἀριμασποί, unoculi apud Scythas esse feruntur in Arimaspeis carminibus Aristeæ, 17, 45; Cf. 435, 21 et v. Cyclopes.

Arimi, Ἄριμοι, apud quos Typhonis cubilia esse Homerus dicit, aliis ponuntur in Lydia, aliis in Cilicia vel in Syria; Demetrius Scepsius eos collocat in Mysia Catacecaumena, 535, 37; 496, 27. Pindarus Pyth. 1, 31 *sqq.* diversa miscet, 535, 46. Nonnullis (ut Posidonio, 667, 35) Arimi sunt Aramæi sive Syri, quibus Ciliciam Cilices eripuerunt; Callisthenes eos prope Calycadnum et Sarpedonium promontorium et antrum Corycium ponit ab iisque vicinos montes vocari Arimos dicit, 536, 8. De Arimis fabula ad Orontis fl. regionem ponitur, 639, 19.

Arimi montes, Ἄριμα ὄρη, in Cilicia, 536, 13.

Ariminum, Ἀρίμινον (*Rimini*), ab Umbris habitatur, 189, 10; 180, 37; coloniam Romanorum accepit, 180, 37. Ad eam usque Umbri pertinent, 182, 31. Portum urbs habet et fluvium cognominem (*la Marecchia*), 180, 39. A Placentia 1300 stadia distat, 180, 40; a Ravenna 300 stadia, 189, 25. Ab ea urbe Bononiam itur in via Æmilia et Romam via Flaminia, 181, 15; 189, 26, in qua usque ad Ocriculum et Tiberim sunt 1350 stadia, 189, 26. Ad Ariminum latus Italiæ orientale angulum habet, 175, 16. Cf. etiam 175, 15 et 20 et 42 et 47; 176, 14; 180, 30; 189, 19; 200, 37.

Arimus, Ἀριμοῦς, Catacecaumenes rex, sec. Xanthum, 537, 20.

Ariobarzanes, Ἀριοβαρζάνης, a Cappadocibus rex creatur; stirps ejus in tertia generatione defecit, 463, 18.

Arion, Ἀρείων, Adrasti equus, 347, 19.

Arion, Ἀρίων, Methymnæus citharœdus; quæ de eo prodat Herodotus, 528, 39.

Arisba, Ἀρίσβα, urbs Troadis (*Moussa?*) in Asii ditione, fortasse Asii regia, ad Selleentem fluvium (*Moussa-Tchai?*); de situ urbis, ab Homero memoratæ, non constat, nisi quod circa Abydum et Lampsacum et Parium quærendus est, 505, 10. Arisba Milesiorum coloniam accepit, 542, 38.

Arisba Lesbi urbs fuit, cujus agrum nunc Methymnæi tenent, 505, 28.

Arisbus, Ἄρισβος, Thraciæ fl., in Hebrum incidens, prope quem Cebrenii Thraces, 505, 29 et 35.

Aristarche, Dianæ ap. Massilienses sacerdos, 149, 5.

Aristarchus cum Cratete in arte grammatica κορυφαῖος, 25, 23. Æqualis Demetrii Scepsii, 521, 25; Menecratis Nysæensis magister, 555, 34. Homeri de Æthiopibus bifariam divisis sententiam falsam esse contendit, improbante Strabone; idem alia multa Homerum de locis falsa afferre ait, 26, 10 *sqq.* Quomodo in Od. 1, 24 legi voluerit, 15, 28; 85, 34.

Aristeas, Proconnesius sec. nonnullos Homeri magister, 545, 44; in Arimaspeis carminibus Arimaspos unoculos fuisse tradidit, 17, 45.

Digitized by Google

Aristides pictor Bacchum pinxit, quem Corintho Mummius Romam abstulit, 327, 33.
Aristio, Atheniensium tyrannus, a Sylla supplicio affectus, 342, 7.
Aristippus Socraticus, Cyrenæus, Cyrenaicæ sectæ auctor, pater Aretæ, avus Aristippi metrodidacti, 711, 5.
Aristippus Cyrenæus, Aretes filius, metrodidactus cognomine, matri in schola Cyrenæa successit, 711, 8.
Aristo, peripateticus, Bionis Borysthenitæ imitator, Iulide in Ceo ins. natus, 417, 45. De Nilo scripsit; libro ejus usus esse videtur Eudorus, quamquam hic Aristonem furti incusat, 672, 19. Magister Aristonis Coi, 561, 41.
Aristo Cous, Aristonis Coi discipulus, 561, 41.
Aristo stoicus philosophus Athenis floruit tempore Eratosthenis, qui magni eum fecit, p. 12, 22.
Aristo Rheginus citharœdus. Ejus cum Eunomo Locrensi certamen in Pythiis ludis, 216, 36.
Aristobulus laudatur de Hyrcania, 436, 42; de Polytimeto Sogdianæ fl., 444, 14; de Sardanapalli monumento, quod est Anchiales, 573, 28; de imbrium ratione in India, 589, § 17; de rebus quibus India similis sit Æthiopiæ et Ægypto, et quibusnam sit diversa, 590, § 19; de fluviorum in India exundationibus, 590, 21; de oryzæ in India cultura, 590, 31; de Indiæ arboribus, 592, 5. Campos Indiæ complui negat, 593, 1. Laudatur de Indi ostiis, 597, 34; de serpentibus Indiæ, 601, 54; de Indi crocodilis deque piscibus marinis, qui per fluvium ascendunt, 602, 11; de Brachmanibus duobus, quos Taxilis vidit, 607, § 61; de institutis quibusdam Indorum in Taxilæ regno, 608, § 62; de Cyri sepulcro, 621, 33; de Alexandro Euphratis fossas inspiciente et Arabiam invadere cogitante, 631, § 11; de Gerrhæorum commerciis, 652, 21; de piscibus qui e mari in Nilum ascendunt, 699, 45.
Aristobulus et Hyrcanus, Alexandri filii, de Judæorum imperio disceptantes a Pompeio dejecti sunt, 649, 19.
Aristocles, Rhodius, grammaticus, Straboni coævus, 559, 46.
Aristocrates, Orchomeni rex, Messeniis contra Lacedæmonios dux fuit, 310, 54.
Aristodemus Nysæensis, Menecratis filius, Sostrati frater, grammaticus, quem Nysæ audicit Strabo νέος παντελῶς, 555, 36; in Rhodo quoque et Romæ docuit, *ib.*
Aristodemus, alius Nysæensis grammaticus, consobrinus Aristodemi Menecrate nati, magister Pompeii, M, 555, 37.
Aristonicus post mortem Attali Philometoris, regnum sibi vindicare studet; belli contra eum gesti historia, 552, § 38.
Aristonicus, Strabonianæ ætatis grammaticus, περὶ τῆς Μενελάου πλάνης scripsit; capita ejus disputationis exposuit Strabo, 31.
Aristopatra, Cassandri mater, 598, 18.
Aristophanes (Pac. 1148) laudatur, 529, 18.
Aristoteles, Stagiri natus, 297, 47; 280, 40; Assi commoratus apud Hermeam, qui fratris filiam ei nuptum dedit, 525, 4 *sqq.*; magister Theophrasti et Phaniæ, 528, 30, et Neiei Scepsii, 520, 39; Chalcide mortuus est, 385, 13. Bibliothecam suam Theophrasto reliquit; bibliothecæ fata, 520, § 54. Aristoteles torridam zonam vocavit eam quæ intra duos tropicos est; nimiam eam faciens, quum bona pars ejus inhabitetur. Temperatas zonas eas dicit quæ sunt inter tropicos et circulos arcticos, 78, 19. Quomodo ventos distinxerit, 24, 7. De causa æstuum marinorum qui ad Hispaniam sunt, non recte disputavit, 126, 50. Ejus sententia de origine campi Lapidosi qui est ad Rhodani ostia, 151, 37. Lapides fluviales memorat ex arena formatos, qui imbribus liquescant, 218, 43. In Rebus publicis Acarnanum, Ætolorum, Opuntiorum, Megarensium et Leucadiorum de Lelegibus dixit, 267, 27. Laudatur de Cauconum sedibus, 297, 2; de Dryopibus, 321, 11; de Caribus in Epidauro et Hermione, 321, 53; de Chalcidensium coloniis, 384, 4; de Abantibus, 382, 23. Murum ad Græcarum navium stationem prope Trojam poetam et struxisse et delevisse dicit, 512, 18. Fidem denegat iis quæ de Sila Indiæ fluvio traduntur, 599, 25. Thrasyalcem physicum secutus, Nilum imbribus augeri prodidit, 672, 11. Laudatur etiam (Hist. nat. 10, 2), 592, 41.
Aristoxenus cum Pythagoreis musicam morum formatricem dicit, 13, 6.
Aristus historicus, Salaminius e Cypro, 582, 27, laudatur de Cyri sepulcro, 622, 7.
Arithmeticæ inventores Phœnices, 644, 52; 670, 5; *cf.* 644, 45.
Arius fl., Ἄριος (*Heri-rud*), Ariam rigans, 442, 43, sabulo absorbetur, 444, 18.
Arius, Ἄρειος, amicus Xenarchi Seleucensis, 572, 25.
Ariusia, ἡ Ἀριουσία, Chii regio vinum optimum ferens, 551, 12.
Arma Lusitanorum, 138, 4; Hispanorum, 135, 42; Gallorum, 163, 41; incolarum Sardiniæ, 187, 41; Rhoxolanorum, 254, 47; Albanorum et Iberum, 431, 15; Amazonum ad Caucasum, 432, 30; Massagetarum, 440, 2; Indorum, 610, 23; Persarum, 625, 15; Arabum, 665, 16; Æthiopum, 660, 30; 696, 30; 698, 14; Maurorum, 703, 10. — Armata saltatio. V. Saltatio.
Armene, Ἀρμένη (Ἀρμήνη Xenophon), Sinopensium pagus in Ponti ora, portum habet; de eo proverbium, 467, 13.
Armenia magna, Ἀρμενία ἡ μεγάλη, describitur XI, c. 14, p. 451 *sqq.* Sita est in Tauri montibus, 446, 35; 447, 52; 448, 52. Ejus fines, 451, § 1; *cf.* 107, 16 et 30 et v. Armeniorum Pylæ. Ejus magnitudo sec. Theophanem, 454, § 4. Ex Armenia in Iberiam aditus, 429, 35; flumina Phasis, Lycus, Cyrus, Araxes, Euphrates, Tigris, 453 § 2; 428, 49; 469, 20; 427, 20; Araxes Armeniam ab Atropatene distinguit, 448, 52; Apollodorus Araxe fl. Armeniam ab Iberia dirimi dicit, a qua potius separatur Cyro fl. et Moschicis montibus, 51, 5. Montes et convalles; montium trajectus periculosi; animalcula in nivis glebis, 452, § 4; 68, 17; 434, 15; lacus, 41, 30; 453, § 8. Armenia ἱππόβοτος, 450, 17. Ejus satrapa regi Persarum quotannis 20000 pullos mittebat, 454, 26. Metalla auri et sandycis, 454, 18; color Armenius, Ἀρμένιον χρῶμα, i. e. sandyx, 454, 21; equorum copia, 454, 22; loricati equites, *ib.* Opulentia regionis probatur Tigranis exemplo, 454, § 10. Armeniæ parte optima, Sacasene dicta, Sacæ potiti sunt, 439, 1. Armeniæ provinciæ Araxene et Sacasene; melle divites, 436, 32; 60, 51. Cambysene provincia Iberes et Albanos attingit, 430, 10. De ceteris Armeniæ provinciis vid. s. vv. Chorzene, Gogarene, Hyspiratis vel potius Syspiritis, Carenitis, Derxene, Acilisene, Odomantis, Sophene, Taronitis, Basoropeda, Phaunitis, Orchistene, Caspiana. Armenis ut plurimum parent Mesopotamiæ incolæ prætermontani, 636, 36. Armenii partem Moschicæ regionis tenent, 423, 9. Nonnunquam iis se adjunxit Adiabene, 634, 27. Ab Armeniis Symbacen receperunt Atropateni, 448. 45. Urbes Armeniæ Artaxata et Arxata, et castella Olane et Babyrsa et Artageræ, 453, § 6. Cf. v. Tigranocerta, Carthaciocerta, Azara, Caballa. — Armeniæ magnam partem peragrarunt Jason et Armenus Thessalus, a quo nomen regio habet; quasnam provincias socii Armeni incoluerint, 432, 6. Exposuerunt de his Cyrsilus et Medius historici, sicuti de vestitu Armenico a Thessalico repetendo deque aliis similibus, 454, § 12

Digitized by Google

sqq. De Jasone e Colchide in Armeniam penetrante *cf.* 40, 58. Iasonia in Armenia passim monstrantur, 451, 25; 38, 21. Possederunt Armeniam Persæ, ex iisque postremus Orontes, tum Macedones, Syriæ et Mediæ reges, 455, 49. Antiochi Magni præfecti ibi fuerunt Artaxias et Zariadres, qui, victo Antiocho, a Romanis reges creati suique juris facti sunt. Quomodo Armenia inter eos distributa sit, 456, 1. Armeniam olim parvam quomodo auxerint Artaxias et Zariadres, 453, 14. Cum regibus Armeniæ affinitatem contraxerunt reges Atropatenæ, 448, 29. Armenii nunquam in Parthorum venere potestatem, 634, 36. Rex eorum Artavasdes, 449, 19. (Cf. v. Tigranes.) Armeniæ majoris rex creatus est Polemonis et Pythodoridis filius, 476, 19. Nunc præsentia ducum Romanorum facile cohibentur Armenii, Albani et Iberi, 239, 25. Armenii, Syri et Arabes multum cognationis ostendunt, similesque eorum etiam Assyrii et Ariani, 34, 42. Nomen Armeniorum simile est illi Aramæorum, 35, 2. Mores in plerisque communes sunt Medis et Armeniis, 450, 47. Armenii Persarum sacra colunt, maxime Anaitidem, cui illustrissimi quique filias dedicant, quas diu stupratas nuptum dant, 456, § 16.

Armenia minor, ἡ μικρὰ Ἀρμενία, 452, 3; 463, 32; 470, 9; 578, 47; felix regio; reguli eam tenuerunt, quibus paruerunt Tibareni et Chaldæi. Antipater, Sisidis f., regno Mithridati Eupatori cessit, qui 75 ibi castella struxit, 475, § 28. Ab Acilisena Armeniam minorem dividit Euphrates, 475, 51. Conterminæ ei sunt Ponti regiones Culupene et Camisene, 479, 28. In Armenia min. Pompeius Nicopolin condidit, 476, 1.

Armeniorum pylæ, αἱ Ἀρμενίων πύλαι, sec. Eratosthenem distant a Thapsaco boream versus 1100 stadia; hoc enim spatium dimensum est; non item quod deinceps est per Gordyæos et Armenios; id Eratosthenes accuratius non definivit, Hipparchus vero 1000 minimum stadiorum esse dixit, 66, 40. Idem Eratosthenes stadia illa 1100 a Thapsaco pertinere ait μέχρι τῶν Ἀρμενίων ὀρῶν, 68, 17.— Pylas Arm. alius nemo memorat. Mensura ducit in regionem quæ est infra hodiernum *Gerger* (a Samosatis boream versus), ubi Euphrates ex ultimis Tauri rupibus prorumpit (circa 37° 53' lat.), ut ibi pylas illas quærendas esse pateat (V. Ritter 10, p. 970 et 871).

Armenium, Ἀρμένιον (i. q. Ὀρμένιον), Thessaliæ opp. juxta Bœbeidem inter Larisam et Pheras; inde oriundus Armenus Jasonis comes, 432, 6; 454, 49.

Armenus Thessalus, ex Armenio opp. oriundus cum Iasone Iberiam, Albaniam et Armeniam Mediamque adiit; socii ejus Acilisenen, Syspiritidem, Calachenen et Adiabenen incolis frequentarunt, 432, 6; 454, § 12.

Arminius, Ἀρμένιος, Cheruscorum dux, qui Vari legiones, violatis pactis, invasit et occidit et etiamnum bellum fovet; uxor ejus Thusnelda, Segesti filia, Segimunti soror, a Germanico in triumpho ducta, 242, 26. Cœptis ejus adversabatur socer Segestus, 242. 34.

Arne, Ἄρνη, Thessaliæ oppidum, sicut Itonus et Cuarius fl. prope Crocium campum fuisse dicitur, 374, 13. (Fuit igitur in Phthiotide non longe a sinu Pagasæo. Nihilominus sec. Strabon. Arne hæc, sicut Phyllus et Cierus, est Thessaliotidis urbs, 374, 14. Videlicet confundit cum Arne Phthiotica Arnen Thessaliotidis, ad quam item erat Minervæ Itoniæ fanum et Cuarius fluvius, et quam a Ciero (hod. vico *Mataranga*) non diversam esse e Stephano constat. Plura de his v. ap. Od. Müllerum *Zur Karte des nœrdl. Griechenlds* p. 18 *sqq.*). Cum Arnæis Boeoti remp. constituerunt, 344, 49; 353, 24. Arnæ vicina loca λευκόγαια sunt, unde etiam Titanus mons nomen habet, 377, 34.

Arne, Bœotiæ opp. apud Homerum, quod postea Acræphium vocabatur, alii vero Copaide lacu absorptam esse dicunt, 354, 45; 49, 35. Tertia quædam de hac Arne sententia, 355, 3.

Arnus, Ἄρνος (*Arno*), Etruriæ fluv.; inter eum et Ausarem confluentem Pisæ sitæ; ab Arretio descendit unus ejus alveus, cui alii duo accedunt, 185, 27. De confluentibus narratio, *ib.*

Arvanius. V. Anias.

Ἄρομα, Cariæ locus in Mesogide monte, unde optimus Μεσωγίτης οἶνος ὁ Ἀρομεύς, 555, 39.

Aromata Indiæ, 592, 30; apud Sabæos, 662, 30; in Gedrosia, 613, 45.

Aromatifera, ἀρωματοφόρος, regio Æthiopiæ extra fauces sinus Arabici, 658, 32; regio Arabiæ Felicis, 32, 45; 654, 17 sqq.; 662, § 19.

Arotrebæ, Ἀροτρέβαι, i. q. Artabri, 127, 39.

Arotria, Ἀρότρια, priscum nomen Eretriæ, 384, 59.

Arpi, Ἄρποι (*Arpino*), Apuliæ opp. Vide Argos Hippium.

Arpina, Ἄρπινα (Ἄρπινα?), Pisatidis ex octo urbibus, Olympiæ vicina, ad Partheniam fl., in via Heræam (Pheræam *codd.*) ducente, 306, 37. Sec. Pausaniam, oppidum, ab Olympia 20 stadiis distans, erat ad Harpinatem fl., qui est a Parthenia versus occasum.

Arrechi, Ἀρρηχοί (Ἀρριχοί ap. Ptolem.), Mæotarum gens, 425, 1.

Arretium, Ἀρρήτιον (*Arezzo*), Etruriæ urbs, 183, 19; a Roma 1200 stad., 183, 37.

Arrhabæus, e Bacchiadis genus ducens, Lyncestis imperavit, 271, 29: hujus e Sirra filia neptis Eurydice, *ib.*

Ἄρρινες, naribus carentes, Indiæ gens fabulosa, 58, 46.

Arsaces, Parnis Dais imperavit ad Ochum fl., unde profectus Parthyæam occupavit, 441, 40; E Daarum Scytharum gente oriundus; secundum alios Bactrianus, qui Diodotum fugiens, Parthyæam ad defectionem perduxerit, 442, § 3. Seleucum Callinicum fugiens ad Apasiacas se contulit, 440, 28.

Arsaces, res novas agitans, a Pharnacis regis filiis in Sagylio, Ponti arce, interficitur, 480, 11.

Arsacia, Mediæ urbs, non longe a Rhagis distans (ubi nunc *Scheri* ruinæ), quam Parthi appellarunt Europum sive Rhagas, 450, 7.

Arsacidarum amantes Parthi, 647, 37

Arsene, Ἀρσηνή, (Ἄρσισσα ap. Ptolem.), sive Thopitis, Θωπῖτις (*lac Van*), Armeniæ palus nitrosa, per quam Tigris fertur, 453, 54.

Arsenicum in Carmaniæ monte reperitur, 618, 31.

Arses Persa a Bagoa eunucho interfectus, 626, 34.

Arsinoe, Ptolemai II soror et uxor, condidit Arsinoen Ætoliæ, 395, 33. Lysimachi uxor, 547, 3, Philetærum falsis criminationibus apud maritum detulit, 533, 11.

Arsinoes Veneris sacellum in Zephyrio promont. inter Alexandriam et Canobum, 680, 28.

Arsinoe ejusque soror Cleopatra Cyprum ins. ab Antonio accepere, 584, 18.

Arsinoe, Ægypti urbs (*Ardcherûd* prope *Suez*) ad quam Nili fossa in sinum Arabicum exit; nonnulli eam Cleopatridem vocant, 683, 30. Cf. 683, 49 et 658, 29.

Arsinoe alia in ora sinus Arabici inter Philoteram et Myoshormum ex Artemidoro memoratur, 655, 12; hæc aliunde non nota; Letronnius ad Drepanum pr. sitam fuisse suspicatur; ego Artemidorum in serie nominum errasse et Arsinoen in præcedente articulo memoratam indicari puto.

Arsinoe, Ægypti urbs (*Medinet el-Fayum*), quæ olim Crocodilopolis, centum fere stadiis a labyrintho distans; crocodilorum ibi cultus, 689, 34.

Arsinoe, Æthiopiæ opp. in sinus Arabici ora ad Dire prom., portum habet, 658, 29.

Digitized by Google

Arsinoe, Ætoliæ urbs (*Angelokastro*), antea pagus, cui Conopa nomen; a quonam condita sit, 395, 31.
Arsinoe, Ciliciæ opp. inter Coracesium et Hamaxiam situm, 571, 28. Errat h. l. Strabo in eo quod Hamaxiam a Coracesio orientem versus ponit, quum opp. sit occasum versus (V. not. ad. Stadiasm. § 208 in Geogr. m. I, p. 487). Quod intermediam urbem attinet, aliunde non nota est; Stadiasmus post Coracesium memorat *Aunesin*, idem locus n. l. indicatur; num alteruter scriptor de nomine erraverit, an Aunesis certo quodam tempore (Artemidori sc.) Arsinoe dicta sit, non liquet. Hamaxia sita erat inter Coracesium et Aunesin in mediterraneis; quare in Stadiasmo pro periplûn ratione memoratur post oræ loca. Idem factum fuerit in fonte Strabonis; unde nasci facile error potuit de serie locorum.
Arsinoe, Ciliciæ urbs, inter Nagidum et Melaniam sita, 571, 46. Ruinæ prope hod. *Softi*.
Arsinoe, Cypri urbs, inter Acamantem et Solos, 483, 16. Hodie *Polis tou Chrysochou*.
Arsinoe, Cypri opp. et portus inter Salaminem et Leucollam situs, 582, 27 (Probabiliter hod. *Famagosta*).
Arsinoe, Cypri vel ἄκρα vel πόλις inter Zephyrium pr. et Hierocepin sita, navium stationem et templum habens, 583, 6. Aliunde non nota. Fuisse debet ad *Potamo tis Aschelias*.
Arsinoe sive Tauchira (*Tokra*), Cyrenaicæ urbs, 710, 20.
Arsinoe, per tempus aliquod Ephesi nomen, ab Lysimacho inditum, 547, 3.
Arsinoe per aliquantum temporis nominata est Patara Lyciæ urbs, auctore Ptol. Philadelpho, 563, 22.
Arsinoites nomus (*Fayoum*) Ægypti, Ἀρσινοΐτης νομός, 671, 13, præ ceteris memorabilis, 687, 33; in eo Mœridis lacus (*Briket el-Kerûn*), 687, 44, et labyrinthus, 689, 1.
Arsinus, Ἀρσῖνος, i. q. Ἐρασῖνος, Argolidis fl., 319, 9.
Arsites (?) (Ἀρήτινος codd.), Mithropastæ pater, 652, 38.
Artabazes, Apamæ pater, 494, 52.
Artabri, Ἄρταβροι, Lusitanorum ultimi boream et occasum versus, circa Nerium prom., 127, 28; 113, 41; 122, 20. Apud eos terram efflorescere argento et stanno et auro albo Posidonius ait. Colligendi ejus et lavandi ratio, 122, 20. Artabri Strabonis ætate Arotrebæ (Arrotrebæ Plin.) vocabantur, 127, 39. Multæ iis urbes sunt ad sinum (prope hod. *Corogne*), quem nautæ Artabrorum portum vocant, 127, 38. Inter Artabros et Tagum triginta fere gentes habitant, 127, 40. In alto Artabris objacent Cassiterides insulæ, 145, 45; 99, 17.
Artacaena, Ἀρταχάηνα, Ariæ urbs a conditore nomen habens, 442, 34. Situs incertus.
Artace, insula prope Cyzicum insulam ante Artacen montem sita, 493, 39.
Artace, Ἀρτάκη, mons in Cyzico ins., 493, 39.
Artace (*Artaki*), in Cyzico ins. oppidum, 498, 45; Milesiorum colonia, 542, 38.
Artacene (*Adiabene?*), Assyriæ regio in qua Lycus fl., 628, 26.
Artageræ, Ἀρταγῆραι (Ἀρτάγερα Zonar. 10, 36. Vell. Pat. 2, 102, *Artogerassa* Ammian. 27, 12.) castellum Armeniæ ad Euphratem, quod Ador præfectus ad defectionem perduxit, Cæsaris vero duces obsesserunt ceperuntque, 453, 40. Situs ignotus (V. Ritter 10 p. 84). Quodsi castellum hoc ex nonnullorum sententia componendum foret cum loco quem Ptolemæus Ἀρταγίγαρτα vocat, inter Arsamosata et Tigranocerta situm foret juxta Tigrim potius quam ad Euphratem. Sed hæc mera conjectura. In tabb. nonnullis *Artagera* (*Artagers* Arm.) ad Araxem notari video.
Artanes, Sophenus, a Zariadre genus ducens, austrinas Armeniæ partes et occidentales tenuit, 456, 10; a Tigrane oppressus est, *ib.*
Artavasdes, Tigranis f., 454, 36, Armeniorum rex, Antonio itineris dux, fraude sua in calamitatem Romanos conjecit, 449, § 4. Antonium Parthis prodidit; Alexandriam deductus et vinctus per urbem ductus, mox interfectus est, 356, 31. Artavasdæ equitatus loricatus, 454, 27.
Artaxata, Ἀρτάξατα, sive Artaxiasata (ruinæ *Ardachar*), Artaxiæ regi ab Hannibale condita; ad Araxem, 452, 19 et 37, 453, 30. Situs urbis, 453, 19.
Artaxerxis I (sub quo Xanthus historicus vixit) temporibus magna in Asia fuit siccitas, 41, 25.
Artaxerxis II medicus Ctesias Cnidius, 560, 17.
Artaxias, primum Antiochi M. in Armenia præfectus, deinde rex sui juris; ab eo genus duxit Tigranes, 456, 3.; 453, 15. Ei Artaxata urbem Hannibal condidit, 453, 30.
Artaxiasata, v. Artaxata.
Artemidorus Cnidius, Theopompi, qui Cæsaris amicus erat, filius, 560, 16.
Artemidorus Ephesius, geographus, a civibus Romam legatus missus, reditus quos Selinusia palus præbebat deæ consecrandos, publicani autem ad se rapuerant, ut restituerentur deæ, effecit; idem Heracleotidem civibus reddidit. His pro meritis statuam ejus auream cives in templo posuerunt, 548, § 26. In Sacro promontorio Hispaniæ fuit; cujus figuram cum navigio comparat; nullum ibi templum Herculis esse, sed lapides quosdam sacros exstare dicit, 114, 9. Solem in occiduo oceano videri centuplo quam alibi majorem et occidere cum strepitu, et post occasum statim irrumpere noctem tradit; quod refutat Posidonius, 114, § 5. Nonnulla eorum quæ Pytheam secutus Eratosthenes de Iberia prodidit, refellit, 123, 12. Laudatur de Odyssea Hispaniæ urbe, 130, 18; de Lotophagis, 130, 35. De Tarracone urbe contra Eratosthenem, 132, 32; de mulierum apud Hispanos ornatu, 136, 31; de Gymnesiarum insularum magnitudine, 139, 15. Agnoscit Junonis insulam ad Calpen montem; negat vero alteram ei objectam esse insulam, neque Abilycen novit montem neque Metagonium Numidiæ, ut Eratosthenes dixerat, 141, 32. Idem de fonte in Herculis templo Gaditano, 143, 21. Tria Rhodani ostia perhibet, 152, 29. De Aeria urbe Galliæ Narbon., 154, 8; de Duorum corvorum in ora Gallica portu 165, 18; de Proserpinæ et Cereris cultu in insula Britanniæ vicina, 165, 29. Falso ait Corsicam et Sardiniam 1200 a continente stadiis distare, 186, 31. Avernum Campaniæ lacum cum Lucrino sinu confundit, 204, 32. Laudatur de sinus Tarentini ambitu, 217, 36. A Pachyno ad Tænarum 4600 stadia, ab Alpheo ad Pamisum 1130 st. computat, 221, 49. Afferuntur ex eo distantiæ urbium oræ Iapygiæ a Brundusio ad Garganum, 236, 34 et 40. Ab Hebro et Cypselis usque ad Byzantium et Cyaneas 3100 stadia juxta oram esse censet, 284, 33. Laudatur de Epidauro Limera, 316, 31; de distantia quæ a Maleis ad Istrum sit via brevissima, 334, § 4; de Halo Thessaliæ, 572, 7; de sinu Pagasitico, 375, 6. Chalcim montem Ætoliæ Chalciam vocat, 395, 3; attamen quum Chalciam inter Acheloum et Pleuronem ponat, quod in Chalcidem non quadrat, fortasse Chalcias a Chalci diversus est, 395, 10. Artemidorus sæpius contra Polybium disputat, 399, 28. Quindecim insulas Cyclades numerat, 416, 49. Laudatur de Cretæ magnitudine, 407, 47; de ora Pontica a Batis ad Dioscuriadem, 426, 11; de Pisidiæ urbibus, 488, 17. Mysiam Olympicam Mysorum ad Istrum fl. habitantium coloniam esse dicit, 489, 35. De locis oræ, quæ est prope

Digitized by Google

Cumam, 531, 43; de Dianæ templo Ephesio, 547, 14 sqq.; de viis et urbium præcipuarum distantiis in Caria, Ionia, Phrygia, Cappadocia usque ad Euphratem. Quæ hinc ad Indiam est via recta, de ea Artemidorus cum Eratosthene consentit, 565, § 29. Ex Lyciæ urbibus 23, ex quibus τὸ Λυκιακὸν σύστημα constabat, sex maximas recenset, 567, 39. Ad Celenderin ponit Pamphyliæ et Ciliciæ confinia, 571, 50. A Pyramo ad Solos 500 stadia computat, 576, 15. Isthmum peninsulæ, quæ Asiam minorem facit, nonnisi 1500 stadiorum esse dicit, 548, 5. Laudatur de Gange et Œdane Indiæ fluviis, 613, § 72. A Melænis Ciliciæ ad Syriæ confinia 1900, hinc ad Orontem 520, hinc ad Orthosiam 1130, hinc ad Pelusium 3650 stadia computat, 647, 7 et 571, 50. De origine nominis maris Erythræi sententias varias affert, 662, § 20. Ejus narratio de sinu Arabico ejusque ora, deque iis quæ extra sinum sunt usque ad Cinnamomiferam, 654, § 5; 663, § 20. Menelaiten Ægypti nomum a Menelao heroe dictum esse falso tradidit, 631, 3. Laudatur de distantia ab Alexandria ad verticem Delta regionis, a Memphi ad Thebaidem et hinc ad Syenen et a Pelusio ad Delta verticem, etc., 682, 53. Eratosthenem reprehendit, quod pro Lynge urbe Lixum dixerat, et propter ea quæ de Phœnicum in ora Libyæ exteriore coloniis tradiderat, et ob alia, 703, 36.; 701, 5. Citatur de Lotophagis, 703, 46; de Libyæ fluviis; 704, 13.

Artemidorus, Tarsensis, grammaticus, 576, 7.

Ἄρτεμις. V. Diana.

Artemisia, Hecatomni f., soror et uxor Mausoli, cui in regno succedens sepulcrum erexit; mœrore exstinctæ successit Hidrieus frater, 560, 24 et 40.

Artemisium, Ἀρτεμίσιον, sive Dianium, quod Nemus (*Nemi*) vocant, in sinistra viæ Appiæ parte, qua Ariciam ascenditur, 199, 49; templum Dianæ et lacus, *ib.*

Artemisium, Cariæ prom. cum deæ fano in Rhodiorum peræa ad Glaucum sinum, 556, 22. Nunc *Souweka Bouroun.*

Artemita, olim una Echinadum insularum, nunc continenti juncta est, 49, 41.

Artemita, ἡ Ἀρτεμίτα, urbs 500 a Seleuca stadiis distans orientem versus, 633, 30; ab Hyrcania 8000 st. abest, 445, 30. Artemitenus, Apollodorus historicus.

Artis, Ἄρτις, locus in quo Lebedus Ioniæ urbs ab Andropompo condita, 541, 5.

Aruaci, Ἀρουάκοι (vulgo Arevaci), Celtiberiæ gens, Carpetanis et Tagi ostiis contermini; urbes eorum Numantia, 134, 53, Segeda et Pallantia, 135, 7.

Arum Mauritaniæ, 701, 53.

Arundines magnæ et melliferæ in India, 591, 26 et 39; 605, § 56.

Arupini, Ἀρουπῖνοι (Ἀρούπεινον?), Iapodum opp. 172, 47; 261, 33. (*Arupium* Plin., *Arypium* T. P.; 30 m. p. a Senia, 10 m. p. a Vendone distans; hod. *Mungava* sec. Reichard; *Auersberg* aliis, *Ober-Modruss* aliis, prope *Iosephsthal* sec. Lapieum).

Arverni, Ἀρουέρνοι, Galliæ gens ad Ligerim habitans, 157, 9; 158, 42; 161, 15; populosissima, 163, 32; Aquitaniæ adscripta; olim pars eorum erant Vellavi, 158, 29. Caput Arvernorum Nemossus, 158, 42. Pristinam potentiam testantur bella contra Romanos gesta. Contra Cæsarem sub Vercingetorige pugnarunt ad Gergoviam et Alesiam; contra Maximum Æmilianum ad Isaræ et Rhodani confluentes; sub Bituito contra Domitium Ænobarbum ad Sulgam fl., 158, 46. Dominationem dilataruntusque ad Narbonem, Pyrenæos, oceanum, Rhenum. Luernii Arverni divitiæ, 159, 9. Mulieres Arvernæ pariendo et educando fœtu felices, 163, 34.

Arxata, Ἄρξατα, Armeniæ urbs ad Araxen fl., 453, 31. (Aliunde non nota urbs; eadem esse videtur Νεξυάνα Ptolemæi, hodierna *Nachtjuwan.* Cf. Mannert t. 5, p. 233.)

Asander, unus ex ultimis Bospori regulis, 425, 12; Mithridatem Pergamenum et Pharnacem, qui Bospori regnum tenuerunt, sustulit, 534, 24. Asander Scytha per Chersonesi Taurici isthmum murum 360 stadiorum duxit, 258, 52.

Asbestus lapis ad Carystum in Euboea reperitur, 383, 24.

Asbystæ, Ἀσβύσται, Libyæ gens, 108, 39.

Asca, Ἀσκᾶ, Arabiæ opp., ab Ælio Gallo capitur, 665, 18. (Sec. Strabonis narrationem situm oppidum erat inter Negrana (*Nedjram*) et Mariaba (*Marib*). Novissima Arabiæ hodiernæ tabula Kiepertiana in hoc tractu habet *Eschat* opp. (16° 50′ lat.), quod cum Asca Strabonis tanto promptius composuerim, quum idem locus apud Plinium vocetur *Nesca.*

Ascæi Men, Μὴν Ἀσκαίου, templum habet ad Antiochiam, quæ est prope Pisidiam, 477, 17.

Ascalon, Ἀσκάλων (*Askulân.* De ruinis v. Ritter t. 16, p. 70), Phœniciæ urbs; ager ceparum ferax. Ascalonius Antiochus philosophus, 646, 18.

Ascania, Ἀσκανία, Europæ regio, ex qua Scamandrius Phryges in Asiam transduxit, 580, 37.

Ascania, Mysiæ pagus ad lacum Ascanium, 581, 4.

Ascania, regio et palus (*Aksu*) Bithyniæ, 484, 29 et 39, quæ partim ad Phrygiam partim ad Mysiam pertinebat, 484, 31. E palude Ascanius fl. exit; adjacet paludi Ascania vicus, 581, 4. Prope paludem pisces fossiles reperiuntur, 182, 1. Usque ad Ascaniæ paludis et regionis partes orientales Phrygia Epictetos pertinet, 413, 31. Ad Ascaniam paludem Nicæa urbs, 484, 29.

Ascanius fl. (*Aksu*), ex Ascanio Mysiæ lacu profluens, 581, 4.

Ascanius, Æneæ f., et Scamandrius Palæscepsin in locum hodernæ Scepsis transtulerunt, 519, 32; familiæ eorum diu in ea regnasse dicuntur, *ib.* Ascanius cum Æneæ patre in Italiam venit, 520, 9 (cf. Æneas); Albam in Albano monte condit post mortem Anchisæ et Æneæ, 191, 9. A posteris ejus Albæ regnum delatum est ad Amulium et Numitorem, 191, 14.

Asclepiadarum ditio in Thessalia, 372, 42 *et in sqq. paginis.*

Asclepiades Myrleanus in Turdetania grammaticam docuit et descriptionem gentium quæ ibi sint, edidit. Laudatur de Odyssea urbe aliisque Græcorum Trojanorumque in Hispania monumentis, 130, 18; de Igletis Hispaniæ, 138, 10.

Asclepiades Prusiensis, medicus, 485, 7.

Ascra, Ἄσκρα, Bœotiæ opp., 363, 7, ad Heliconem in agro Thespiense, 40 a Thespiis stadia distans, Hesiodi patria, sita in regione aspera, cujus ipse poeta mentionem facit, 351, 43; 532, 39. Præter Hesiodum de Ascra dixit etiam Eudoxus, 354, 51. (Ruinæ Ascræ in monte vel potius rupe sitæ vocantur *Pyrgaki.* V. Leake, *N. Gr.* t. 2, p. 491).

Asculum, Ἄσκλον (*Ascoli*), Piceni opp., 201, 11.

Asdrubal, qui Barcæ successit, Carthaginem Novam condidit, 131, 37.

Asdrubalis uxor Æsculapii templum Carthaginense, capta urbe, secum concremavit, 706, 38.

Asea, Ἀσέα, τῆς Μεγαλοπολίτιδος vicus; ad eam Alphei et Eurotæ fontes, 395, 1. Ad eam aqua terram subiens longo post intervallo Eurotam et Alpheum edit, 228, 45. (Ruinæ sitæ supra fontes qui vocantur *Frangovrysi* V. Ross. *Reisen im Pelop.* t. 1, p. 63.)

Asia Tauro monte divisa; quæ sunt ab eo boream versus,

Digitized by Google

Asia intra Taurum, quæ versus austrum, extra Taurum vocantur, 106, 49; 420, 45. Regiones intra Taurum sitæ: inter Pontum et mare Hyrcanium, 2 supra Hyrcanium mare usque ad Indos et Scythas, 3 a meridie Hyrcani maris et partim etiam isthmi inter Pontum et Caspium intercedentis, major pars Armeniæ, Colchis, Cappadocia, Tibarenia, regio inter Halyn dicta, Cappadocum, Bithynorum, Mysorum, Phrygum Hellespontiorum, Æolis, Ionia, Caria, Lycia, et in mediterraneis, Phrygia, Lycaonia, Lydia; 4 regio eorum qui ipsos Tauri montes tenent, Paropamisadæ, Parthyæi, Medi, Armenii, Cilices, Pisidæ, 107, § 32 *init.* — Extra Taurum regiones: Indica, Ariana, Persis, etc., 106, § 31 sq.; 421, § 4-7. Asia ab Europa dirimitur Tanai vel isthmo Caspio, 54, 30 et *passim* (v. Tanais); a Libya separatur vel Nilo vel isthmo qui est inter Rubrum mare et Ecregma, 26, 51; 54, 30; 29, 29 (Cf. Nilus); nonnulli Libyam ab Asia non dividunt, 27, 8. Priscis temporibus Asiæ nomen tribuisse videntur Mæoniæ, sicut Homerus quoque Asium campum ad Caystrum situm memorat, 536, 34. Arctiore vocabuli sensu nunc Asia vocatur terra intra Taurum et Halyn sita, 104, 21; 458, 1. Romani Asiam appellarunt Pergamenorum regnum in provinciæ formam redactum, 534, 8. Asia major est quam juncta Europæ Libya, 700, 12. Asiæ (minoris) magna pars olim aquis tecta fuit, ut Xanthus ait, 41, 30. Totam peragravit Sesostris, 654, 40. Magnam ejus partem aperuit Alexandri expeditio, 11, 49. Accuratam interioris Asiæ descriptionem faciendam curavit Alexander M., quam postea a Xenocle accepit Patrocles, 58, 5. Omnem fere musicam ex Asia repetunt, totamque Asiam ad Indum usque Baccho sacram esse dicunt, 404, 45. *Ceterum Asiæ nomen in singularum ejus continentis partium descriptione locis quam plurimis occurrit; quæ apponere putidum et inutile est.*

Ἀσιάρχαι apud Trallianos, 554, 12.

Asiaticæ mansiones, οἱ Ἀσιατικοὶ σταθμοί; ex quibus Arianæ longitudinem describit Eratosthenes, 615, 52.

Ἀσιᾶτις cithara, 404, 48.

Asii, Ἄσιοι, Scythæ trans Iaxartem, Sacis contermini, qui Græcis Bactrianam ademerunt, 438, 32.

Asinæus Messeniæ sinus ab urbe Asine dictus, cui contiguus sinus Messeniacus, 308, 22. Asinæus sinus sive Messeniacus, 309, 10.

Asine, Ἀσίνη, Argolidis (*Tolon* port. V. Curtius *Pelop.* 2, p. 466), 320, 31. Hermionica, 309, 11, ad sinum Hermionicum, 317, 12; Nauplio vicina; ex qua incolæ in Messeniam migrarunt, ubi a Lacedæmoniis accepti Asinen alteram condiderunt, 350. 53. Asinen Dryopes inhabitarunt, 321, 9.

Asine (*Koron*), Messeniæ urbs, 309, 11, ad sinum cognominem, 308, 23; Asinæ Argolicæ colonia, 320, 53; inter Methonam et Thuriam sita; nonnullis est Anthea Homerica, 309, 46.

Asine (Laas?), Laconiæ urbs ad sinum Laconicum, 312, 12.

Asinius (Pollio), de Rheni cursus longitudine et de ostiis fluvii laudatur, 160, 32.

Asinus, frigoris impatiens animal; quare non reperitur in regione ad Carciniten sinum, 255, 10. Asinis ad bellum utuntur, eosque Marti sacrificant Carmanii, 618, 39.

Ἀσιονεῖς. V. Esiones.

Asius campus ad Caystrum, 536, 35. Ἄσιος λειμών, cujus Homerus meminit, ad Λειμῶνα locum, 30 stadia a Nysa dissitum, pertinere videtur. Monstratur ibi Asii cujusdam et Caystri heroum, 555, 17.

Asius, Dymantis f., Hecubæ frater, in Phrygia ad Scamandrum habitavit, 505, 39.

Asius Hyrtacides, Troadis princeps in locis Abydo vicinis, 501, 16; eidem etiam Sestus subjecta erat, *ib.* In Arisbe ad Selleentem fl. habitabat, 509, 7.

Asius heros. V. Asius λειμών.

Asius poeta laudatur, 220, 22.

Asopia, Ἀσωπία, regio Sicyoniæ, 328, 30; 851, 16.

Asopus, Ἀσωπός (*Asopo*), Thebas Platæas ac Tanagram præterfluit, 328, 31. Per planitiem Thebanam fertur, 351, 19. Cithæronis radices alluens Parasopios facit, 351, 26.

Asopus, Thessaliæ Phthiotidis fl., 326, 7; a meridie Trachinis labens, Phœnicem excipit; a Thermopylis abest 15 stadiis, 367, 52. Heracleæ Trachiniæ pagum, cujus incolæ Parasopii dicuntur, præterfluit, 328, 33. Prope Heracleam Trachiniam labitur, 351, 15.

Asopus, Pari ins. fluvius, 328, 34.

Asopus (*riv. de S.-George*), Sicyoniæ fl., a Phrygia labitur, ut ait Ibycus 225, 46; in Carneate monte oriens Sicyonem præterfluit, et Asopiæ regioni nomen dat, 328, 29; 351, 16.

Asopus, Ἀσωπός, ad sinum Laconicum urbs (supra *Xyli* peninsulam), 312, 26.

Aspaneus, ὁ Ἀσπανεύς, τὸ ὑλοτόμιον τῆς Ἰδαίας ὕλης, 519, 10.

Asparagi ingentes apud Æthiopes Hesperios, 702, 29.

Aspendus, Ἄσπενδος, Pamphyliæ opp. ad Eurymedontem, Argivorum colonia 569, 49; 488, 12. Ruinæ prope vicum *Balke Su.*

Aspera Cilicia. V. Cilicia.

Asphalius Neptunus, 48, 20. V. Neptunus.

Asphaltitis lacus Iudææ. Vide Sirbonis lacus.

Aspioni provincia, Ἀσπιώνου σατραπεία, in Bactriana; ea Parthi potiti sunt, 443, 17.

Aspis, Ἀσπίς, sive Arconnesus insula ad Ioniæ oram inter Teum et Lebedum sita, 549, 46.

Aspis, collis clypei formam referens in Taphiti Libyæ promontorio, quem Agathocles incolis frequentavit. Urbs ea (Clypea Romanorum) una cum Carthagine eversa est, 708, 4. Inter eam et Lilybæum sita est Cossura ins., 230, 35. Urbis ruinæ *Kalibiah.*

Aspis locus in Syrti majori, 709, 40. Sec. Stadiasmi mensuras prope hod. *Mahadda* et *Jerid rochers.*

Aspis Ægyptia; duo sunt ejus genera, 699, 12; aspides parvæ Lusitanorum, 128, 4.

Aspledon, Ἀσπληδών, a nonnullis Σπληδὼν dicta, postea Eudielus, Εὐδείελος, denominata, Bœotiæ urbs. Ejus situs, 356, 49. Hodie *Avro Kastro* sec. Forchhammer; *Tzamali* sec. Leakium.

Aspordenus mons, Ἀσπόρδηνον ὄρος (*Geikli Dagh*), prope Pergamum; alii dici montem malunt Ἀσπόρηνον; fanum ibi Matris deorum, 529, 10.

Asporenus M. V. Aspordenus.

Aspurgiani, Ἀσπουργιανοί, inter Phanagoriam et Gorgipiam per 500 stadia habitantes, Mæotarum gens; bello eos aggressus Polemo periit, 425, 3; 476, 13.

Assacani regio, Ἀσσακανοῦ γῆ, inter Cophen et Indum, in qua est Massaga urbs regia, 595; 1; 589, 48; 518, 33.

Assus, Ἄσσος (*Asso* ruinæ prope vicum *Beriam Kalesi*), in Asia urbs æolica, secundum Myrsilum a Methymnæis condita; Assiorum colonia Gargara, 522, 20. Situs urbis, 521, 50. A Polymedio 30 stadia distat, 519, 49. Τὰ περὶ Ἄσσον Leleges tenuerunt, 521, 40. Asso oriundus Cleanthes stoicus, 522, 2. Assi commoratus est apud Hermeam tyrannum Aristoteles, 522, 4. Ex ea urbe reges Persarum triticum petebant, 626, 3. Cf. etiam 497, 25; 527, 16.

Assyria, Ἀσσυρία. Ad eam pertinent Babylonia et maxima

Digitized by Google

vicinæ regionis pars, Aturia, Apolloniatis, Elymais, Parætacena, Chalonitis, Dolomena, Calachena, Chazena, Adiabene, Gordyæi et Mygdones, 627, § 1. Assyrii et Ariani tum inter sese similes, tum Syrorum, Arabum et Armeniorum, 34, 50. Assyrii etiam Syri vocantur, 627, 24. Assyriæ metropolis olim Babylon, nunc Seleucia, 633, 12. Assyriorum tres gentes sunt quæ frumento carentes in palustribus locis habitant piscibusque vivunt, 635, 21. Assyriorum mores et instituta, 634, § 20. Vestitus, coma, calceamenta, sigilla, sceptra, unguenta, sepultura, luctus, 635, 15. Ægrotos in viis deponunt, ut qui eundem morbum experti sunt, consulant iis, 128, 53. Magistratuum collegia tria, 635, 5. Literæ Assyriæ in Sardanapalli monumento, 573, 31.

Asta, ἡ Ἄστα, Hispaniæ opp. ad æstuarium Turdetaniæ supra navale insulæ. Gaditanorum ibi conventus, 116, 17; 117, 31; 119, 7. Ruinæ inter *Xerez* et *Tribugena* in colle qui vocatur *Mesa de Asta*.

Astaboras, Ἀσταβόρας (*Atbara*), Æthiopiæ fl. in Nilum exiens, e lacu oritur, et orientale Meroes insulæ latus efficit, 656, 19; 668, 28; 697, 47. Uno sui alveo in sinum Arabicum influere perhibetur, 656, 3.

Astaceni, Ἀστακηνοί (?), Indiæ gens inter Cophen et Indum fluvios, 594, 54.

Astacenus sinus, Ἀστακηνὸς κόλπος, Bithyniæ, pars Propontidis, ad quem Astacus et Nicomedia urbes, 482, 24 et 29; 394, 16.

Astacus, Ἀστακός, Acarnaniæ opp., 394, 45. Fuit prope sinum, cui nunc *Dragamesti* adjacet.

Astacus, Bithyniæ urbs ad Astacenum sinum; ejus historia, 394, 46; 482, 29. Non longe a Nicomedia sita fuerit. Componi solet cum *Owaschik* vel cum *Bachkele*.

Astæ, Ἀσταί, Thraciæ gens supra Byzantium, eorum oppidum Calybe, 266, 29; caput eorum Bizye, 282, 46.

Astapus, Ἀστάπους, Æthiopiæ fl. e lacu quodam oriens, inque Nilum influens occidentale Meroes insulæ latus efficit. Alii hoc efficere aiunt Astasobam; Astapum vero alium esse fluvium, qui fere rectum Nili cursum constituat, 668, 20. Cf. 656, 19; 697, 47. Secundum priorem sententiam Astapus foret *Bahr el-Abiad*, sec. alteram *Bahr el-Asrek*.

Astasobas, Ἀστασόβας, Æthiopiæ fl. (*Bahr el-Abiad*), orientale latus Meroes insulæ efficit, quod alii de Astapo prædicant, 668, 29. In Nilum influit, 656, 19; 697, 47.

Asteria, Ἀστερία, Homero Ἀστερίς (*Dyscallio*), parva insula inter Cephalleniam et Ithacam, cum Alalcomenis opp., sec. Apollodorum; Demetrius esse hanc insulam ibi negat, 392, 33. Insula olim duplices portus habuisse dicitur, nunc ne ancora quidem ad eam commode jacitur, 49, 46.

Asteris. V. Asteria.

Asterium, Ἀστέριον, Thessaliæ locus in Eurypyli ditione, 376, 41, non longe ab Arne et Titano monte distans 377, 35. Situs incertus. Ad hod. *Vloko*, ubi ruinæ quædam exstant, locum pertinuisse suspicatur Leakius.

Asteropæus, Pæonum dux ap. Homerum, cur Pelagonis filius dicatur, 281, 26.

Astigis, Ἀστιγις (Ἀστίνας, Ἀστήνας codd.), Turdetaniæ urbs, 47, 17; hod. *Ecija* ad *Xénil* fl., Singilin vett. scr.).

Ἄστομοι, Ore-carentes, Indiæ gens fabulosa, 58, 45.

Astronomia, Phœnicum inventum, 644, 52. Periti astronomi sunt Sidonii, 644, 45; Chaldæi, 629, § 6; sacerdotes Thebani, 693, 27; 685, 18.

Astures, Ἄστουρες seu Ἄστυρες, Hispaniæ gens, ab occasu Celtiberiæ, 134, 46. Callaicis propinqui, 126, 44. Per eos fluit Melsus fl., a quo paullum abest Noega urbs; in propinquo etiam æstuarium, quod Astures a Cantabris dividit, 138, 36. Asturum mores, 129, 7.

Astyages ad Pasargadas a Cyro devictus, 622, 13; 449, 31.

(Astyochea), Tlepolemi mater, 290, 36.

Astypalæa, Ἀστυπάλαια (*Kavo Arkiala*), prom. Cariæ juxta Myndium agrum, 561, 45.

Astypalæa, Ἀστυπάλαια, Atticæ prom. inter Sunium et Zosterem, 342, 19.

Astypalæa (*Stampalia*), ins. maris Carpathii, 419, 13 et 27.

Astypalæa, in Co ins. opp., 561, 14.

Astypalæenses, qui Rhœteum occupaverant, ad Simoentem condiderunt Polium urbem, quæ nunc Polisma dicitur, 514, 52.

Astyra, τὰ Ἄστυρα, Troadis urbs diruta; ager nunc Abydenorum est; olim ibi auri metalla, 506, 33; 580, 23.

Astyra, ad sinum Adramyttenum Mysiæ pagus, olim oppidum, in cujus luco templum Dianæ Astyrenæ, cui Antandrii præerant, a Chrysa 20 stadiis abest, a Thebe 70 stadiis, 524, 41; 519, 12. Ad Astyra Sapra lacus, 525, 16.

Asylum, Romæ, inter arcem et Capitolium, 191, 53. Asyli jus templi Ephesii, 547, 46.

Atabyris, ὁ Ἀτάβυρις, Rhodi m., Jovi Atabyrio sacer, 559, 25.

Atabyrius Jupiter. V. Jupiter, 559, 26.

Atagis, Ἄταγις (al. Athesis, *Etsch*) Rhætiæ fl. cum Isara (*Eisach*) confluens in Adrium exit, 172, 23. Cf. v. Isara.

Atalante, prope Atticam ins. inter Salaminem et Piræeum sita, 339, 39; 365, 16.

Atalante (*Talandonisi*), insula inter Euboeam et Locros, 339, 39; ante Opuntem sita, 365, 15; terræ motu rupta, adeo ut navibus pervia esset, 50, 48; 339, 39.

Atargatis dea vocatur etiam Athara, et apud Ctesiam Derceto, 667, 42; in Bambyce urbe colitur, 636, 48.

Atarneus, Ἀταρνεύς, Æolidis oppidum, (ad *Dikeli-Koi* 519, 21; in regione quam Cilicibus Homerus attribuit, 523, 1; Hermiæ tyranni sedes, 525, 25; 522, 9. Inter Atarneum et Pergamum est oppidum desertum, auri fodinas habens exhaustas, 580, 28. Cf. etiam 497, 25.

Atarneus locus (*Mardalitch?*) ad Pitanen juxta mare situs e regione Eleussæ ins., 525, 32.

Atax, Ἄταξ (*Aude*), Galliæ fl., in Cemmeno monte oriens, 151, 18. Ostio ejus Narbo adjacet (quod nunc aliter habet), 151, 1. Subvectionem habet brevem; ejus a Garumma distantia, 157, 17.

Ateas, Scytha contra Philippum Amyntæ f. bellum gessit, 255, 30.

Ategua, Ἀτέγουα (Ἀτέτουα codd.; *Ategua* Hirt. 8, 22; Plin. 3, 3; Dio C. 43, 33; Val. Max. 9, 2; Frontin. Strateg. 3, 14), Turdetaniæ opp., 117, 19. Situs incertus; prope *Teba* inter *Osuna* et *Antequera* quærendum censet Ukert. Ad dextram ripam *Guadajoz* fl. (prope vicum *S. Cruz* ponit Reichardus.)

Atella, Ἀτέλλα, Campaniæ opp., 207, 35. Ruinæ prope vicos *S. Arpino* et *S. Elpidio*, non longe ab *Aversa* opp.

Ateporix, regulus tetrarchici generis Galatarum, Ponti aliquam particulam a Romanis accepit, 479, 34.

Aternum, Ἄτερνον (*Pescara*), Piceno confine Vestinorum oppidum ad fluvium cognominem; commune Pelignorum et Marrucinorum navale, 201, 35.

Aternus, Ἄτερνος (*Aterno*), fluvius ex agro Amiternino fluit per Vestinos, relictis ad dextram Marrucinis; ponte trajicitur, qui 24 stadiis a Corfinio abest, 201, 35.

Atesinus, Ἀτησινός, fl. ex eodem monte ex quo Isara (*Eisach*) defluit, in Istrum fertur, 172, 26. Locum Strabonis turbatum esse et Athesin (*Etsch*) fluvium me-

Digitized by Google

morare voluisse auctorem censent. Immo, Atesinus est *Inn* fluv., qui vulgo Αἶνος dicitur.

Athamanes, Ἀθαμᾶνες, Epirotica gens, Thessalis accensentur, 378, 10; 387, 15; 271, 9; 267, 12. Doriensium et Ænianum oppida diruerunt, quo tempore sub Amynandro rege potestatem nacti erant; tum Œtam obtinebant, 367, 15. Ad Athamanes migrarunt Perrhæbi, 378, 10. Nunc Athamanes sunt nulli, 368, 33.

Athamania, Ἀθαμανία, usque ad Thessaliotidem pertinet, 374, 19. Montes Athamaniæ, 380, 21.

Ἀθαμαντίς. V. Teos.

Athamas Teum Ioniæ condidit, 541, 8, et Halum Thessaliæ, 371, 46.

Athara, i. q. Atargatis, 667, 42.

Athenæ, Ἀθῆναι ad Tritonem fl. opp. Copaidis inundatione deletum, 349, 33.

Athenæ Diades, Ἀθῆναι αἱ Διάδες, in Eubœa, Atheniensium colonia, 383, 15.

Athenæ Atticæ. Ὁ δι' Ἀθηνῶν παράλληλος, a columnis per fretum Siculum Rhodum et Taurum ductus, 66, 18; 68, 27; 71, 15; 95, 7; 56, 25. Ceterum non premenda hæc sunt; si accuratius computes, Athenarum parallelus a Rhodi parallelo 400 stadia distat, 72, 31 et 39. Ab Athenis ad Meroes circulum 15000 stadia, sec. Eratosthenem 56, 40. Athenarum urbis et portuum descriptio, 339, § 15 *sqq*. Athenas venerunt a Bœotis e Bœotia pulsi Pelasgi; urbis pars ab iis Pelasgicum vocatur, 345, 2. Cf. 184, 40. Athenas ex Etruria migravit Maleus rex Pelasgicus, 188, 8. Athenas redeunt ex Ionia Peloponnesi Iones, indeque sub Codridis in Asiam migrant, 329, 30. Urbs ad amphictyoniam Calauriæ contribuebat, 331, 34. Via qua Athenis pompa Pythia Delphos mittitur, 362, 33. Parthenon, Ictini opus, 339, 25. Glaucopium, 249, 2. Deucalionis sepulcrum, 365, 13. Athenis Zarmanus sophista se combussit, 585, 26; 612, 13. Initio Athenis reges fuerunt; tum popularis reip. status, tum tyranni, dein iterum status popularis, quem, si interruptiones quasdam exceperis, usque ad Rom. dominationem servarunt. Nonnulli nunquam melius urbem gubernatam esse censent quam per decennium quo Cassander regnavit Athenisque præfuit Demetrius Phalereus. Quomodo Mithridates, Aristio, Sylla Athenas affecerint, 341, 33.

Ἀθήναιον. V. Minervæ templum.

Athenæum Ital. prom. V. Minervæ prom.

Athenæum Ephesi, 546, 49; 541, 39.

Athenæus, Attali et Apollonidis f., frater Eumenis II, Attali II, Philetæri; privatus vitam exegit, 533, 37.

Athenæus, e Seleucia ad Calycadnum sita oriundus, peripateticus. Ejus historia, 572, 10.

Athenais, Erythræa vates, de Alexandro quænam sit vaticinata, 550, 50; 691, 44.

Athenienses, cui indigenæ dicantur, 286, 22. Post Thraces sub Eumolpo devictos Ionem civitati præficiunt; ab eo multitudo in quattuor tribus, deinde in totidem vivendi genera dividitur; regioni eorum Ioniæ nomen inditur, 329, 18. Ionum coloniam in Ægialeam mittunt, quæ dehinc Ionia vocatur, 339, 25. Athenienses Herculis filiis et Iolao contra Eurystheum auxiliati sunt, 324, 20. Phrynone duce, Sigeum occupant; ortum hinc bellum tandem arbiter diremit Periander, 513, 19. Adversus Athenienses Sigeo potitos Mytilenæi Achilleum munierunt, 513, 40. Atheniensium de Mytilenæis trucidandis decretum, 528, 30. Sub Phædro duce Styra in Eubœa everterunt, 383, 31. Pericle et Sophocle ducibus rebellantes Samios obsidione presserunt, dein inter 2000 κληρούχους insulam diviserunt, 545, 25. Eorum in Melios expeditio, 416, 32. Trecentos Lacedæmonios in Sphacteria ins. capiunt, 308, 47. Nunc Salaminem possident; olim de ea cum Megarensibus contenderunt, Homerique testimonio commentitio nitentes ad ipsos insulam pertinere dicebant, 338, § 10; 326, 7; a Lacedæmoniis insula iis adempta, 326, 7. Phrynichum multarunt, 543, 8; non obtemperarunt Theocli suadenti ut in Siciliam coloniam ducerent, 222, 31. Sybaritas interfecerunt, urbemque in vicinum locum translatam Thurios denominaverunt, 219, 2. Eorum et Bœotorum de Oropo controversia, 54, 41. Prœlio ad Delium vincuntur, 346, 17. Bello Peloponnesiaco Pachete duce Trojam Mytilenæis ademerunt, 513, 52. Secundo in Siciliam navigantes Eurymedonte duce (et Stratocle) Pylum Messeniæ occuparunt, 208, 41. Atheniensium legationis dux Diotimus, 39, 38. Iis Leucon Theodosia 210000 medimnos frumenti misit, 258, 32. Delo potiti, sacra insulæ et commercia curant diligenter, 417, 27. Ceos obsidione presserunt, 417, 52. Eorum contra Antipatrum bellum Lamiacum, 372, 23. Haliarti agrum a Romanis acceperunt, 353, 40. Ante bellum Trojanum Chalcidem et Eretriam condiderunt, 383, 45. Menestheo duce Elæam in Asia condunt, 532, 1. Eorum colonia Athenæ Diades in Eubœa, 383, 15. Philogene duce, Erythras in Ionia condunt, 541, 13. Colonos ducunt Adramyttium, 519, 13, et Amisum, 468, 45, et Astacum, 482, 30, et Cardiam, 283, 31, et Amphipolin, 280, 42, et Scylletium Italiæ, 217, 15. Nonnulli Neapolin migrarunt, 205, 5. Bis mille colonis Oreum Eubœæ frequentarunt, 382, 45. Athenienses φιλολόγοι non natura sed institutione et exercitio, 84, 52. Atheniensis est Tyrtæus, 311, 11. Areopagiticis Ath. legibus usus est Zaleucus, 216, 12. Athenienses quemnam ventum Scironem vocent, 336, 30. Peregrina sacra multa, ut Thracia et Phrygia adsciverunt, omnino exterarum rerum cupidi, 404, 52.

Athenocles Atheniensis Amisum colonis frequentat, 468, 55.

Athenodorus Tarsensis, stoicus, Κορδυλίων cognominatus, vixit cum M. Catone apud eumque mortuus est, 575, 8.

Athenodorus, Sandonis f., Tarsensis, quem et Cananitam a pago quodam vocant, philosophus stoicus, Augusti præceptor, senex in patriam redux statum reip. mutavit; Boethum ejusque sodales urbe ejecit, 575, § 14. Philosophus, Strabonis familiaris; quidnam de Petræis, apud quos commoratus est, referat, 663, 27. Exposuit de maris affluxu et refluxu, 46, 8, quos exspirationi et inspirationi similes esse ait, 143, 49.

Athesis. V. Atagis.

Athletæ Crotoniatæ celeberrimi; inter eos Milo fuit, 218, 24.

Athos, Ἄθως, Thraciæ mons, 22, 31; 279, 36; Homero memoratus, 5, 28. Ejus forma et altitudo, 279, 43. 280, 12. Ejus promontoria, 279, 18 et 27 et 30. Athonis peninsulam Pelasgorum Lemniorum pars habitarunt in quinque oppidis, 280, 3; quæ sunt Dium, Cleonæ, Thyssus, Olophyxis, Acrothoi, 279, 41; 280, 32. Athonis per isthmum ducta a Xerxe rege fossa, 280, 17. Montem quomodo Alexandro efformare voluerit Dinocrates architectus, 547, 32.

Athribis, Ἄθριβις (*Atrieb* sive *Trieb* ruinæ), Ægypti opp. in Delta regione, 682, 3. Ἀθριβίτης νομός Æg., 682, 3. Athribitæ murum araneum colunt.

Athrula, τὰ Ἄθρουλα (τὰ Ἄθλουλα ap. Dion. Cass. 53, 29), Arabiæ urbs ab Ælio Gallo capta, 665, 19. Sita erat inter Negrana et Mariaba (*Nedjran* et *Marib*), in eo, ni fallor, tractu ubi hodiernæ Arabiæ tabula Kiepertiana habet *Beni Abdulla* Arabes.

Athymbradus, Ἀθύμβραδος, frater Athymbri et Hydreli, Lacedæmonius cognominem sibi in Caria urbem condidit, 555, 23.

Digitized by Google

Athymbrus, Lacedæmone profectus in Caria cognominem sibi urbem condidit; a Nysæis tanquam urbis auctor honoratur, 555, 22. Ejus fratres duo, *ib.*

Athyras, Ἀθύρας (*Bojuk Tchekmedcheh*), fluvius inter Selybriam et Byzantium in Propontidem exiens, 284, 18.

Atintanes, Ἀτιντᾶνες, Epirotis accensentur, 271, 11.

Atlanticum mare (mare externum, Oceanus). Σύρρους ἡ πᾶσα Ἀτλαντικὴ θάλασσα καὶ μάλιστα ἡ κατὰ μεσημβρίαν, 27, 17. 4, 34. Atlanticum mare a meridie Arabiæ, 653, 34, et Indiæ, 107, 35; 586, 38; similiter sæpius maris Atl. mentio fit. Cf. Oceanus.

Atlantidum antrum in ora Triphyliæ, 297, 46.

Atlantis insula, Ἀτλαντίς, olim tota continente non minor, deinde deleta, ut Ægyptii narrarunt Soloni, teste Platone. Fort. non esse hæc figmenta Posidonius et Strabo opinantur, 84, 25.

Atlas, Ἄτλας, Libyæ mons a barbaris Δύρις vocatur, 701, 1; ejus promontorium Cotes, inde a quo usque ad Syrtes mons extenditur; habitatur a Maurusiis Gætulisque, 701, 3 *sqq.*

Atlas, pater Calypsûs in Ogygia Oceani insula degentis, 21, 24.

Atmoni, Ἄτμονοι, Bastarnica gens, sedis incertæ, 254, 32.

Atoma, Τὸ περὶ τῶν ἀτόμων δόγμα Mochi Sidonii, 645, 1.

Atrax, Ἄτραξ, Thessaliæ opp. prope Peneum fl., ab Argura 40 stadia distans, 376, 29; 378, 3; 879, 19. Situm opp. fuisse videtur in colle *Sidero peliko* e regione *Gunitza* vici. Sic certe Leakius.

Atrebatii, Ἀτρεβάτιοι (al. Atrebates), Galliæ gens, ab occasu Nerviorum, 161, 38; regio eorum silva humili tegitur, 161, 44.

Atreus, quod solis cursum cœli conversioni contrarium docuisset, rex creatus est, 19, 31. Ejus filii, 320, 11.

Atria, Ἄτρια, urbs olim clara, quæ Adriatico sinu nomen dedit, mutato *t* in *d*, 178, 31 (sita ad Tartarum sive Atrianum fl.).

Atropatene, Atropatia, Media Atropatia, Ἀτροπατηνή, Ἀτροπατία, ἡ Ἀτροπατία Μηδία, ab Atropate nomen habet, 448, 24. Ejus situs, 448, 22; ab Armenia Araxe fl. distinguitur, 448, 52. Regia æstiva Gazaca, hieme Vera 448, 50. In boreali ejus parte gentes montanæ Cadusii, Amardi, Tapyri, Cyrtii, 449, 6. Cf. 451, 48; 447, 33; 434, 15. Copiarum numerus, 448, 36. Spauta (deb. Capauta) lacus, 448, 39. Contra Armenios et Parthos bella; Symbacen ab Armeniis recuperant Atropateni; Augusti simul et Parthorum amicitiam colunt, 448, 42.

Atropates, Mediæ partem ab ipso dictam contra Macedones tuitus est; quare rex creatus regionis ejus, quam peculiarem civitatem constituit. Durat successio ejus, quæ affinitates contraxit cum regibus Armeniæ, Syriæ, Parthiæ, 448, 25.

Attalea, Ἀττάλεια (*Adalia*), Pamphyliæ urbs, a quonam sit condita, 569, 35.

Attalicorum regum generis auctor Philetærus, 465, 39. Brevis eorum historia, 532, *cap.* 4. Bibliothecam Pergami instruxerunt, 520, 49. Iis Prusias dedit Phrygiam Hellesponticam, quam ἐπίκτητον dixerunt, 482, 46. Priapeni agri partem Parianis dederunt navatæ operæ pretium, 503, 33. Deæ Pessinuntiæ lucum templo ornarunt, 486, 15. Scepsin tenebant, 520, 49. Selinusiam paludem Dianæ eripuerunt, 548, 33. Genus eorum defecit, 239, 17.

Attalus, frater Eumenis et Philetæri ejus, quem Pergamo Lysimachus præfecerat, 533, 24; ex Antiochide pater Attali I, 533, 30.

Attalus I, Attali et Antiochidis f., Pergami rex, Galatas vincit prœlio; contra Philippum Romanis auxiliatur; regnavit annos 43; ex Apollonide Cyzicena reliquit Eumenem II, Attalum II, Philetærum, Athenæum; successit Eumenes II, 533, 40. Gergithios Troadis in Gergitha ad Caici fontes pagum transduxit, 527, 1. Qui de pulcra picea Troadis tradat, 516, 1.

Attalus II, Attali I et Apollonidis f., frater Eumenis II, Philetæri, et Athenæi, 533, 37. Philadelphus cognomi natus, 569, 35; 548 § 24. Attali III tutor, regnum administravit per 21 annos; Alexandrum Antiochi f., contra Demetrium, Seleuci f., adjuvit, 533, 54; Romanorum contra Pseudophilippum socius; in Thracia Diegylin subegit; Prusiam interfecit excitato contra eum filio Nicomede, 534, 2. Attaleam Pamphyliæ urbem condidit et in Corycum opp. contiguum colonos duxit, 569, 35. Ephesi portum emendare volens pejorem fecit, 548, § 24. Scenicos Ioniæ artifices Epheso Myonnesum transduxit, 549, 40.

Attalus III, Philometor cognomento, Eumenis II et Stratonices f., tutorem habuit Attalum II, 533, 51. Quinque annos regnavit; regnum Romanis reliquit, 534, 6. Post ejus mortem Aristonicus regnum sibi vindicare aggressus est, 552, 6.

Attasii, Ἀττάσιοι, Sacarum gens, 440, 24.

Attea, Ἄττεια (fort. leg. Ἀττάλεια), inter Heracleam et Atarneum situm Æolidis opp., 519, 20.

Atthis, Ἀτθίς, Cranai filia, a qua Attice dicta est Atthis, 341, 1.

Atthis, i. q. Attica, 341, 1. 339, 21.

Atthis. Οἱ τὴν Ἀτθίδα συγγράψαντες laudantur de Pelasgis, 154, 40; de divisa inter Pandionidas Attica, 337, 7.

Attica, ἡ Ἀττική (vel ἡ Ἀτθίς, 341, 1; 339, 21), olim Ἀκτή et Ἀκτική, 336, 13; Actæa, Mopsopia, Ionia, Ias, Posidonia, 340, § 18; 381, 10; 336, 46. Ejus pars olim fuit Megaris, 336, § 5; 337, 25. Cerata montes a Megaride eam dirimunt, 339, 21. Ejus latus australe, 335, § 1; orientale et boreale, 336, § 3. Oræ descriptio, 342, § 22 sq. Montes, 343, 15. Fluvii, 343, § 24. Atticam quum a mari Cares, a terra Iones popularentur, Cecrops multitudinem in duodecim urbes composuit, quas in unam deinde Theseus contraxit, 341, 24. Capita historiæ Atticæ indicantur, 341, 32. Atticam sub Eumolpo Thraces obtinuerunt, 266, 49. Atticam tetrapolim, Œnoam, Marathonem, Probalinthum, Tricorythum, condidit Xuthus, 329, 12. Quomodo inter Pandionis filios quattuor Attica distributa sit, 337, 9. Ex ea profecti Iones Ægialum Peloponnesi obtinuerunt, 286, 30. Ex tetrapoli Iones Heraclidas in Argos comitati sunt, 322, 1. In Atticam migrarunt multi ab Heraclidis Peloponneso expulsi, inter eosque Melanthus Messenius, qui quum Xanthum Bœotiæ regem vicisset, rex creatus est ab Atheniensibus, 337, 27. Deinde Heraclidæ bellum iis inferentes, ex Attica quidem profligati sunt, Megaridem tamen eripuerunt, 337, 33. Atticam et Megaridem Iones e Peloponneso pulsi occuparunt, 142, 9. Attici veteres Iones, Ionicarum in Asia coloniarum deductores, 286, 10. Atticæ argenti fodinæ nunc defecerunt; operarii scoriam veterem denuo coquentes aliquid ex iis argenti eliciunt, 343, 20. Atticorum dii Orthanes, Conisalus, Tychon, 503, 9. Attica εἰρεσιώνη, 13, 41. Atticum mel, 343, 26. Attica dialectus antiqua, ἡ παλαιὰ Ἀτθίς, eadem cum Ionica, 286, 10. In Attica zephyri et argestæ venti Scirones vocantur, a Scironiis saxis flantes, 23, 21. Attici servos appellabant nominibus gentium unde adducti erant ut Dacem, Getam, Lydum, Syrum, aut nominibus apud istas gentes usitatissimis, 253, 1. Cf. Athenæ. Athenienses.

Aturia, ἡ Ἀτουρία, Assyriæ regio, in qua Ninus urbs,

Digitized by Google

627, 3 et 25. Situs regionis, 628, 6. Ejus pagus Gaugamela, 628, 11.

Atys Lydus, unus ex Herculis et Omphales prognatis, pater Lydi et Tyrrheni; hunc cum populi parte amendavit, sterilitate terræ coactus, 181, 39; 184, 38.

Auasis. V. Oasis.

Aufidus, Αὔφιδος (*Ofanto*), Italiæ fluvius, cui Canusiæ emporium adjacet; a Bario 400 stadia distat, 235, 36.

Auge, Aleæ f., ex Hercule Telephi mater, a Teuthrante ducitur, 526, 11.

Augeæ, Αὐγειαί Laconiæ opp. apud Homerum; nunc Αἰγαιαί, 312, 50.

Augeæ, Αὐγειαί, Locrorum opp. ab Homero memoratum non amplius exstat; agrum tenent Scarphienses, 366, 4; 313, 1.

Augeas, Elidis et Epeorum rex, 290, 50; pater Phylei, avus Megetis, 394, 23. Pisatidi imperasse a nonnullis dicitur perperam, 306. 1. Nelei inimicus, 303, 5; ab Hercule eversus, 293, 10; 304, 44.

Augila, Αὔγιλα (*Aujelah*), locus Ammoni similis, Cyrenaicæ superjacet versus meridiem, quatuor dierum itinere ab Automalis, 711, 40.

Augusta Emerita, Αὐγούστα Ἠμερίτα (*Merida*), Rom. colonia, Turdulorum in Hispania urbs, 125, 53, in Lusitania provincia, 138, 27.

Augusta (*Prætoria vel Salassorum*; hod. *Aoste*) post devictos a Terentio Varrone Salassos condita quo loco dux Rom. castra habuerat, 171, 31.

Augustus, ὁ Σεβαστὸς Καῖσαρ, Cantabros subegit, 129, 25; 239, 1; 697, 5. Tres cohortes Iberiæ destinavit, 129, 31; quomodo Iberiæ administrationem ordinaverit, 138, § 20. Galliam in quattuor partes quomodo diviserit, 147, 15. Augusti navale Forum Julium, 152 54. Ejus templum Lugduni, 159, 29. Latrocinia populorum Alpensium coercuit, viasque per Alpes quantum licuit, perfecit, 170, 21. Amicitiam ejus donis et legationibus ambiunt Britanniæ reguli, 167, 5. Salassos penitus devicit, 171, 22. Iapodes debellavit, 172, 45. Contra incendia cohortem libertinorum constituit, 196, 8; edixit ne novum ullum ædificium ad viam publicam ultra septuaginta pedes attolleretur, 196, 12. Ejus statua ænea in Mausoleo, 197, 9. Augustus Pithecussas inss. Neapolitanis reddidit; occupavit Capreas, privatam sibi possessionem faciens, 207, 11. Ejecto Sicilia Pompejo (cf. 222, 50) Rhegium colonia frequentavit, 215, 19. Syracusarum urbis partem restauravit, 224, 42. Syracusas, Catanam et Centoripa restauravit; Centoripa multum ei profuerunt ad debellandum L. Pompeium 226, 3. Galliam totam in potestatem redegit, 239, 7. Augusti imperio Italia summam nacta felicitatem, 239, 50. Marobodum juvenem beneficiis affecit Augustus, 241, 29. Duces militum ultra Albin Germanos persequi noluit, 242, 9. Cimbri dono miserunt sacrum lebetem, 243, 23. Contra Getas exercitum misit, 252, 40. Dalmatarum urbes combussit, 261, 54. Nicopolin condidit, 270, 1; 386, 46. Ambraciæ et vicinarum urbium incolas Nicopolin conduxit, 270, 27. Amicitia ejus abutitur Eurycles, 314, 15. Eum Corinthi versantem et ad triumphum Actiacum profecturum convenit legatus Gyari insulæ, 417, 10. Amicitiam ejus petierunt Atropateni, 448, 48. Augustus Amisum liberavit, 468, 50; Dyteutum Comanorum pontificem constituit, 478, 42. Legatis ejus Cleon prædonum dux se adjunxit, 496, 12. Polemonem Ponti regem creat, 495, 18. Rhœtensibus statuam Ajacis ab Antonio ablatam reddidit, 509, 41. M. Pompeium, Theophanis f., Asiæ procuratorem constituit, 528, 19. Ab Apollodoro Pergameno dicendi arte institutus est, 534, 31. Samiis reddidit duas Myronis statuas e tribus illis, quas Antonius abstulerat, 544, 24. Asyli jus templi Ephesii abrogavit, 547, 54. Venerem Coorum patri suo dedicat, 561, 22. Ejus amicus Xenarchus Seleucensis peripateticus, 572, 25. Murenæ in eum conjuratio, 572, 14. Athenæum dimittit, *ib.* Præceptor ejus Athenodorus Tarsensis, 575, 11. Soror Octavia, 575, 50. Ad eum ex India venerunt Pandionis aut Pori legati, 585, 24; 612, § 74. Tropæa ei remisit et de filiis obsides tradidit Phraates IV, 637, 28; 239, 38. Augustus Herodæ permisit ut regis nomen assumeret, filios ejus et Salomen sororem et hujus filium honoribus prosecutus est, 651, 13 Arabiæ sibi conciliandæ vel subjiciendæ consilium capiens, et Nabataeorum amicitiæ fidens, Ælium Gallum cum exercitu illuc misit, 663, 38. Museo Alexandriæ sacerdotem præficit, 675, 4. Ælium Gallum Ægypti præfectum habet, 696, 1. Augustum in Samo versantem et in Syriam progredi parantem ac Tiberium in Armeniam amandantem legati Æthiopum conveniunt, 697. Jubæ præter paternum regnum dedit Bocchi ditionem, 703, 30. Quomodo provincias imperii Romani constituerit, 712, § 25.

Aulis, Αὔλις, Bœotiæ opp. 344, 15; πετρήεσσα ap. Homerum 248, 9; Tanagræorum pagus cum portu, 346, 24; Hyriæ propinquus, 347, 17. Ejus a Delio distantia, 346, 16. (Sita fuit in saxosa peninsula, quam duo maris recessus efficiunt supra *Vathy* vicum. Ad Aulidem Bœotiæ collecta est Æolica classis, qua Orestis filii in Asiam trajecerunt, 344, 51.

Aulon Messeniæ, in quo Oluris opp., 301, 3.

Aulon regius, ὁ καλούμενος Αὐλὼν βασιλικός, pone Massyam situs in Syria, 643, 37. Esse debet convallis per quam e Massya campo inter Libanum et Antilibanum sito Damascum itur. Haud dubie ea est intelligenda in qua Chrysorrhoas (*Barrada*) labitur per Abilenen regionem; de qua via v. Ritter t. 17, p. 268 sqq. Nescio an pro Βασιλικὸς Strabo scripserit Ἀβιληνός.

Antonia. V. Caulonia.

Aunesis (?) Ciliciæ opp. V. supra Arsinoe.

Aurum palea facilius quam carbone liquesit, 121, 30. Aurum ad Cotinas Turdetaniæ, 117, 51. Aurum Turditaniæ bonitate præstans partim puteis effoditur, partim verritur ex arenis; illud quam hoc nunc rarius fit. Reperiuntur interdum glebæ semilibres et glebulæ uberibus similes. Quomodo aurum coquatur et purgetur, 121, § 8. Ramenta auri plurima in Lusitaniæ fluviis, 127. 8. Aurum album, i. e. argento mixtum, apud Artabros mulieres sarculis exhauriunt et in colis lavant, 122, 21. Auri metalla in dorso montano Bastetaniæ et Oretaniæ, 130, 3; in Cemmeno Galliæ monte et sub Pyrene, 121, 19; apud Tectosagos, 155, 37; apud Tarbellos Aquitaniæ, 158, 17; in Salassorum regione, 170, 45; metalla et in fluviis ramenta apud Tauriscos Noricos, 173, 35. Britannia quoque aurum habet, 166, 24. Χρυσιοπλύσια ad Norejam in Norico, 178, 46. Aurifodinæ ad Vercellas, 181, 48; ad Datum et Crenidas Macedoniæ, in Pangæo monte et in ea quæ cis Strymonem est usque ad Pæoniam regione, 280, 3. Aurum in Pæonia inter arandum incolæ reperiunt, 280, 10. In Caucasi torrentibus quomodo Soanes colligant, 428, 25. Metalla in Colchide, 38, 16. Aurei velleris fabula inde orta quod Saones in Caucaso ramenta lanosis velleribus colligunt, 428, 26. Aurifera terra, Χρυσῖτις γῆ, in insulis maris Caspii, 436, 36. Aurum apud Massagetas, 440, 6. Metalla Armeniæ, 454, 18; olim ad Astyra Troadis, 506, 35, et in Tmolo ad Pactolum, 506, 36. Auri et argenti metalla in India, 596, 32. Aurum effodientes formicæ apud Derdas Indiæ, 601, § 44; 58, 50. Auriferi fluvii in India et Iberia, 606, 3; 611 33; in Carmania, 618, 29; in Arabia, 661,

Digitized by Google

44; auri fodinæ in Arabia, 661, 51; in Meroe ins., 697, 44.

Aurunci in Latio, 192, 34. Codices præbent: Ἀργύρουσκοι.

Ausar (Αἴσαρ codd.; *Osari*), Etruriæ fl. ex Apennino oriens Arno miscetur ad Pisas; de confluentibus fabula, 185, 27.

Ausciorum regio (ἡ τῶν Αὐσκίων, ut pro ἡ τῶν Ψαυσκιῶν e Ptolemæo scrips. Xylander; *Ausci* dicuntur ap. Cæsarem, Melam, Plinium) in Aquitania (circa hod. urbem *Auch*) 158, 25. Ausciis jus Latii datum, 158, 40.

Ausones, Αὔσονες, Campaniæ iidem qui Opici sec. Antiochum; Polybius Ausones juxta Opicos recenset; alii primum Opicos, deinde Ausones, tum Oscos hanc regionem tenuisse perhibent, 202, 13. Ausones Pometio campo finitimi et Campaniam quoque tenentes, 194, 8. Quamquam ad Siculum mare nunquam habitarunt, tamen Ausonium mare illud vocatur, 194, 17. Ausones Temesam condiderunt, 212, 33.

Ausonium sive Siculum mare cum eo quod ante Syrtes est confluens, 101, 45; 194, 17; 106, 26; 269, 26. Cf. Ausones.

Auster. V. Notus.

Autariatæ, Αὐταριᾶται, maxima olim Illyriorum gens, de salinis cum Ardiæis bella gerebant, 263, 52. Triballos et ceteros Thraces et Illyrios sibi subjecerunt; ipsi victi sunt primum a Scordiscis, deinde a Romanis, 264, 5. Ad imam nunc conditionem redacti, 262, 23. Eorum regio, 250, 18; quam Bessi attingebant, 264, 34, et Pæonicæ gentes, 262, 31; 274, 28.

Autesion, e Polynicis posteritate, pater Theræ, 298, 29.

Autolycus, Parnassi accola, fur, 377, 13; Iasonis comes, Sinopes locum occupavit, ubi ejus oraculum erat, et divinis honoribus colebatur; ejus statuam Sinopensibus fecit Sthenis; abstulit eam Lucullus, 468, 2.

Automala, Αὐτόμαλα (ad *Sibkah Muktar*), castellum ad recessum Syrtis majoris, 709, 47. 101, 54. Inde ad Augila iter quatridui, 711, 40.

Auxumum, Αὔξουμον (*Osimo*), Piceni urbs paululum supra mare sita, 201, 2.

Avenio, Αὐενιών (*Avignon*), opp. Galliæ Narbon., 154, 7.

Aventinus collis, 150, 4. Romæ urbi ab Anco Martio adjectus, 195, 20.

Avernus, Ἄορνος (*Averno*), Campaniæ locus, 203, 32; cui applicatur Necyia Homerica, 203, 39; 31, 31. Accolæ ejus Cimmerii, 203, 41 et 51. Silvam ei imminentem cecidit Agrippa, 204, 14. Ab eo ad Cumas cuniculus a Cocceio ductus, 204, 15. Avernum lacum Artemidorus cum Lucrino sinu confundit, 204, 32.

Aves Diomedearum insularum, 225, 53; aves Stymphalides, 319, 4; aves Ægypti, 699, 15. Avis qualis in Philis Ægypti colatur, 694, 41.

Axis per mediam terram et cœlum productus, 91, 15.

Axenus Pontus. V. Pontus Euxinus.

Axius, Ἄξιος (*Wardar*), Macedoniæ fl., 275, 43; ab Homero commemoratus, 5, 28; e Pæonum terra fluit, 281, 17; exit inter Chalastram et Thermam, 277, 18; aquarum ejus pars implet Ludiam paludem, 277, 16; in eum influit Erigon, 272, 4. 277, 5. Axius turbidus fluit; Homerus aquam ejus pulcherrimam dicit e vulgata lectione, quam falsam esse Strabo censet, 277, 24; 278, 14. In Axium a Amydone influit limpidissimus fons quam Homerum signasse et Æam dicere censet Strabo, 278, 15. 277, 26. Axius angustias quasdam perfluens Macedoniam accessu difficilem reddit ex Pæonia, 274, 24. Ad eum est Amphaxitis regio, 275, 29. Adjacet ei Abydon sive Amydon castellum, 277. 18. Ad Axium usque Pieria pertinet, 273, 43. (Dicere debebat usque ad Haliacmonem; sed quum hunc inter Dium et Pydnam exire perperam putet, et tamen Pydna adhuc sit urbs Pierica, vides cur ad Axium usque Pieriam protulerit).

Azamora, Ἀζάμορα, Cataoniæ castellum, 460, 14. De situ castelli non constat.

Azanes, Ἀζᾶνες, gens Arcadica, 333, 21; 289, 5,

Azanitis, Ἀζανῖτις, Phrygiæ regio, in qua Rhyndacus oritur, 493, 35.

Azara, τὰ Ἄζαρα, Armeniæ opp. juxta Araxem fl., 452-37. Situs ignotus. Si nomen spectes, cum Azaris composueris Ἄζυρα vel Ὄζαρα Ptolemæi 5, 13, 17; at positio ejus a Strabonis verbis aliena est. Ad Araxen autem sita fuerit Ζογόρακα vel Ζογόκαρα Ptolemæi, nescio an cum nostro loco conferenda.

Azara, τὰ Ἄζαρα, Dianæ templum apud Elymæos, 634, 13. Situs incertus. In tabula locum composui cum splendidis ruinis *Masdjidi Souleiman Buxurg*, quæ sunt ad *Karun* fl.

Azaritius fons, Ἀζαριτία κρήνη, Bithyniæ, parvos crocodilos alit, 482, 22.

Azeniensis, Ἀζηνιεῖς, Atticæ pagus, 342, 16.

Azorus, Ἄζωρος, Pelagoniæ tripolidis urbs, 272, 7; ab ea 120 stadia distat Oxynia urbs, 272, 14.

Azotus, Ἀζωτός (*Asdod*, *Esdod*), Phœniciæ opp.; ejus ab Iamnia distantia 200 stadiorum (quod falsum est) 646, 18. Ἀζώτιος, 636, 8.

B.

Babanomum, Βαβάνομον, Ponti (oppidum aut mons aut regio?) in Amasi ditione, 480, 50.

Babylon, Βαβυλών. Ab ea urbe per Susa et Persepolin ad confinia Carmaniæ et Persidis linea recta est stadiorum 9000 et amplius, 65, 31; stadiorum 9200, p. 66, 27; ab eadem ad Thapsacum sunt stadia 4800, p. 66, 37; 73, 39; 635, 49; cf. 64, 39; ad portas Caspias 6700 stadia, 71, 30 et 44; 73, 51; usque ad Euphratis ostium 3000 stadia, 66, 30; 620, 51; 630, 10; ad Heroonpolin per Arabiam desertam, 5600 stadia, 653, 29; ad Seleuciam 300 stadia, 629, 10. Parallelus per Babylonem, 68, 27; 71, 52; 73, 17; 75, 7; 6, 6. Babylon a Semiramide condita, 70, 2; 627, 27; olim Assyriæ metropolis, 633, 12. Urbis descriptio, 628, § 5. Ædificiorum ratio, 629, 19; habitatio destinata philosophis, astronomicis maxime, qui Chaldæi vocantur, 629, 30. Babylonem Susis anteposuit Alexander, 622, 30. Homerus eam non memorat, 626, 15. Partem urbis Persæ diruerunt, partem tempus consumpsit et Macedonum negligentia post conditam præsertim Seleuciam, 629, 7.

Babylon, Ægypti castellum (*Babul* ruinæ), a Babyloniis structum; ei nunc imposita legio Romana, 635, 36. Incolæ cebum colunt, 690, 26.

Babylonia (Βαβυλωνία et Βαβυλών). Ejus fines, 629, § 8; a Media Zagro distinguitur, 447, 48; pars ejus Adiabene, 634, 27, et Sitacene et Apolliniatis, 623, 18; gentes ab ortu et borea imminentes, 634, 23; ab occasu, 70, 18. Supra Babyloniam Elymæorum et Parætacenorum montana, 447, 50. Babylonia et magna circumsitæ regionis pars Assyria vocatur, 627, 2. Babylonia fert hordeum, 632, 27; palmas, 632, 29; 695, 16; oryzam, 590, 36; naphtha et bitumen, 632, § 15; vitem e Babylonia in Susidem intulerunt Macedones, 625, 7. Vasa Babyloniæ ex arundine texta et bitumine obducta, 630, 30. — Babyloniorum bella cum Elymæis et Cossæis, 449, 40; 633, 45. Babyloniis auxiliatus est Antumenides, Alcæi frater, 527, 42. Babylonis quidam deficientes in Ægypto Babylonem condiderunt, 685, 36. Nunc Parthi Babyloniis imperant, 634, 35. Babyloniorum mulieres peregrinis

Digitized by Google

miscentur ad Veneris quoddam templum, 634, 54. Babylonios dicimus etiam e *regione* Babylonia oriundos, ut Diogenem philosophum, Seleuciæ natum, 633, 25.

Babyrsa, Βάβυρσα, castellum Armeniæ, non procul ab Artaxatis, 453, 39.

Babys, Pherecydis Syrii pater, 418, 18.

Bacchæ Pentheum discerpserunt, 351, 11. Bacchæ, Euripidis fabula, 22, 20.

Bacchiadarum tyrannis Corinthi, 325, 8. Eorum e genere ortus Arrhabæus, 271, 30.

Bacchides, Sinopæ præfectus quo tempore a Lucullo urbs oppugnabatur, 467, 48.

Bacchus, Διόνυσος, quo sensu πυριγενής dicatur, 537, 30. Ejus nutrices per Nyseium agitavit Lycurgus Edonus, 586, 25. Bacchi πρόκολοι Σειληνοὶ, Σάτυροι, Βάκχαι, Αἶγναι, Θυῖαι, Μιμαλλόνες, Ναΐδες, Νύμφαι, Τίτυροι, 402, 18. Bacchi et Rheæ res passim a poetis confunduntur, 403, 47. Bacchici apud Græcos ritus a poetis sæpe miscentur cum Phygiis, Lydüs et Creticis, qui ad Rheæ cultum pertinent, 402, § 13. Deus itinera longinqua suscepit, 40, 20. Ei totam Asiam ad Indum usque consecrarunt, 404, 45. In Indiam expeditio, 585, 46, quam fabulis accenset Eratosthenes, 586, 8. Bacchus μηροτραφής, in Mero Indiæ monte nutritus; sacer ei Nysa quidam Indiæ mons, 586, 17. Bacchi columnæ in India, 142, 25. Bacchi in India posteros esse dicunt Sydracas, 586, 36; 597, 27. Bacchum colunt montani apud Indos philosophi, 606, 7. Bacchi urbs in Libya perhibetur, quam unus idemque bis invenire non possit, 248, 45. Bacchi cultus qualis in Samnitarum mulierum insula ad Ligeris ostium sita perhibeatur, 165, 7 et 12. Bacchica certamina Lebedi, 549, 37; templum Rhodi urbis, 557, 7. In Limnis Spartæ, 311, 43. Τῶν περὶ τὸν Διόνυσον τεχνιτῶν τῶν ἐν Ἰωνίᾳ conventus et domicilium Tei, deinde Ephesi, tum Myonnesi, tum Lebedi, 549, 35. Bacchus ab Aristide pictus, Corintho Romam translatus inque Cereris templo dedicatus, una cum templo nuper conflagravit, 327, 32. Proverbium: Οὐδὲν πρὸς Διόνυσον, 327, 33.

Bacchylides, Simonidis consobrinus, Ceus e Julide urbe, 417, 43. Ejus error geographicus, 526, 42.

Bactra, ἡ Βάκτρα (τὰ Βάκτρα, 443, 12) ἡ καὶ Ζαριάσπα (*Balkh*); Bactrianæ caput, ab Alexandria Ariana 3870, ab Iaxarte fluvio 5000 stadia distat, sec. Eratosthenem, 440, 48; 443, 12; eam fluvius cognominis in Oxum exiens perfluit, 443, 12. Urbs in Amisi parallelo sita, 59, 15; cf. 61, 52; 62, 12. Ἡ ἐκ Βάκτρων τρίοδος, apud Ortospana, 441, 5; 616, 3. Qua Bactra eatur via, 57, 9. Βάκτρια τείχη ap. Euripid., 22, 45.

Bactriana, ἡ Βακριανή, ἡ Βακτρία, 29, 9; 107, 12. Parthicis bellis notior facta, 11, 47. Parthicorum scriptores, ut Apollodorus Artemitenus, Straboniana ætate accuratius de ea exposuerunt, 97, 27. Regionis situs et solum, 442, 46. Bactriana per 1000 stadia versus boream porrigitur 62, 20; ulteriora Scythæ tenent, 62, 46. Finitimæ regiones, 616, 34. Oxus fl. Bactrianam a Sogdiana dirimit, 61, 19; 440, 36. Juxta Bactrios ad Oxum Massagetæ et Arachoti degunt, ut Eratosthenes prodit, 440, 30. Pars Bactrianæ Indiæ, major pars Paropamiso adjacet, 440, 33. Omnium rerum ferax est, excepto oleo, 61, 6. Fert oryzam, 590 35. Urbes ibi: Bactra sive Zariaspa, Adrapsa, Eucratidia, 443, 12; 617, 15. Bactrianorum (Βατριανῶν s. Βακτρίων) vitæ ratio moresque, 443, 24. E Bactriana profecti Corybantes, 405, 21. Occuparunt eam Sacæ, 438, 53. Ex ea ad Chorasmios fugerunt Spitamenes et Bessus, 440, 26. In ea urbes condidit Alexander M.; idem ibi evertit Cariatas urbem, cepitque Sisimithræ petram, 443, § 4. Eam Euthydemus præfectus ad defectionem pertraxit, 441, 39. Bactrianæ reges græci majorem quam Macedones Indiæ partem sub se habuerunt 585, 7. Quousque Menander et Euthydemi filius Demetrius regnum protulerunt, 443, § 1 et § 2. Græcis Scytharum gentes e regione trans Iaxartem sitæ profectæ Bactrianam ademerunt, 438, 32. Scythis partem ejus ademerunt Parthi, 441, 48. Bactrianus nonnullis est Arsaces qui primus Parthyæam occupavit, 442, 9.

Badas, Βαδᾶς (*Nahr es-Sin* sive *el-Melech*), Syriæ fl., juxta quem, non longe a Palto urbe, Memnon sepultus esse apud Simonidem dicitur, 619, 43.

Bænis, Βαῖνις, sive Minius, Lusitaniæ fluvius maximus, per 800 stadia navigatur, e Cantabris fluens. Ejus ante ostium est insula. Usque ad eum (*Nimium* ap. App. Hisp. c. 72) progressus est Brutus, 127, 26. Bænis nomen alius nemo memorat, ac vix dubium quin Strabo erraverit. Insula illa non est ante Minii (*Minho*) ostia, sed ab eo boream versus (*isla Lies*) ad maris recessum, cui adjacet *Bayona* urbs. Inde *Bænis* nomen, quod ad Minium Strabo refert. Groskurdius putavit Minium et Nebin (*Neyva*) a Strabone confundi.

Bætera, Βαίτερα (sic Ptol.; Βλίτερα et Βλίττερα codd.; Bæterra Mela, Plin., in scr.; Βήτερρα numi; hod. *Béziers*) Galliæ Narbon. opp. ad Orbin fl., 151, 19.

Bætica regio a fluvio sic dicta, de incolis vocatur Turdetania, 115, 21. Hæc regio quæ intra Anam est, versus ortum tendit usque ad Oretaniam; in ora ab Anæ ostio usque ad columnas, 115, 32; felicissima est, 115, 14; 115, 37; 134, 40. Bætica provincia est populo attributa; mittitur in eam prætor cum quæstore et legato; finis provinciæ orientem versus est prope Castlonem, 138, 18. Cf. Turdetania.

Bætis, Βαῖτις (*Guadalquivir;* prope fontes etiam nunc *Ubeda* vocatur), Iberiæ fl.; ejus fontes, cursus, magnitudo, 115, 15. Ex eadem regione oritur, in qua Anas et Tagus, 115, 17. Sec. Polybium e Celtiberia fluit; oritur in Argenteo monte; ab Ana distat 900 stadia, 122, 47. Ex Orospeda ortus per Oretaniam in Bæticam fluit, 134, 40. Turdetaniam perfluit, 116, 41. Ostia bipartita insulam includunt 100 stadiorum, 116, 21, in qua Tartessum urbem fuisse dicunt, 123, 6. Ipsum etiam fluvium a veteribus Tartessum vocari ferunt, 122, 53. Ostiis vicina est Gades ins., 140, 16. Ab iis ad Anam fl. 100 milliaria, ad Gades 70 milliaria, 116, 37. Limus fluvii brevia facit; ante ostia scopuli sunt latentes, 116, 22. Bætis ad Ilipam exundans ad 30 stadia agros aqua tegit, 145, 16. Ripæ fluvii egregie inhabitatæ, cultæ, amœnissimæ, 117, 37. Grandibus onerariis usque ad Hispalin, minoribus usque ad Ilipam, scaphis compactis (olim etiam monoxylis) usque ad Cordubam navigatur per 1200 fere stadia; superiora ad Castlonem non sunt navigabilia, 117, 34; ibi montes juxta fluvium porriguntur, *ib.*

Bætis, Βαῖτις, urbs Bæticæ, quam Cæsar militibus frequentavit, adeo ut Hispalin honore superaret, etsi non splendida, 117, 15. Urbem aliunde non notam Hispali proximam fuisse et vix natam derelictam esse Mannertus censet; alii nomen ex *Bæcyla* vel *Bæza* vel *Lepti* corruptum esse putant. Ego indicari puto Plinii *Asidonem Cæsarianum* (*Xerez Sidonia* ævo medio, *Xerez de la Frontera* hodie), quæ est ab Hispali versus austrum sita. Apud Ptolemæum vocatur Ἀσίνδων. In Strabone pro Στρατιώτας ἡ βαῖτις fuerit Στρατιώτ. Ἀσινδιτις vel Ἀσινδις.

Bætorix, Βαιτόριξ, Melonis frater, Deudorigis pater, Sugamber, 242, 33.

Βαίτυλος, i. q. Οἴτυλος, 309, 16.

Bæturia, Βαιτουρία, Hispaniæ tractus sterilis juxta Anam fluvium, 118, 7.

Digitized by Google

Bagadania, Βαγαδανία, Cappadociæ planities inter Argæum et Taurum montes sita perraro producit arborem frugiferam; a Pontico mari 3000 st. distat versus meridiem, 61, 13; 462, 35.

Bagas, Βάγας, Paphlagonicum vocabulum in Cappadocia occurrens, 473, 43.

Bagous, Βαγῶος, eunuchus, Arsen interfecit regemque fecit Darium, 626, 34.

Bagradas, Βαγράδας (*Mejerda*), Libyæ fl. prope Uticam exit, 706, 26.

Bajæ, Βάιαι (*Baja*), Campaniæ opp., thermis celebre, 189, 4; 203, 20; unde nomen habeat, 204, 32. Ad Bajas nova urbs construitur, 205, 28. Bajas ducit agger qui Lucrinum sinum intercludit, 204, 23. Vicina Bajis regio, 203, 20 sqq.

Baius, Βάιος, Ulyssis comes, 24, 37, Bajis nomen dedisse creditur, 204, 33.

Balænæ, φάλαιναι, maris Turdetaniam alluentis, 120, 23.

Balanæa, Βαλαναία (*Valania* apud medii ævi scriptores; hod. *Banias*), Syriæ oppidum in ora Aradiorum, 641, 32.

Balari, Βάλαροι, Sardiniæ gens montana, 187, 28.

Balbura, τὰ Βάλβουρα (ruin. *Katara*. ad fl. *Katara Su* V. Spratt *Lycia*, tom. 1, p. 267), una urbium tetrapolis Cibyratidis; a Murena Lyciæ adjicitur, 539, 30 et 36.

Balbus Gaditanus novam Gadium urbem, 140, 301, et navale in opposita continente condidit, 140, 39.

Balearides, Βαλεαρίδες s. Βαλιαρίδες, inss. duæ. V. Gymnesiæ.

Balithon. V. Ammon.

Balsamum in Sabæorum terra, 662, 10; in Cœlesyria, 642, 52. Balsami hortus in Hiericuntis planitie; plantæ descriptio; succi colligendi et coaguiandi ratio et vis medica, 649, 43. Balsamum Judæi nonnisi certis in locis nasci permiserunt, 680, 3.

Bambyce (*Mambedch*, *Mambuk*) sive Hierapolis sive Edessa, Syriæ urbs, 636, 48; ab Antiochia orientem versus sita est eam urbem; olim Dionysius tyrannus tenuit, 639, 30. Quod Edessæ nomen attinet, Strabonem errasse et Edessam Mesopotamiæ cum Bambyce confudisse statuunt. Ne idem asseverem, impedit Stephanus Byz. v. Ἀπάμεια, ubi Apameam, quæ erat ad Zeugma Euphratis, sitam esse dicit Ἐδέσσης πρὸς ἄρκτους; in quibus si Edessa est nota urbs Mesopotamiæ, falsa tradit; sed bene res habet, si Edessa est ea quam Strabo dicit. Quæ quum ita sint, Stephani verba : ἔστι καὶ τῆς Περσαίας Ἐδέσσης πρὸς ἄρκτον, quæ vario modo vv. dd. tentarunt, ita corrigenda fuerint : ἔστι καὶ [ἄλλη vel Συρίας?], τῆς Βεροείας Ἐδέσσης πρὸς ἄρκτους. Verisimile enim est istam Edessam ad Beroeæ ditionem pertinuisse.

Bamonitis, Βαμωνῖτις, Cappadociæ regio, 473, 44.

Bandobene, Βανδοβηνή, Indiæ regio quam Choaspes perfluit, 594, 29.

Βάραθρα, nonnullis dicuntur paludes circa Pelusium, 682, 14; 631, 41; cf. 42, 10; 683, 20.

Barbarium, Βαρβάριον, Lusitaniæ prom. (*Cap Spichel*), 125, 42.

Barcas, Βάρκας, Hannibalis pater, 181, 37; quo duce Carthaginienses in Hispaniam expeditionem susceperunt, 125, 6.

Barce, Βάρκη, Cyrenaicæ urbs, 710, 52, in ora maritima; nunc Ptolemais vocatur, 710, 21. Hæc parum accurata sunt; ferri possunt eatenus, quatenus ad portum Barcæ, urbis mediterraneæ, Barcas nomen transferre licebat.

Bardi Gallorum, 164, 20.

Barduli, i. q. Bardyetæ.

Bardyetæ, Βαρδυῆται, qui nunc Barduli (Bardyali codd.) vocantur, Hispaniæ gens, Veronibus contigui, 134, 45; 129, 11.

Bargasa, Βάργασα, Cariæ opp., 560, 19. Cf. Ptolem. 5, 2, 19. Componi oppidum solet cum hodierno *Dchowa* (*Djovata*, *Giva*), quod est in intimo recessu sinus Ceramici (*Golfe de Dchowa*).

Bargosa, Βαργόσα (i. q. Βαρύγαζα, *Barutch*), Indiæ urbs, Zarmani patria, 612, 50.

Bargus nonnullis dicitur qui vulgo est Margus fluvius, 264, 15.

Bargylia, τὰ Βαργύλια, Cariæ opp., 522, 41; patria Protarchi, vicina Bargyliis loca, 561, 45. Urbis ruinæ prope vicum *Goverdchinlik* ad sinum Iasicum (*golfe de Mendeliah*).

Baris, Βᾶρις, nunc Veretum, Οὐαρητόν, Italiæ opp. in Salentinis, a Tarento 600 stad. distans, 233, 46. Nunc *Verano*.

Baris, Βᾶρις, dea Armeniorum; templum ejus memoratur, 455, 39. Pro Βᾶρις alii Ἄβαρις, Groskurdius Ἄζαρις nomen reponi voluerunt. Perperam, ut opinor. Certe Βᾶριν Armeniæ montem fabulis celebrem habes ap. Nicolaum Dam. fr. 76 (Fr. Hist. t. III, p. 415); Armenice idem mons dicitur *Varaz*; situs est in regione *Pakrevant* (Bagrandavene Ptolemæi), inter Araxen et *Van* lacum. Cf. Ritter 10, p. 261.

Barium, Βάριον (*Bari*), Apuliæ oppidum, a Brundusio et Tarento 700 st., ab Aufido 400 stadia distat, 235, 27 et 36.

Barnichius, Βαρνίχιος, recens Enipei fl. nomen, 306, 25.

Barnus, Βαρνοῦς (*Nitje*), mons in Macedoniæ et Illyrici confiniis, juxta quem Egnatia via ducit Heracleam, 268, 30.

Basgœdariza, Βασγοιδάριζα, castellum, 475, 41, situm vel in Ponti parte orientali vel in Armenia minori. Aliunde non notum. Ni egregie fallor, idem est quod in Itinerario Anton. Olotœdariza vocatur. Literæ ΩΑΟΤΟΙ et ΒΑΣΓΟΙ facillime confundebantur. Locus ille quum 23. m. p. a Nicopoli orientem versus esse dicatur, referendus est ad ruinas quæ sunt prope *Schabb-Chana-Hissar* (37° long.).

Basilicus Aulon. V. Aulon.

Basilii, Βασίλειοι, sive Regii, Sarmatæ, inter Tyrigetas et Borysthenem, 254, 26.

Basilius, Βασίλειος, fl. inter Euphratem et Tigrim, 636, 41. (aliis : *Balicha*, *Balissus*, *Beles*; hod. *Balich*).

Basoropeda, Βασοροπίδα, Armeniæ regio, olim Mediæ, 453, 23. Eandem esse regionem censeo quæ armeniace vocatur *Vasiour-achan*.

Bassus Cæcilius cum duabus cohortibus Apameam ad defectionem adduxit; Romanorum obsidionem diu sustinuit, tandem impetratis quas ipse vellet conditionibus sese dedit, 640, 53; socii ejus erant finitimorum castellorum reguli, nec non Alchædamnus Rhambæorum rex, 641, 5.

Bastarnæ, Βαστάρναι. De iis nihil fere novit Eratosthenes, 77, 25; Strabonis demum ætate accuratiora innotuerunt, 97, 24. Bastarnicis et Thracibus permixtæ gentes Scythicæ et Sarmaticæ, 246, 8. Bastarnæ Tyrigetis ac Germanis confines ac fere ipsi quoque Germanici generis, in plures divisi populos, quorum sunt Atmoni, Sidones, Peucini, Roxolani, 254, 29; 240, 25; 106, 32. Interdum hostem persequentes Istrum transgressi sunt, 253, 23. Bastarnæ Peucini dicti in Peuce insula, 253, 45 *sqq*. Bastarnas esse etiam ab ortu Germanorum septentrionalium juxta Oceanum plerique putant, at incerta res est, 244, 49; 245, 3.

Bastuli i. q. Bastetani, q. v.

Bastetani sive Bastuli, Βαστητανοί sive Βάστουλοι, gens Iberiæ in ora ad fretum Columnarum; apud eos Calpe

Digitized by Google

mons et Carteja urbs, 115, 44. A meridie Turdetaniæ, angustum tractum obtinent inter Calpen et Gades, 116, 45; Turdetaniæ accenseri solent, *ib.* Bastetani, qui etiam Bastuli vocantur, partim etiam Oretani, oram maritimam tenent a Calpe ad Carthaginem Novam, 129, 40. A meridie sunt Celtiberum, 135, 40. Bastetanorum ii qui Orospedam habitant, Celtiberiæ finitimi sunt, 134, 49. In Bastetania est dorsum montosum silvis densum, quod oram a mediterraneis dividit, 129, 50; in eo auri sunt metalla, 130, 3. Bastetaniæ mulieres viris mixtæ saltant; quomodo? 128, 43. Urbes sunt: Malaca, 130, 4; Exitanorum urbs, 130, 13; Abdera, 130, 15; Odyssea, 130, 17.

Bata, τὰ Βατά (*Soujoudjak*), pagus et portus ad Ponti oram a Sindico portu 400 stadiis distans; e regione situs Sinopæ, 426, 8.

Bathynias Βαθυνίας, fl. inter Athyram et Byzantium in Propontidem egrediens, 284, 19 (haud longe a Byzantio ad Rhegiam locum, qui hodie vocatur *Kutchuk Tchekmedcheh*).

Bathys portus, Βαθὺς λιμήν (*Bathy*), Bœotiæ, prope Aulidem, 346, 23.

Batiæ, Βατίαι, Cassiopæorum opp. mediterraneum, 269, 50. Situs incertus.

Batiea, Βατίεια, sive Myrina, cujus collis in Iliaco campo, 491, 10; 511, 20; 532, 33.

Bato, Βάτων, Dæsitiatarum Pannonum dux, 261, 10.

Baton, Sinopensis, Persicôn auctor, 468, 15.

Battus, Cyrenæ conditor, a quo genus se ducere Callimachus ait, 710, 41.

Beatorum insulæ, Μακάρων νῆσοι, quas poetæ canunt, non multum distant ab extremis Mauritaniæ, quæ sunt Gadibus opposita, 124, 51.

Bebryces, Βέβρυκες, qui ante Thynos et Bithynos Mysiam incoluerunt, et ipsi Thraces fuerint, 464, 18; 245, 34. Regionem Abydenam occuparunt, 501, 47. Ditione eorum potitus est Mariandynus, 464, 31. Bebryces et Doliones Phrygum nomine comprehenduntur, 578, 36. Homerus Bebryces non memorat, 475, 17.

Belbina, Βέλβινα (*S-Georges*), sinus Saronici insula, 342, 28. Æginæ objacens, 322, 44.

Belgæ, Βέλγαι, ab Alpibus ad Rheni ostia habitant, Celtarum vicini, 147, 12. In 15 gentes divisi degunt inter Rhenum et Ligerim ad Oceanum (qua in re fallitur Strabo), 159, 26; 163, 20; soli Germanorum, Cimbrorum et Teutonum irruptionem sustinuerunt, 163, 23. Belgicæ regionis gens (ex Strabonis opinione) sunt Veneti, 162, 7. Inter Belgas præstant Bellovaci et Suessiones, 163, 28. Belgicam Galliæ provinciam Augustus constituit, 147, 21. Apud Belgas olim triginta millia hominum armis aptorum censa sunt, 163, 30.

Belion, Βελιών, Lusitaniæ fl., 127, 15. Cf. Lethes fl.

Bellerophon ubinam Pegasum ceperit, 326, 11. Lyciorum rex, contra Solymos pugnat, 569, 21; 491, 1, et contra Amazones, 491, 9.

Bellerophontis vallum, Βελλεροφόντου χάραξ, prope Termessum, ubi Solymi habitarunt, 539, 12.

Bellovaci, Βελλοάκοι, Galliæ populus Morinis vicinus, 161, 40; inter Belgas præstant, 163, 28. Cf. 173, 26.

Belon, Βελών, urbs et fluvius in Bætica Iberiæ, 115, 54; ab eo Tingin trajicere solent, *ibid.*; Ruinæ urbis vocantur *Belonia* sive *Bolonia*; fluvius esse videtur hod. *Salade*.

Belus rex, Βῆλος, pater Thronii, avus Arabi, 35, 26. Beli templum apud Elymæos, 634, 7. Beli sepulcrum Xerxes Babylone destruxisse fertur, restaurare voluit Alexander, 628, 51.

Bembina, Βέμβινα, Argolidis vicus prope Nemeam, 324, 41.

Benacus, Βήνακος (*Lago di Garda*), lacus 500 st. longus, 130 st. latus, 174, 11; ex eo Mincius effluit, 174, 12.

Bendidia, Βενδίδεια, festa ap. Thraces, 404, 12; quorum meminit Plato, 405, 2.

Beneventum, Βενευεντὸν (*Benevento*), Samnitum opp. in via Appia, 207, 19; 235, 4. In eo duæ viæ coeunt quibus Brundusio Romam itur, 234, 51. Etiam nunc Beneventum bene constat, 208, 11.

Berecyntes, Βερέκυντες, pristina Phrygiæ gens, Rheæ orgia celebrabant, 402, 40; 496, 45. Βερεκύντιοι αὐλοί, 408, 48. Scamandrius e Berecyntis Europæ Phryges in Asiam transduxisse dicitur, 580, 37. Berecyntes Cerbesii, 496, § 21. Berecyntiæ mons Cabirus, 405, 42.

Berenice, Salomes filia, ab Augusto honore affecta, 651, 18.

Berenices crinis, sidus, 3, 3.

Berenice, Βερενίκη, Ægyptiorum urbs ad sinum Immundum (ruinæ ad recessum sinus, quem Anglici nautæ *Foul-bay* vocant), 654, 24. Dies ibi longissima 13 ½ horarum, sicut Syenæ, 110, 10. A Copto ad Berenicen viam mansionibus et aquationibus instructam patefecit Ptolemæus Philadelphus, 692, 22. Quamquam portu caret Berenice, tamen ob isthmi opportunitatem idonea diversoria habet, 692, 21. Propinqua est Myoshormo, 692, 31. (De situ Myoshormi et Berenices falsa tradit Strabo ex Artemidoro, qui ipse sua habet ex Agatharchide. V. Geogr. gr. min. tom. I, Prolegg., p. LXIX).

Berenice ἡ κατὰ Σάβας, Æthiopiæ urbs ad meridionalem partem sinus Arabici, 657, 1.

Berenice, Cyrenaicæ urbs (*Bengazi*), 710, 52, in Pseudopeniade prom. sita, juxta Tritonidem lacum, in quo insula cum Veneris templo; ibidem Hesperidum portus et Lathon fl., 710, 6. Urbs a Syrtis majoris recessu 1500 stadia distat, 710, 2. Ab ea usque ad Philænorum aras Nasamones habitant, 710, 3. Berenice contra Peloponnesi extremitates (Ichthyn et Chelonatam prom.) et Zacynthum jacet 3600 stadiorum intervallo, 710, 15. A Berenice proficiscens Cato cum exercitu Syrtim circumivit, 710, 16.

Berge, Βέργη, Bisaltarum vicus in Strymonis convalle, 200 stadia ab Amphipoli distans, 281, 8. (Leakius, qui Strabonis fragmentum nondum novit, locum quærit ad lacum Strymonium in hodierno *Takhino*, ab Amphipoli circa 140 stadia distante; quadrat hoc cum iis quæ in Ptol. leguntur 3, 12, p. 223, 20 ed. Wilberg. Quodsi veriora habet Strabo, Berge supra lacum Strymonium in hod. *Beg-Kevi* quæsiverim.) Bergæus est Antiphanes, *q. v.*

Berisades, Βηρισάδης, Odrysarum rex, 282, 50.

Bermius mons, Βέρμιον ὄρος (*Verria*), Macedoniæ, quem Briges tenuerunt, 278, 31. Radicibus ejus Berœa subjacet, 278, 51.

Berœa, Βέροια (*Verria*), Macedoniæ urbs ad radices Bermii montis, 278, 51.

Berœa, Βέροια (*Haleb, Aleppo*), Syriæ urbs; una earum quas olim Dionysius tyrannus tenuit, 639, 30.

Berones, Βήρωνες. V. Verones.

Bertiscus, Βερτίσκος, mons et post eum Scardus, Orbelus, Rhodope et Hæmus jugum montanum constituunt ab Adria ad Pontum pertinens, ac boreale latus Macedoniæ efficiens, 275, 12. (Secundum hæc Bertiscus componendus foret cum Bebiis montibus Ptolemæi, qui ipse Bertiscum m. in Bisaltia ponit infra Amphipolin et Heracleam Sinticam (*mont Betchik*). Quæritur itaque an perperam Strabo Bertisci nomen ad Bebium montem transtulerit.

Berylli lapides in India, 611, 40; in aurifodinis, 663, 9.

Berytus, Βηρυτός (*Beirout*), Phœniciæ urbs, a Sidone

Digitized by Google

400 (leg. 200, σ' pro υ') stadia distat, 644, 7; a Citio 1500 stadia, 582, 35. Eam Libani prædones infestabant, 643, 22; diruit Trypho, restaurarunt Romani, qui amplam ditioni urbis regionem adjecerunt, 643, § 19.

Besa, Βῆσα, pagus Atticus, cujus incolæ Βησαεῖς, 366, 9.

Besbicus, Βέσβικος (*Kalolimno*), insula Propontidis e regione ostiorum Rhyndaci fl. sita, 493, 38.

Bessa, Βῆσσα, Locrorum locus ab Homero memoratus, non amplius exstat, 366, 3.

Bessi, Βέσσοι, majorem Hæmi partem tenentes, ab ipsis latronibus latrones vocantur, 264, 32; attinguut Rhodopen, Pannones, Autariatas, Dardanios, *ibid.*; sunt ultimi boream versus Hebri accolæ, 282, 43; Odrysis et Sapæis vicini; præ ceteris hujus tractus populis latrociniis infames, 282, 45.

Bessus, Βῆσσος, et Spitamenes Persæ e Bactriana ad Chorasmios profugerunt, 440, 28. Quanam via Alexander Bessum persecutus sit, 616, § 10. Captus Bessus, 444, 49. Cf. 594, 15.

Betteres. *Vide* Veteres.

Bias, unus e septem sapp., Prienensis; de eo vox Hipponactis, 543, 49.

Biasas, Βιάσας, Paphlagonicum vocabulum in Cappadocia occurrens, 473, 43.

Bibracta, Βίβρακτα, Æduorum urbs munita, 160, 4. (Aut eadem est, quam Mela et Tacitus Augustodunum (hod. *Autun*) vocant, aut ab hac leugas nonnullas versus occasum sita erat in monte vel sub monte *Beuvrai*, qui olim Bifractus vocatus esse perhibetur.)

Bilbilis, Βίλβιλις (*Catalayud*), Celtiberiæ opp., 135, 11.

Billari, Βιλλάρου, sphæram e Sinope urbe abstulit Lucullus, 468, 1.

Bion Borysthenites primus vario orationis flore vestivit philosophiam; ab Eratosthene celebratur; in eundem dicterium, p. 12, 27. Bionis imitator Aristo Ceus, 417, 45.

Bion astrologus, quomodo ventos distinxerit, 24, 8.

Bisa, Βῖσα, olim Pisa, Πῖσα, Pisatidis fons, 306, 12.

Bisaltæ, Βισάλται, in Macedoniæ parte orientali, 275, 30; supra Amphipolim usque ad Heracleam (Sinticam), in Strymonis valle fertili, 281, 1; vicus eorum Berga, 281, 7. Inter Bisaltas et Odomantes Strymon exit, 281, 9. Bisaltæ etiam in regione maritima sunt, quæ est ultra Strymonem ad Datum, 280, 52.

Bistones, Βίστονες, Thraces, quibus Diomedes imperavit, Abdera tenuerunt, 281, 51.

Bistonis lacus, ἡ Βιστωνὶς λίμνη (maris recessus, *Lagos Bourou* ad *Kumuldchina*), in Thraciæ ora, ambitu 200 stadiorum, 282, 1; 282, 24. Eo quædam Thracum vel Trerum urbes absorptæ sunt, 49, 38.

Βίσουργις. V. Visurgis.

Bithyni in Thracia. V. Bithynia.

Bithynia, Βιθυνία, Asiæ regio. Ejus descriptio, 482, cap. 4. Ora ejus usque ad ostium Sangarii pertinet, 465, 31; qui fluvius in mediterraneis partem aliquam Bithyniæ perlabitur, 465, 25. Bithynorum, Mysorum Phrygumque confinia definire res est difficilis, 483, 12; 484, 15. Olim Mysi Bithyniam incoluerunt, 484, 12. Bithyni Asiæ e Bithynis et Thynis Thraciæ oriundi. Etiam nunc in Thracia Bithyni sunt, 464, 12. 245, 35. Bithyniæ regi paruerunt quæ sunt ab Heraclea usque ad Chalcedonem, 464, 8. Olim possederunt Phrygiam Hellespontiacam sive Epictetum, 466, 29. Parte Bithyniæ potiti sunt Galatæ, 425, 25. Occupavit Bithyniam Mithridates Eupator, 481, 19. Pompejus majorem Mithridatis ditionis partem Bithyniæ addidit, 463, 37. Bithyniæ provinciæ adjuncta est Pontica, 465, 17. Fimbria in Bithynia occisus est, 508, 33. Bithyni viri ob doctrinam memorabiles, 485, 3.

Bithynium, τὸ Βιθύνιον, Bithyniæ opp., 484, 25 (postea Claudiopolis, hodie *Boli* ad *Boli Su*, qui in Billæum incidit).

Bituitus, Βιτύιτος, Luerii (s. Luernii) f., Arvernorum dux, contra Q. Fabium Maximum Æmilianum et Domitium Ahenobarbum pugnavit, ubi Isara et Sulgas in Rhodanum influunt, 159, 8.

Bituminis fontes in Assyria ad viam qua Arbelis Babylonem itur inter Demetriadem et Sadracas, 628, 28. (Quattuor castris eo venit Alexander, teste Curtio, qui fontes istos ad Mennin urbem collocat. Unde patet eos esse intelligendos qui sunt ad hod. *Kerkuh*, non vero eos quos habes prope *Tuz Churmatru*. Vide quæ in hanc rem testimonia peregrinatorum collegit Mützell ad Curtium I, p. 378 sq). — Bitumen Babyloniæ, 632, § 15. Bitumine vasa arundinea Babylonii illinunt, 630, 30. De bituminis eruptione et colligendi ratione in lacu Asphaltite (quem Strabo perperam cum Sirbonide confundit) fusius agitur, 650, 6. Bituminosa terra, ἀμπελῖτις dicta, in Seleucia Pieriæ, 265, 5. Bitumen apud Apolloniam Epiri, 650, 36; in Nymphæo Apolloniatarum, cujus quot excisum est, tot succrescit, 262, 52. Bituminis fons in Masæsylia, 705, 10. Bitumen prope Sacrum Thraciæ montem ex adverso Proconnesi ins. in mare effluit, 284, 15. Bituminis suffitu contra gravedinem ex aromatum fragrantia provenientem Sabæi utuntur, 662, 20.

Bituriges Oisci, Βιτούριγες Ὀϊσκοι (vel Ubisci vel Vibisci), in Aquitania ad Garumnæ ostia, emporium habent Burdigalam. Inter Aquitanos est gens peregrina, neque cum illis vectigalia solvit, 157, 47.

Bituriges Cubi, Βιτούριγες οἱ Κοῦβοι καλούμενοι (*les habitants du Berri*), Galliæ gens Aquitanis adscripta. Apud eos officinæ ferrariæ, 158, 36; 158, 32.

Bizone, Βιζώνη, urbs Pontica inter Callatin et Apolloniam, magna ejus pars terræ motu hausta, 265, 14; 45, 19.

Bizya, Βιζύη (*Wisa*), Astarum in Thracia caput, 282, 46.

Blaena, Βλαηνή, Paphlagoniæ regio ad Olgassyn montem, 481, 13.

Blascon, Βλάσκων (*Brescon*), insula in sinu Gallico, 150, 50.

Blaudus, Βλαῦδος, (Mysiæ) opp., vicinum Ancyræ Phrygiacæ, 486, 4. In Hierocle, p. 662, est Βλάδος oppidum in Hellesponti eparchia. Quare probabiliter componitur cum hodierno *Bolat* ad *Bolat-Tchai*, 486, 4.

Bleminatis, Βλεμινᾶτις, Laconiæ regio; in qua Eurotas e terra rursus erumpit, 295, 6.

Blemmyes, Βλέμμυες, et Megabari inter Ægyptum et Meroen interque Nilum et mare Rubrum habitant, Æthiopibus (Meroes) subjecti, 669, 2. Neque multi sunt neque bellicosi, 695, 38.

Blera, Βλήρα (*Bieda*), Etruriæ opp., 188, 20.

Blesino, Βλησίνων, Corsicæ opp., 187, 8. Reichardus oppidum cum hod. *Vescovato* componit. Quanquam nihil est unde de situ loci conjecturam faciamus probabilem.

Blucium, Βλούκιον (*Luccium, Cicero*), Tolistobogiorum cast., 486, 7; Dejotari regia, *ib.* Situs incertus.

Boagrius, Βοάγριος (*Boagrias, Gabrias*), quem Manen, Μάνην, cognominant, Thronium urbem Locrorum præterfluit, 365, 45. Post terræ motum per aliam decurrit convallem, 50, 39.

Bocchus, Βόκχος, Mauritaniæ rex, Romanorum amicus, 703, 28. Antonii partes secutus, ab Agrippa in Methone urbe interficitur, 309, 7.

Bocalia. V. Bocarus.

Bocarus, Βώκαρος (postea Bocalia, gloss.), Salaminis insulæ fl., 338, 29.

Bœa, Βοία (ad hod. *Neapolis*), Laconiæ urbs, 312, 24,

Digitized by Google

Bœbe, Βοίβη, Magnesiæ opp., ad Bœbeidem lacum, 374, 51; cujus incolas in Demetriadem Demetrius conduxit; nunc pagus Demetriadis, 374, 45; 376, 46. Ruinæ in colle ad *Kanalia* vicum in orientali lacus latere.

Bœbeis, Βοιβηΐς (*lac de Karla*), Thessaliæ palus, 369, 23; in campo Pelasgico, 381, 6; palus Pheris vicina, Pelii et Magnesiæ extremitatibus contigua; imminet ei Bœbe oppidum, 374, 51; adjacet Armenium, 454, 50; 432, 7, et Pelasgicus campus, 381, 6, Dotius campus, 380, 7. Bœbeis palus Nessonide multo minor, 379, 24.

Bœonoa, Βοιωνώα, Elidis (sic enim Oenoen vocare solent) aut eadem est cum Ephyra, aut non procul ab ea sita erat, 290, 33.

Bœoti, Βοιωτοί, Laconicæ opp. olim Θάλαμοι dictum, ad sinum Messeniacum, 309, 24. (Prope hod. *Milia.*)

Bœotia. Ab ea maris fluxu Euboea abrupta est, 50, 17. Figura Bœotiæ et magnitudo, 343, § 1. Situs commerciis et imperio obtinendo peraccommodatus, 344, 9. Mediterranea Bœotiæ stagna, 348, § 15; solum cavernosum et rimosum; terræ motus frequentes eorumque causæ, 348, § 16. Loca in ora Euboeæ obversa, 346, § 10 *sqq.* Urbes pleræque nunc ad pagos redactæ, 346, 4. Solæ Thespiæ et Tanagra adhuc constant; reliquarum sunt rudera et nomina, 352, 32. Bœotiam olim tenuerunt barbari, Aones, Temmices, Hyantes, 267, 1; 344, 39; deinde cum Cadmo venere Phœnices, qui plerisque Bœotis imperarunt usque ad bellum Epigonorum; tunc enim reliquerunt Thebas, sed redierunt postea, 344, 42. E Bœotia Hyantes in Ætoliam migrarunt, 399, 13; *cf.* 363, 38. Bœotiæ olim Ogygiæ dictæ Cecrops præfuit et Eleusinem et Athenas ad Copaidem lacum condidit, 349, 35. Bœoti a Thracibus et Pelasgis expulsi in Thessalia cum Arnæis rempublicam constituerunt; hinc domum redierunt, quo tempore ad Aulidem erat Æolica classis in Asiam trajectura, 344, 48; 352, 24. Bœoti Penthilum in Æolica colonia deducenda adjuvarunt, 345, 43. Reversi e Thessalia etiam Orchomenum et Coroneam sibi adjunxerunt, et junctis viribus Pelasgos et Thraces ejecerunt, quorum illi Athenas, hi ad Parnassum emigrarunt, 344, 54; 353, 24. Cf. 399, 5. Ad Coroneam templum Minervæ Itoniæ condiderunt et præterlabentem fluvium Curalium vocarunt, Thessalica nomina usurpantes, 353, 24. Bœotorum rex Xanthus, 337, 33. Bœotos quosdam Pelops in Peloponnesum arcessivit, 309, 25. Bœotorum in Dodonæam antistitem facinus, de eoque judicium, 345, 17. Græciæ principatu per exiguum solummodo tempus Bœoti potiti sunt, 344, § 2. Ubinam Pambœotia agant, 353, 35. Olim sues dicti, teste Pindaro, 267, 3. Bœotorum et Atheniensium de Oropo controversiæ, 54, 41.

Bœotus, Metaponti vel Dii et Melanippes f., 220, 17 et 22.

Bœrebistas, Βοιρεβίστας et Βυρεβίστας, rex Getarum, quorum imperium satis amplum constituit, 252, 18; 253, 5. V. Getæ. Ut gentem in obsequio contineret, usus est Decænei sacerdotis opera, 252, 30; 247, 50; 649, 8. Contra eum Cæsar expeditionem adornavit, 247, 48. Seditione quorumdam oppressus est, 252, 37.

Boethus, Βοηθός, Sidonius philosophus, quo Strabo ad discendam philosophiam Aristoteleam usus est, 645, 4. Ejus frater Diodotus, *ib.*

Boethus, Βοηθός, Tarsensis, malus poeta et civis; in partam ab Antonio ad Philippos victoriam carmen scripsit; ab Antonio auctus male muneribus publicis fungitur, urbemque agit et fert usque ad mortem Antonii; deinde ab Athenodoro urbe ejicitur, 575, 14.

Bœum, Βοῖον, urbs Tetrapolis Doricæ, 366, 51. 408, 41.

Bœum m. V. Boium.

Bogus, Βόγος, Mauretaniæ rex, Romanorum amicus, 703, 28. Ejus regno vicini sunt Æthiopes, 82, 30; ad Bogum venit Eudoxus navigator, 82, 35. Bogus contra Æthiopes Hesperios expeditionem suscepit; ex eorumque regione calamos et asparagos ingentes uxori misit, 702, 25.

Boii, Βόϊοι, Galli olim ad Padum habitarunt; unde a Romanis ejecti ad Istrum commigrarunt, et apud Tauriscos habitarunt, bellaque contra Dacos gesserunt, donec tota ipsorum gens excisa est, agrumque, ad Illyricum pertinentem, vicinis reliquerunt, 177, 16; 180, 3; 171, 48; 262, 22. Boii contermini erant Rhætis et Vindelicis, 171, 36. Etiam Thracibus permixti habitarunt, 246, 10. In regione inter Alpes et Istrum sita a Dacis deleti sunt, 260, 24. Boiorum solitudo, ἡ Βοΐων ἐρημία, ab oriente Noricorum, 243, 9. Boii in silva Hercynia quondam habitantes Cimbrorum impetum repulerunt, sec. Posidonium, 244, 7. Bolos, qui sub Critasiro erant, prorsus delevit Bœrebistas Getarum rex, 252, 28.

Boianum, Βοϊανὸν (*Bojano*), Samnitum opp., 208, 8.

Boium, Βόϊον vel Βοῖον, Orestidis m. et hinc in Græciam tendens, in aliis sui partibus alia nomina habet; ex ejus verticibus et Ægæum et Ionium et Ambracicum mare conspici perhibent, 274, 37.

Bolbe, Βόλβη λίμνη (*Besikia*), Macedoniæ lacus ad quem Arethusa, 281, 15. Ejus accolæ plerique Mygdones vocantur, 281, 16.

Bolbitinum, Βολβίτινον, Nili ostium, 681, 4. Ad id Milesii cum triginta navium classe Cyaxaris tempore appulerunt, 681, 19.

Bomienses, Βωμιεῖς, Ætoliæ gens, Ophiensium pars; apud eos Evenus fl. oritur, 387, 30.

Bonasus, Indiæ animal, 611, 42.

Bonones, Βονώνης, Phraatæ IV filius, 637, 33.

Bononia, Βονωνία (*Bologna*), Galliæ Cispadanæ urbs, 180, 30. Bononiam ab Arimino et Bononia ad Aquilejam est via Æmilia, 181, 18.

Boosura, Βοόσουρα, Cypri pr. (ad *Bisur* locum), 583, 3.

Boreas ventus quinam, 23, 48.

Boreas Orithyiam rapuit, 245, 20.

Boreum, Βόρειον (*Ras Teyonas*), prom. parvum, quod Syrtis majoris fauces ad Cephalas facit, 710, 11.

Borrama, Βόρραμα, Ituræorum in Libano castellum, 643, 18. Situs non notus.

Borsippa, τὰ Βόρσιππα (*Birs Nimrud*), Babyloniæ urbs Apollini et Dianæ sacra; linificium ibi et vespertiliones prægrandes, 629, § 7.

Borsippeni, Βορσιππηνοί, Chaldæorum astronomorum secta, 629, 39.

Borysthenes fl., Βορυσθένης (Straboni non est *Dnieper*, sed *Bog*) ab Homero non memoratur, 248, 14. Fontes ejus ignoti; cursus directio eadem quæ Tanaidis, 88, 47. Fluvius per 600 stadia navigabilis; ostio adjacet insula cum portu; post 200 stadia occurrit Borysthenes sive Olbia urbs, 254, 16; 255, 33. Borysthenis ostium, punctum maris interni maxime septentrionale, 104, 29. Meridianus per Borysthenem, Rhodum, Alexandriam, Syenen et Meroen ductus, 94, 17; transit etiam per Byzantium, a qua urbe usque ad fluvium sunt 3700 stadia, 59, 47; 95, 1. Circuli meridiani pars ab Hellesponto ad Borysthenem pertinens est stadiorum 5000 sec. Eratosthenem. A Borysthene usque ad Thulæ latitudinem est linea 11500 fere stadiorum, 52, 27. Parallelus per Borysthenem transiens idem est cum Britannico, ut Hipparchus statuit, 53, 6; 95, 3. Ad Borysthenem dies longissima est sedecim horarum æquinoctialium, 111, 38 *sqq.* Quot fere sint stadia computanda a Borysthene ad borealem terminum terræ habitatæ, 95, 41. Ultra fluvium habitant ultimi notorum

Digitized by Google

Scytharum Roxolani, magis versus meridiem siti quam extrema ultra Britanniam cognita, 94, 33. Ad Borysthenem Hamaxœci incolunt, 104, 50. Intra Borysthenem et Tanain campos tenent Roxolani, 254, 34. A Borysthene ad Mæotidem pertinens regio algida, 255, 3. Frigoris ibi vehementia, 61, 44.

Borysthenes urbs sive Olbia ad Borysthenem fl., 200 ab ejus ostio stadiis sita, magnum emporium, Milesiorum colonia, 254, 21. (Ruinæ ad *Ilinski*.)

Borysthenites Bion, 417, 46.

Bos, βοῦς, Nili piscis, 699, 9.

Bosmorum, βόσμορον, in India, 588, 47; quale sit frumenti genus, 590, 40. (Cf. Meier *Botanische Erläuterungen zu Strabo's Geographie* p. 63.)

Bosporani, Βοσποράνοι (Βοσπορανοί, 257, 15), tyranni primum nonnisi a Panticapæo ad Theodosiam, deinde per totam Chersonesum regnarunt, 258, 10; 257, 15. Bosporani regni major pars in Europa, aliqua tamen etiam in Asia portio, 257, 36. Bosporanis paruerunt pars Mæotarum, 425, 9. Bosporani reguli interdum etiam usque ad Tanaim omnia obtinuerunt, maxime ultimi eorum Pharnaces, Asander et Polemo, 425, 10. Bosporanorum in Europa caput Panticapæum, in Asia Phanagoria, 424, 41. 257, 16. Bosporani nonnunquam navalia et forum distrahendæ prædæ præbent piratis Achæis, Zygis, Heniochis, 425, 30. Reguli Parisades, Leuco, Satyrus, alius Parisades, qui regnum Mithridati tradidit, 257, 25; Leuco, 250, 21; Mithridates Pergamenus eversus ab Asandro, 534, 24; Pharnaces ab Asandro interfectus, 534, 24. Bosporanorum reges Romanorum fere arbitrio constituuntur, 259, 25. Bosporanorum vates Achaicarus, 649, 9.

Bosporus Cimmerius, Βόσπορος ὁ Κιμμερικός, 89, 43; 103, 4; unde sit dictus, 257, 9; 423, 52; 244, 5; non ignotus Homero, 5, 15; pertinet ab Achilleo et Myrmecio usque ad Corocondamum et Acra, Panticapæorum promontorium, 424, 15. Ab eo vel ab Achilleo vico ad Tanaim via recta 2200 stadia, 258, 2; 6000 stad. juxta oram Europæ, *ib.* Latitudo Bospori, 257, 40; pars ejus angustissima, 257, 53. Ad eum Nymphæum, Panticapæum, Myrmecium, Parthenium, Achilleum, Phanagoria, *quæ vide*. Summum in Bosporo frigus, 61, 35. Cf. etiam v. Cimmerii.

Bosporus Thracius, Βόσπορος ὁ Θρᾴκιος, olim Mysius dictus. Ejus pars angustissima quinque vel quattuor stadiorum, 103, 43; 265, 41. Origo Bospori, 41, 35. Cf. Byzantium.

Botrys, Βότρυς (*Batroun*), sub Libano locus munitus, prædonum receptaculum, 643, 19.

Botton, Βόττων, Cretenses in Emathiam duxit, ibi Bottiæos dictos, 275, 25.

Bottiæi, Βοττιαῖοι, Cretenses sunt, qui e Sicilia et Iapygia in Macedoniam venerunt. 232, 5; 275, 25; quanam via usi sint, 234, 30. Βοττιαικὴ urbs Alorus, 277, 10; et Pella, 277, 12.

Boves feri in Alpibus, 173, 8; boves in ora Turdetaniæ maris effusione intercepti recessum fluctus operiuntur, 118, 54. Bos coloniæ dux Sabinis, 208, 21. Boves in regione ad Cerciniten sinum partim natura cornibus carent, partim iis lima abscinduntur cornua, quia hæc pars frigore facile lædituir, 255, 11. Bos ab omnibus Ægyptiis colitur, 690, 20. Bos sacra Hermonthi alitur, 693, 44, et Aphroditopoli, 687, 58, et apud Momemphitas, 682, 36. Mnevis bos apud Heliopolitas, 682, 38. Apis apud Memphitas, 682, 38. Bovum certamina Memphi, 686, 10. Bobus clavæ signum inurunt Sibæ in India, 586, 47. Boves Garamantum ungulas ceteris longiores habent, 709, 17.

Bovis aula, Βοὸς αὐλή, antrum Euboeæ, ubi Io Epaphum peperisse dicitur, 382, 6.

Boxus, Βόξος, Persa quid Agatharchidi narraverit de Erythra, qui mari nomen dederit, 662, 49.

Brachmanes, Βραχμᾶνες, Indorum philosophi, eorumque vita et doctrina, 606, § 59. De duobus brachmanibus qui ad Alexandrum accesserunt, Aristobuli narratio, 607, § 61. Onesicriti cum Mandani et Calano confabulatio, 607, § 63-65. Aliorum de istis philosophis narrationes, 610, § 66 sqq.

Branchidæ. Τὸ μαντεῖον τοῦ Διδυμέως Ἀπόλλωνος τὸ ἐν Βραγχίδαις a Xerxe incensum. Branchidæ qui thesauros templi Persæ tradiderant, una cum eo abierunt, 542, 9. Templum novum, 542, 15; 691, 36. Branchidæ, qui Persis opes Didymæi prodiderant, a Xerxe in Sogdiana obtinuerunt urbem, quam Alexander Mag. delevit, 447, 7.

Branchus, qui templo Didymæo præfuit, e stirpe natus Machærei Delphici, 361, 35; ab Apolline amatus, 542, 20.

Brauron, Βραυρών, una e 12 Atticæ civitatibus, quas Cecrops constituit, 341, 30. Ibi Brauroniæ Dianæ fanum, 342, 34; et Erasinus fl., 319, 12.

Brenæ, Βρέναι, Hebri accolæ, 282, 42; latrones, *ib.*

Brennus, Βρέννος, qui Delphos invasit, Prausius dicitur, quanquam de Prausorum gente non constat, 156, 1.

Brentesium, Βρεντέσιον (Brention sec. Steph. Byz.) lingua Messapica caput cervinum significat, 234, 42. *Vide* Brundisium.

Brettii V. Bruttii.

Breuci, Βρεῦκοι, Pannonum gens, 261, 8.

Breuni, Βρεῦνοι, gens Illyrica, quæ cum Vindelicis et Noricis ad exterius Alpium latus habitat, 171, 45. (in hod. *Tyrol* ad *Brenner* montem. *Caput Brennorum* a Plinio memoratum fuerit hod. *Bruneken*.)

Bria, Thracice urbem significat, 265, 20.

Brigantii, Βριγάντιοι, Vindelicia gens, quorum urbs Brigantium, 171, 52.

Brigantium, Βριγάντιον (*Briançon*), Brigantiorum Vindelicorum opp., 171, 52; in Cottii regione, 148, 41.

Briges, Βρίγες, gens Thracica, quorum pars in Asiam profecta Phryges vocantur, 245, 33; 278, 31. In Thracia Bermium montem tenuerunt; quorum nonnulli in Asiam transgressi Phryges dicti sunt, 278, 31.

Brilessus, Βριλησσός, Atticæ mons, 343, 16.

Briseis, Βρισηΐς, e Lyrnesso abducta, 500, 21.

Britannia (Βρεττανία persæpe Strabonis codices optimi, idque ubique videtur reponendum). De ea nihil accuratioris norunt Eratosthenes, Timosthenes, ceteri antiquiores, 77, 25. Totam se pedibus peragrasse ait Pytheas, ambitumque insulæ esse 40,000 stadiorum, 85, 47. De ea nihil memoratu dignum narrandum habuerunt legati Massiliensium, Narbonensium et Cordilonensium, a Polybio interrogati, 158, 5. Britannia sub eodem cum Borysthene parallelo sec. Hipparchum, 53, 6; 95, 3. Britannia ab Hipparcho multo magis quam a Strabone septentrionem versus ponitur adeo ut borealis ejus pars septentrionalior sit quam Hibernia Strabonis, 62. 50. A Britannia quot sint stadia ad Hiberniam ignoratur, itemque an ultra sint loca habitata, 95, 23. A Massilia in mediam Britanniam non ultra 5000 stadia. Hinc 4000 stadia versus boream progressus terram inveniet, quæ vix habitari possit; hæc erit circa Hiberniam, adeo ut regio ea, cui Thulen Eratosthenes assignat, habitari nequeat, 53, 12. Britannia per 5000 stadia longitudine fere æquali est juxta Celticam porrecta, ita ut orientalis extremitas, Cantium pr., ab objectis Rheni ostiis conspici possit, 52, 45. Pytheas insulæ longitudinem 20,000 stadia excedere ait;

Digitized by Google

Cantiumque a Celtica aliquot dierum navigatione distare fabulatur, 52, 49; 105, 47. Britannia triquetra, 165, 46; juxta Galliam porrectum latus est 4300 vel 4400 stadiorum, a Rheni ostiis ad Pyrenaeos pertinens, 165, 49; 99, 15. Cantium prom., 160, 40; 166, 1. Qui Britanniam et Hiberniam adierunt, nihil produnt de Thule insula, sed alias quasdam parvas circa Britanniam inss. commemorant, 52, 41. Britanniae solum quale, 166, 23; incolarum statura ceterusque habitus; ingenium; principatus; essedae; oppidorum ratio; aer, nebulae, 166, 28-47. In Britanniam a Gallia trajectus usitati quattuor ab ostiis Rheni, Sequanae, Ligeris, Garumnae, 166, 11. Caesar bis in eam trajecit 166, 48, ab Itio portu, 166, 17, a quo, sicut a ceteris Galliae fluviis, trajectus est 320 stadiorum, diurno brevior, 166, 17; 161, 16; 157, 6. Quid in Britannia Caesar perfecerit, 166, 48. Reguli Britanniae, Augusti amici; donaria in Capitolio dedicarunt, 167, 3. Britanni, Βρεταννοί, 97, 22, exigua vectigalia pendent mercium quas in Galliam exportant vel inde important, 167, 8. Quaenam sint merces istae, *ib.* Nullum in Br. Romanorum praesidium est. Qua de causa? 167, 12; 95, 37. Britanniae propinqua insula, in qua Cereri et Proserpinae sacrificatur simili ritu quo in Samothrace, teste Artemidoro, 165, 29. Aliae insulae circa Br. sitae, 167, 19. Βρεττανικαὶ νῆσοι, 106, 37. Ex iis stannum in Massiliam affertur, 122, 18.

Britannicum fretum, ὁ Βρεττανικὸς πορθμός, inter Galliam et Britanniam, 105, 45.

Britomartis, Βριτόμαρτις, Minoem fugiens in δίκτυα piscatorum desiluit, unde a Cydoniatis est Dictynna vocata. Error Callimachi, 411, 25. Templum Britomartidis in Chersoneso Lyctiorum, 412, 2.

Briula, Βρίουλα, pagus Cariae, 555, 28.

Brixia, Βριξία (*Bresse*), urbs Galliae transpadanae, 177, 27.

Bructeri, Βρούκτεροι, Germaniae populus ad Oceanum habitans, 241, 49 (De quo errore cf. v. Sugambri). A Druso Germanico praelio navali in Amasia fl. vincuntur, 241, 14. Bructeri captivi in Germanici triumpho, 242, 39.

Brundusium, Βρεντέσιον (*Brindisi*), Iapygiae urbs, 233, 33. Unde dicta sit, 234, 42. Frequentarunt urbem Cretenses aut cum Theseo e Cnosso urbe aut cum Iapyge e Sicilia profecti, 234, 26. Brundusium ab Hydrunte et Sasone ins. 400 stadia distat, 234, 4; a Cassiope, Corcyrae portu, 1700 stadia, 269, 32. Quaenam sit a Gargano distantia, 236, 26. Brundusio ad Tarentum isthmus est 310 stadiorum, 231, 1; cf. 334, 14. Brundusium appellunt ex Asia et Graecia Romam tendentes. Duae sunt Brundusio Romam viae, 234, § 7. Trajectus ad Ceraunios montes et ad Epidamnum urbem, 235, 14. Quomodo ex Epiro ad Brundusium iter instituant, si qui rectum cursum tenere non possint, 234, 4. Brundusium quum sub regibus multum agri amisisset, a Phalantho ademptum, postea, pulso illo, recuperavit, 234, 30; ager praestantissimus; portus egregii 234, 34.

Bruttii, Βρέττιοι, 176, 10; 176, 21; 211, 6; olim Lucanorum pastores, ab iis defecerunt, quo tempore Dio in Dionysium bellum movit; quare a Lucanis Bruttii, i. e. defectores, vocati sunt, 212, 25; 190, 25. Peninsulam tenent quae a Lao et Thuriis incipit, 212, 22; 211, 54. Ora Bruttiorum inde a Lao usque ad fretum Siculum est 1350 stadiorum, 211, 47. Caput Bruttiorum Cosentia, 212, 52. Aliae eorum urbes, 212, § 5 sq. Bruttii Temesam capiunt, 212, 35. Bruttia pix, quam Sila silva fert optimam, 216, 51. Via Rhegio per Bruttios in Campaniam ducens, 235, 9.

Brutus, Callaicus cognomento, in bello contra Lusitanos Morone urbe tanquam arce usus est, 126, 10; Olysiponem munivit, 126, 18 et 30.

Brutus (Decimus) e Mutina urbe fugiens et Salassorum terram transiens, ab his cogitur denarium solvere viritim, 171, 14.

Bryanium, Βρυάνιον, Deuriopum in Macedonia opp. ad Erigonem fl., 272, 8.

Bryges s. Brygi, Βρύγες, Βρύγοι, i. q. Phryges, 471, 11.

Brygi, Illyrica gens, 271, 20., e quibus in Erigonem fluvii complures deferuntur, 272, 3. Cydriae, urbs Brygorum, 272, 9.

Bubali in Mauritania, 702, 3.

Bubastos, Βούβαστος (*Tel-Bustak*), Aegypti urbs, 684, 6. Βουβαστίτης νομός, 684, 7.

Bubo, Βουβών, una urbium Cibyratidis tetrapoleos; postea a Murena est Lyciae adjecta, 539, 30 et 36. Sita urbs, secundum Sprattium, prope hod. *Ebajik*, ad fluvium *Horzoum-Tchai*.

Bubulcorum urbs, Βουκόλων πόλις, Phoeniciae oppidum inter Crocodilorum et Sycaminorum oppida situm, 645, 53. Aliunde non notum est. Plinius 5, 17, quum in hoc oraе tractu multo plura quam Strabo oppidorum nomina noverit, inter Sycaminon tamen et Crocodilorum oppida unam habet Dorum urbem (hod. *Dandora* seu *Tantura*), sicuti Tabula Peutingeriana, in qua *Dor* (i. e. *habitatio*) vocatur *Kert* (i. e. *oppidum*). Ni fallor, eandem urbem, saepius apud vett. memoratam, etiam Strabo indicavit; nomen vero, quum in loci naturam vix cadat, corruptum esse tanto lubentius crediderim quanto facilior se offerat ratio corrigendi. Etenim Claudius Julius (ap. Steph. v. Δῶρος) Phoenices ibi consedisse prodit διὰ τὸ ὑπόπετρον τῶν αἰγιαλῶν καὶ τὸ τῆς πορφύρας γόνιμον, atque constat etiam nunc litus istud purpuraе conchis abundare (V. Ritter. t. 16, p. 611). Quemadmodum igitur proximum oppidum a sycaminis nomen invenit, sic nostrum quoque a suo proventu dictum esse puto, adeo ut pro βουκόλων legendum sit βουκανῶν πόλις. Nam βουκάνη sive βυκάνη (v. Steph. Thes. II, p. 455, A) significat *buccinum*, de quo Plinius 9, 61: *Buccinum, purpura, nonnisi petris adhaeret circaque scopulos legitur*. Et cum buccino Plinii Lessonius (monente Rittero l. l.) eam purpuraе speciem componit quae in Dori litore scopuloso legitur et a nostri aevi viris doctis vocatur *helix ianthina* (V. Rosenmüller, *Bibl. Alterth.* tom. 4, 2, p. 451 sqq.).

Buca, Βοῦκα (*Termoli*), Frentanorum opp., Teano Apulo vicinum, 201, 44; 237, 21.

Buccinae ingentes, κήρυκες δεκαδάκτυλοι, in mari ad Cartejam, 120, 23.

Bucephalia, Βουκεφαλία (*Jelum* aut *Jellapour*), Indiae urbs, ab Alexandro ad Hydaspen condita, unde nomen habeat, 595, 35.

Bucephalus, Βουκέφαλος, equus Alexandri, urbi nomen dedit 595, 37.

Buchetium, Βουχέτιον, Cassiopaeorum opp., Cichyro vicinum, 269, 49. Leake ponit ad portum *St-Jean*. Quod ferri nequit. Composui cum hod. *Loutcha*.

Bucolon urbs. V. Bubulcorum urbs.

Budorus, Βούδορος, Euboeae fl. prope Cerinthum opp., 383, 18.

Budorus, mons Salaminis ins. Atticae vicinus, 283, 18.

Buiaemon, Βουίαιμον, Marabodi regia apud Quados, 241, 24. Signatur Bojohaemum regio in eaque oppidum, haud dubie Marabudum Ptolemaei, quod in hodierno *Budweis* quaerendum esse suspicantur.

Buprasium, Βουπράσιον, Eleae regio cum oppido cognomine; oppidum non amplius exstat; regio est ad viam qua ab Elide urbe hodierna Dymen itur; oppidum olim ipsa Elide praestantius fuisse videtur. De Homericis versibus, quibus Bubrasii mentio fit, 292, § 8. Homerus

Digitized by Google

Buprasienses Epeis accenset, 292, 25. Ad Buprasium est Larisus fl., 332; 47 (cf. 278, 25). Caucones κατὰ τὴν Βουπρασίδα, 297, 1. Cf. de Buprasio 302, 48; 306, 40; 389, 12. Situs oppidi incertior. Referuntur ad id rudera quædam quæ ab hod. *Ali Tcheleby* sunt meridiem versus prope monasterium quoddam. V. Curtius *Pelop.* 2, p. 36.

Bura, Βοῦρα, Achaiæ civitas, 331, 20; 319, 11. Ejus situs; urbs terræ motu absorpta; prope eam Sybaris fons, 332, 4; 45, 19; 49, 25. Ruinæ prope *Trupia* inter *Bokhusia* et *Kalavryta*.

Burchanis. V. Byrchanis.

Burdigala, Βουρδίγαλα (*Bordeaux*), Biturigum Oiscorum s. Ubiscorum emporium, paludi marinæ ad Garumnæ ostium appositum, 157, 49.

Busiris, Βούσιρις, rex vel tyrannus nullus unquam fuit. Quæ fabulæ de eo prædicant, ex Busiritica regione inhospitali explicanda sunt, 681, 42.

Busiris, Βούσιρις (*Bousyr*, *Abousir*), urbs Delta regionis in Busirite nomo, 681, 39.

Busirites nomus Æg., 681, 39.

Buthrotum, Βουθρωτόν (Ruinæ ad *Vutzindro* lacum), Epiri urbs ad ingressum portus Pelodis sive Cœnosi sita in peninsula. Coloniam Rom. habet, 269, 36. Supra Buthrotum est Phœnice urbs, 269, 38.

Buticus lacus, ἡ Βουτικὴ λίμνη, in Delta regione, a Buto urbe dictus, 681, 26.

Butones, Βούτωνες, Germaniæ gens, quam una cum Luiis, Zumis, aliis, subjecit Marcomannorum dux, 241, 31. Aliunde non nota gens; fortassis esse Βατεινοὺς Ptolemæi suspicatur Mannertus, quos quidem Batinos ad Bohemium pertinuisse censet Wilhelmius. Zeus pro Βούτωνες scribi vult Γούτωνες, probante Cramero.

Butrium, Βούτριον, Ravennæ oppidum, in via qua Ravenna itur Altinum, 178, 16. Sec. Tab. Peut. a Ravenna 6 m. p. distat, adeo ut prope lagunas quæ sunt ad *Comacchio* collocandum foret.

Butus, Βοῦτος (*Kem Kasir*), Ægypti urbs in Delta, vicino lacui nomen dedit; Hermopoli vicina; Latonæ oraculum habet, 681, 27.

Butyrum olei vicem implet ap. Lusitanos, 128, 36. Butyrum apud Æthiopes, 697, 31.

Buxentum, Πυξοῦς, Lucaniæ promontorium (*Punta degli Infreschi*), portus (*p. de Policastro*) et flumen. Duxit eo coloniam Micythus, 210, 25.

Buxus optima ad Amastrin et Cytorum nascitur, 466, 53.

Byblus Ægypti, ejusque cultura, 679, 39 et 52 sqq. 698, 52; Indiæ, *ib.*

Byblus, Βύβλος (*Gybl* phœnice; *El Kobyle*, *Gjibeleth*; *Gibbet* Abulfedæ; Ζεβελέτ ap. Joan. Phocam; hod. *Djibeil*), in loco excelso, mari propinquo, Cinyræ regia, Adonidi sacra; eam, tyranno securi percusso, liberavit Pompeius, 643, 23. A Libani latronibus infestabatur, 643, 21.

Bycium (?) vinum pessimum, quo Alexandrina plebecula utitur, 679, 17.

Bylliace, Βυλλιακή, regio Byllionum in Epiro (legendum tamen videtur Βυλλὶς καὶ, adeo ut urbs significetur), 263, 10.

Bylliones, Βυλλίονες, Illyrica gens, Epirotis mixta, 271, 19.

Byrchanis, Βυρχανίς (Βουρχανίς Steph. Byz. e Strabone, *Burchana* Plin.), Germaniæ insula quam obsidione cepit Drusus Germanicus. (*Borkum* ad Amasiæ (*Ems*) ostium.)

Byrebistas. V. Bœrebistas.

Byrsa, Βύρσα, arx Carthaginis, 706, 36; 707, 14.

Byzacii, Βυζάκιοι, Libyæ gens, usque ad Carthaginem pertinent, 108, 39.

Byzantium, Βυζάντιον, sub eodem parallelo cum Massilia situm esse videbatur Hipparcho, 53, 6; 64, 46; 87, 38; 94, 51; in eodem meridiano, in quo Rhodus et Borysthenes, 59, 6; 59, 49; 87, 43. A Rhodi parallelo distat 4900 vel 5000 stadia, sec. Hipparchum, 111, 25; 87, 43. A Byzantio ad Borysthenem 3700 stadia, 59, 49; ad Apolloniam, 7320 stadia, 284, 25. Ab Hebro usque ad Byzantium et Cyaneas 3100 stadia sec. Artemidorum, 284, 22; a Perintho 630 stadia, 284, 21; 600 stadia, sec. Demetrium Scepsium, 284, 30. Byzantinorum fanum ad fauces Ponti, 40 stad. a Cyaneis, 265, 38. Byzantii dies longissima 15 ¼ hor., 111, 20; gnomonis ratio, *ib.* Byzantio in freto fluxus et refluxus nullus, sed effluxus modo e Pontico mari in Propontidem est, 46, 15; aliquando hic etiam subsistit, teste Hipparcho, 46, 18. Τοῦ Βυζαντιακοῦ στέματος transitus ob Cyaneas petras navigantibus asper, 17, 21. Ad Byzantium maris fluxu pisces deferuntur, 266, 13. Pelamydum piscatio amplum ibi reditum præbet, 366, 15. Byzantiorum Cornu, τὸ Κέρας, muro junctum, cornu cervinum referens, ad 60 stadia penetrans, 5 stadia distans a portu Sub ficum, 265, 47. Ingens ibi pelamydum copia capitur, 265, 51. Byzantii partem Dascylitidis lacus habent, 493, 30. Byzantium condituris datum oraculum, 266, 19. Supra Byzantium Astarum gens, 266, 29.

Byzeres, Βύζηρες, gens barbara, montana quæ supra Trapezuntem sunt incolens, 470, 29.

C.

Cabæum, Κάβαιον, Ostimiorum prom., 53, 45. Cabæo objacent insulæ, quarum ultima est Uxisama, quæ distat, sec. Pytheam, tridui navigatione, 53, 46.

Cabalis, Καβαλίς, Phrygiæ regio, 538, 13 et 52, quam Lydi obtinuerunt, a quibus prognati sunt Cibyratæ, 539, 23. In Cabalide habitarunt Solymi, 539, 9.

Caballa, τὰ Κάβαλλα (v. lect. Κάμβαλα), in Hyspiratide (in hod. *Isper*) Armeniæ oppidum ad quod metalla, 454, 19.

Caballio, Καβαλλίων, Galliæ Narbon. opp. (*Cavaillon*), 148, 37; ad Druentiam, a Massilia 500 stadiis distans, 153, 45.

Cabira, τὰ Κάβειρα (*Niksar*), Ponti urbs ad Paryadram montem, a Magnopoli et Amasia 150 stadia distans; ibi regia Mithridatis, 476, 38. A Novo castello 200 stadia distat, 476, 45. Pompeius locum vocavit Diospolin, Pythodoris Sebasten nominavit et urbe ea pro regia nunc utitur, 477, 5.

Cabiri, Κάβειροι, 404, 5, tres Camilli filii, sec. Acusilaum, 406, 4; tres Vulcani et Cabirûs filii, sec. Pherecydem, 406, 7. Nomina eorum mystica, 406, 12. Cabiri iidem sunt, ut putant, cum diis in Samothrace cultis, 283, 8. Nulla de iis in Samothrace fertur narratio mystica, teste Demetrio, 405, 37. Cabiri in Lemno maxime et Imbro et Troadis oppidis colebantur, 406. 10. Iidem sunt cum Corybantibus, qui in Samothracen abierunt. Actiones eorum mysticæ, 405, 33. Secundum alios Cabiri sunt iidem qui Curetes, Corybantes, Idæi Dactyli, Telchines; sec. alios sunt cognati eorum et simillimi, 400, 32. Nomen habent a Cabiro Berecyntiæ monte, in eorumque honorem sacra Samothracia fiunt, sec. Stesimbrotum, 405, 39. Cabirorum sacra sunt in Memphi urbe, sec. Herodotum, 406, 13.

Cabiri stellæ ad Gades observantur, 98, 46 (ubi leg. καὶ Καβείρους ποτὲ ex conj. Mein.).

Cabirides, Καβειρίδες, nymphæ tres, Camilli filiæ, sec. Acusilaum, 406, 4; Vulcani et Cabirûs filiæ, sec. Pherecydem, 406, 7.

Digitized by Google

Cabiro, Καβειρώ, e Vulcano mater Camilli sec. Acusilaum, 406, 3. Protei filia, Vulcano peperit 3 Cabiros et 3 Cabirides nymphas, sec. Pherecydem, 406, 7.

Cabirus mons, Κάβειρον ὄρος, in Berecyntia, 405, 42.

Cabyle. V. Calybe.

Cabullinum, Καβυλλῖνον, Arari adjacens Æduorum urbs (*Châlons-sur-Saône*), 160, 4.

Cadena, τὰ Κάδηνα, Cappadociæ oppidulum, quo Sisinus potitus est, 460, 26. (Non ita longe a Noris abfuisse debet. Suspicor eundem esse locum qui in Tab. Peutingeriana scribitur *Cæna*, et a Tyanis 32 m. p. distat boream et occasum versus. Quæ quidem distantia, secundum Kieperti tabulam Asiæ minoris, duceret ad ruinas quæ sunt ad altissimum montem *Hassandagh*. D'Anvillius Cadena cum hod. *Nigde* componit.)

Cadi, Κάδοι (*Gedis*), Phrygiæ Epicteti opp., 493, 45. Nonnulli Mysiæ esse dicunt, *ib.*

Cadme, Κάδμη, i. q. Priene, q. v.

Cadmea, Καδμεία, a Cadmo ejusque comitibus munita, cui postea adjectæ sunt Thebæ, 266, 51; 344, 42. Cf. 354, 7 et 17.

Cadmeam victoriam ad Trojam Græci deportarunt, 124, 14.

Cadmia lapis provenit ex ære Cyprio, 136, 1.

Cadmus, cum Phœnicibus in Bœotiam profectus, munitâ muris Cadmeâ, regnum posteris reliquit, qui Cadmeæ Thebas adjecerunt, 344, 42; 266, 51. Cadmi divitiæ e Pangæi montis metallis, 580, 21. Cadmi et Harmoniæ posteri apud Encheleas regnarunt, 271, 27.

Cadmus historicus et reliqui vetustissimi prosæ orationis scriptores dictione utebantur, quæ a poetica nondum longe aberat, 15, 3.

Cadmus, (Phrygiæ) mons (*Baba Dagh*), e quo Lycus et Cadmus fl. oriuntur, 495, 27.

Cadmus (*Gieuk Bonar*) fl. Phrygiæ e Cadmo m. defluens, 495, 27.

Cadurci, Καδοῦρκοι (*les habitants du Quercy*), Galliæ gens Aquitanis adscripta, 158, 31; linificium apud eos exercetur, 158, 36.

Cadusii, migratores et latrones, in Atropatene et alias, 449, 6; ad Hyrcanum sive Caspium mare, 435, 3; 436, 7; 449, 51; inter Anariacos et Albanos, 440, 39; Medos Matianos attingunt, 440, 41. Ora eorum ad 5000 stadia porrigitur, sec. Patroclem, 436, 30. Cadusii numero suo potentes, et jaculatores optimi, 449, 14. Cf. 438, 8.

Cæcias, καικίας, quinam ventus dicatur, 24, 9.

Cæcubum, τὸ Καίκουβον, Latii campus palustris, vinum fert optimum, 193, 13; 194, 54; 195, 3.

Καιέτας, apud Lacedæmonios antrum quoddam, quo pro carcere utebantur, 315, 27.

Cæni, Καινοί, Thraciæ gens, quorum rex Diegylis, 534, 3.

Καινὸν χωρίον in Ponto. V. Novum castellum.

Cænys, Καῖνυς (*Punta del Pezzo*), Bruttii prom. e regione Pelori prom., 213, 40; 220, 45.

Cæpionis turris, Καιπίωνος πύργος (*Ciptona*), ad ostium Bætis fluvii, 116, 25.

Cæratus, Καίρατος (*Kartero*), Cretæ fluv., cui adjacebat urbs cognominis, quæ postea vocata est Cnossus, 409, 14.

Cære, Καιρία (*Cervetri*), Etruriæ urbs, olim Agylla dicta, Pelasgorum opus; de mutato urbis nomine fabula, 183, 37. Cæretani de Romanis optime meruerunt tempore Gallicæ invasionis, neque vero justa meritorum præmia tulerunt, 183, 22. Nunc urbis olim splendidæ nonnisi vestigia quædam supersunt; in vicinia sunt calidæ aquæ Cæretanæ, 183, 45. — Cæretanorum navale est Pyrgi, ab urbe 30 stadia distans; navale illud habet fanum Lucinæ, a Pelasgis structum, a Dionysio destructum, 188, 10.

Cæsar (Julius), Roma ad Obulconem Hispaniæ pervenit 27 dierum itinere, quum esset ad Mundam conserturus prœlium, 133, 30. Afranium et Petreium Pompeianos duces ad Ilerdam in Hisp. devicit, 134, 8. Ejus duces in Jaccetanorum regione contra Sext. Pompeium bellum gesserunt, 134, 20. Cæsar quid de Galliæ divisione in Commentariis tradiderit, 147, 14. Contra eum in Pompeiano bello stabant Massilienses, 150, 5; in quos clemens Cæsar pristinam urbi libertatem reliquit, 150, 33. Contra Arvernos et Vercingetoricem pugnavit ad Gergoviam et Alesiam, 158, 52. In Britanniam transiturus ubinam naves compegerit, 160, 42. Quadringenta millia Helvetiorum delevit, 8000 superesse passus est, ne Germanis vacuam regionem relinqueret, 161, 1. Ab Itio in Britanniam trajecit, 166, 17. Bis in Britanniam profectus est; quid ibi peregerit, 166, 48. Venetos Gallos prœlio navali quomodo vicerit, 162, 8. Cæsaris pecuniam diripuerunt Salassi et in exercitum ejus saxa dejecerunt, 171, 19. Cæsar Comum misit quinquies mille colonos, inter eosque 500 Græcos nobilissimos, 177, 33. In Byrebistam Getarum regem expeditionem adornavit, 247, 50; 252, 41. Post prœlium Actiacum decem naves de præda dedicavit Apollini Actio, quas postea ignis delevit, 270, 12. Corinthum restauravit, 327, 50. Ei se addixit Cleo latro, post pugnam Actiacam ab Antonio deficiens, 492, 18. Alexandrum imitans Ilienses beneficiis affecit, propter cognationem cum Iliensibus ipsi intercedentem, 508, 44. Mithridatem Pergamenum tetrarcham Galatiæ et regem Bospori creavit, 534, 20. Pythodori Nysæi bona publicavit, 554, 17. Coorum Venerem Cæsari dedicavit Augustus, 561, 32. Præceptorem Cæsar habuit Athenodorum Tarsensem, Sandonis filium, 575, 11. Quo loco prœlio superavit qui cum Antonio contra eum exierant, ibi Nicopolin urbem condidit, 30 ab Alexandria stadiis, 576, 16. Pharum insulam evastavit, 673, 34. Cleopatram ab exilio revocatam Ægypti reginam constituit, adjuncto fratre ejus minori; fratrem ejusdem majorem occidit, 677, 20. Ægypto provinciæ præfecit Cornelium Gallum, 696, 1. Cæsaris bellum Africanum, 705, 50.

Cæsar Augusta, Καισαραυγούστα (*Saragossa*), Rom. colonia in Celtiberia, 125, 34; ad Iberum fl. 133, 50. A Numantia 800 stadia distat, 135, 8.

Cæsarea, Καισάρεια (*Cherchel*), antea Iol, q. v.

Cæsarium, τὸ Καισάριον, in Alexandria Ægypti urbe templum, 675, 42.

Cæsena, Καισήνα (*Cesena*), ad Sabin (*Savio*) fl. in Gallia Cispadana, 180, 35.

Caicus, Κάϊκος (*Bakyr-Tchai*), Mysiæ fluvius, 490, 15, quem ex Ida fluere perperam Bacchylides dicit, 526, 42. Prope fontes ejus Gergitha, 527, 1. In Caicum influit Mysius, 526, 50. Caicus Pergamum præterfluit, 534, 11. Ab eo Elæa 12 stadiis distat, 525, 41. In Elaiticum sinum exit, 525, 39. Ejus ostia, 519, 21. Ad Caicum usque Troas Homerica pertinet, 498, 6. Caici campus, 493, 47, quem alluviones fecerunt, 589, 24, ad latus orientale Ægæ montis, 526, 2. Temno monte ab Apiæ campo dirimitur, 526, 47.

Cajetanus sinus, Καιάτας κόλπος, Italiæ, unde dictus sit; ejus longitudo. Ad eum promontorium Cajetanum, Καιάτας, 194, 36 et 54.

Calabri, Καλαβροί, in Iapygia, a Salentinis boream versus; ab Apulia sive Peucetiis versus meridiem, 230, 45. Calabria, 234, 17.

Calachene, ἡ Καλαχηνή, Assyriorum regio in planitie quæ

Digitized by Google

adjacet Nino urbi, 455, 3; 627, 6. Ad eam usque ex Armenia progressi sunt Thessali, Armeni comites, 432, 9. (Regionem eamdem esse cum Chalonitide (hod. *Holvan*), quam ipse Strabo hoc nomine memorat, parum probabiliter censet Ritterus tom. 9, p. 465. Apud Ptolemæum 6, 1, Καλακηνή in libris nostris vocatur, et Adiabenæ boream versus superjacet.

Calaguris, Καλάγουρις (*Calahorra*), in Hispania Vasconum urbs, 134, 5. Cf. Sertorius.

Calami Æthiopici Indicis similes, 702, 27.

Calamidis opus, colossus Apollinis in templo Apolloniatarum Ponticorum, 265, 12.

Calanus, sophista Indus; Onesicriti cum eo confabulatio, 608, § 64. Coram Alexandro se combussit, 585, 27. De Calani morte narrationes variæ, 610, § 68.

Calasarna, Καλασάρνα, urbs Lucanorum, 211, 37. [Urbem hanc ex uno Strabone novimus. Componenda est cum hodierna *Campana* non ita longe a *Cariati*, ubi etiam nunc mons *Calaserna* vocatur. In eodemque tractu sita sunt quæ præcedunt apud Strabonem oppida. Cf. v. Vertinæ. Cluverus *Acalandra* ap. Strab. legi voluit, quum Acalander fluv. (ad Thurios) memoretur.]

Calatia, Καλατία, Campaniæ opp. in via Appia, 207, 20; 235, 6; hodie *Gallazze* inter *Caserta* et *Maddaloni*.

Calauria, Καλαυρία, ins. in Myrtoo mari Trœzeni objecta; ambitu 30 stad.; asylum ibi Neptuni, qui insulam a Latona accepit, contra data Delo; ad templum Amphictyonia septem civitatum quarumnam? Asyli sanctitas diu fuit integra. Demosthenes ibi se occidit, 321, 24. Cf. 317, 14. [Quum Strabonis libri nonnisi triginta stadiorum ambitum insulæ prodant, hæc ad peninsulam quæ a meridie Calauriæ adhæret et tempestuoso mari insula fit, refert Curtius. Quod non credideris. Immo peninsula ista Strabonis ætate adhuc insula fuerit, quam Pausanias Sphæriam et postea Hieram vocatam esse refert. Dempta hodierna ista peninsula, Calauriæ ambitus est fere stadiorum 130; quem numerum apud Strabonem reponendum esse aut jam Strabonem sua ex corrupto aliquo libro descripsisse censeo.]

Calbis, Κάλβις (*Doloman Tchai*), fl. Rhodiorum Περαίας; inter ejus ostia et Calynda est Pisilis, 556, 25.

Calceamenta Assyriorum, 635, 16. Calcei aculeati, quorum opera in Caucasi vertices adscendunt, 434, 1.

Calchas cum Amphilocho e Troade migravit; Clari mortuus est sec. Callinum, 570, 10. Quæ de ejus certamine cum Mopso deque vitæ fine varia tradantur, 548, 45; 576, 20. Calchantis in Drio Apuliæ colle sacellum, in quo oraculum sciscitantes arietem nigrum immolant ejusque pelli indormiunt, 236, 12. Calchas, Selges conditor, 478, 38.

Cale Peuce, Καλὴ πεύκη, in Troade, 515, 54. Quid de ea Attalus I tradat, 516, 1; ab Adramyttico 180 stadia abest, *ib.*

Cales, Κάλης, ἡ τῶν Καληνῶν πόλις (*Calvi*), Campaniæ oppidum ad viam Latinam, Casilino propinquum, 198, 1; 207, 32. Calenum vinum, 202, 33.

Caleti, Κάλετοι, Galliæ populus ad Sequanæ ostium, 157, 5; 161, 40.

Callaici, Καλλαϊκοί, Iberiæ gens, Lusitanis, Asturibus et Celtiberis contermini, 126, 39 et 44; 134, 46. Montanam regionem tenent; de iis Druso fuit Callaici cognomentum, 126, 27. Callaici effecerunt ut nunc plurimi Lusitanorum Callaici vocentur, 126, 31. Callaica nunc dicitur ea pars Lusitaniæ quæ est trans Durium fluvium, quam administrat legatus, 138, 32. Apud Callaicos consedisse ferunt nonnullos qui Teucrum in bellum secuti fuerant; et fuisse ibi aiunt urbem Ἕλληνας, et alteram Ἀμφιλόχους, de Amphilocho ibi mortuo dictam, 130, 23. Callaicorum mores, 129, 7; religio nulla, 136, 20.

Callas, Κάλλας, Eubœæ fl. 382, 52.

Callatis, Κάλλατις (*Collati*), Heracleensium colonia, ad Pontum, 265, 7; 465, 6; supra eam Crobyzi degunt, 264, 27. Callatianus, Demetrius historicus, 50, 21.

Calliarus, Καλλίαρος, Locrorum opp. ab Homero memoratum, habitari desiit; est vero etiam nunc planities ferax, Calliarus dicta, 366, 1.

Callias Lesbius, Sapphûs et Alcæi versus interpretatus est, 528, 50.

Callicolone, Καλλικολώνη, tumulus quidam præter quem 5 stadiorum intervallo Simois fluit; a vetere Ilio tumulus distat 10 stadia, 511, 33. (Esse debet *Karaguin* collis cuneiformis, qui unicus exstat in montano tractu qui a Novo Ilio ortum versus porrigitur.)

Callidromus, Καλλίδρομος, mons Thermopylis imminens; alii latius hoc montis nomen extendunt, 367, 36.

Callimachus genus deducit a Batto Cyrenæ conditore, 710, 41. Cyrene natus, poeta et grammaticus, ap. Æg. reges in honore erat, 711, 11. Ejus sodalis Heraclitus Halicarnassensis poeta, 560, 45. Callimachus loca quæ Homerus in Oceano posuit, ad Gaudum et Corcyram refert; reprehensus ob id ab Apollodoro, defenditur a Strabone, 37, 19. Callimachi versus laudantur, 38, 29. De geographicis quibusdam ab Apollodoro reprehenditur, 243, 51. Cretæ loca novit perperam, 411, 54. Mensuras Jovis Olympici, Phidiæ operis, iambico carmine exposuit, 304, 17. Callimachus ἐν τοῖς Ἰάμβοις de Venere Castniætide, 376, 14. Ejus de Pola a Colchis condita versus, 179, 45. De Thera, Cyrenes metropoli, 298, 32. De Anapha et Thera ins., 416, 6. De auctore poematis quod Οἰχαλίας ἅλωσις inscribitur, 545, 45. Callimachus ἐν τῇ συναγωγῇ τῶν ποταμῶν, 341, 11. Laudatur etiam, 684, 28; 710, 34.

Callinus, elegiarum poeta, de Teucris e Creta in Troadem profectis, 516, 22. A Callisthene et Demetrio laudatur, 536, 28. Alicubi Ephesum Smyrnæ nomine appellat, 541, 21. Laudatur, 554, 14 et 22. Eo junior fuit Archilochus, 553, 19. Callinus Calchantem ad Clarum mortuum esse, comites ejus sub Mopso in Pamphyliam et Ciliciam et Syriam transisse ibique consedisse ait, 570, 13.

Calliopes et Jovis filii Corybantes, 405, 32.

Callipidæ Scythæ, 471, 22.

Callipolis Siciliæ a Naxiis condita, 226, 44. Nunc non incolitur, 226, 42.

Callipolis, Καλλίπολις (*Gallipoli*), Chersonesi Thrac. opp., 284, 9. Hinc ad Lampsacum 40 stadia, *ib.* et 504, 15.

Callipolis, Καλλίπολις, oppidum Parorbeliæ in Macedonia, 281, 5. Callipolis in valle *Stroumitza* fl. quærenda; fortassis ipsa est *Stroumitza* urbs.

Calliste, Καλλίστη, insula, postea Thera, inter Cyrenaicam et Cretam sita, in qua sub Thera duce Theram, Cyrenes metropolim, condiderunt Minyæ e Lacedæmone profecti, 298, 29.

Callisthenes Cariatis in custodiam datus, 443, 45. Laudatur de Tyrtæo, 311, 12; de Araxe fl., 455, 44; de Cauconibus, 464, 45; de Adrastea Troadis, 503, 14. Cum Anaxarcho et Alexandro Homericorum carminum recensionem instituit, 508, 50. Laudatur de Arimis, 536, 11; de Sardium expugnationibus, 536, 26; de Phrynicho multato ob fabulam de expugnata a Persis Mileto, 543, 7. Cilices e Troade ejectos in Pamphylia Theben et Lyrnessum condidisse ait, 569, 41. Ejus de Halizonibus sententiam attulit Demetrius Scepsius, 580, 18. Callisthenes, præeunte Aristotele, Nilum

Digitized by Google

imbribus augeri tradidit, 672, 10. Laudatur de Alexandri itinere ad Ammonis oraculum deque aliis quibusdam, quæ adulatorie de Alexandro narravit, 691, 17.

Callydium, Καλλύδιον, castellum Mysiæ (in Olympo m.), quo pro receptaculo usus est Cleo latro, 492, 12.

Calos limen, Καλὸς λιμήν, ad sinum Cerciniten, 256, 10.

Calpe, Κάλπη, 89, 46, Iberiæ mons altus, ad fretum Columnarum, a mari visus insulæ speciem præbens, 40 stadiis a Carteia, in Bastetanorum regione, 115, 47. Ab eo ad Carthaginem novam stadia 2200, 129, 40. Nonnullis Calpe est altera columnarum Herculis, cui in Libya objacet Abilyca mons, 641, 29. Calpæ vicina regio vocabatur Tartessis, sec. Eratosth., 123, 10.

Calpas, ὁ Κάλπας, Bithyniæ fluvius (ad *Kirpe liman*), 465, 20.

Calvities in Mycono ins. frequens, 418, 27.

Calybe, Καλύβη (al. Καβύλη) (*Chalil-Owasi* vel *Golevitza*), Astarum oppidum, in quo Philippus Amyntæ f., pessimos quosque collocavit, 266, 29.

Calycadnus fl., Καλύκαδνος (*Ghiuk-Su*), Ciliciæ, cui Seleucia adjacet, 572, 2. Ad eum Arimos ponit Callisthenes, 536, 12.

Calydna, Καλύδνα, a nonnullis Tenedus ins. vocatur, 517, 1.

Calydnæ, Καλύδναι, insulæ prope Tenedum et Lectum, 516, 53.

Calydnæ, ins. maris Carpathii, 419, 16. Calydnæ apud Homerum vel una insula pluraliter dicta, quæ postea Calymna vocabatur, vel duæ, Calymna et Lerus, vel Calymna et vicinæ complures, 420, § 19.

Calydon, Καλυδών (*Kurt-aga*), Ætoliæ urbs, olim floruit, nunc fere jacet, 387, 5 et 35. Καλυδὼν αἰπεῖα apud Homerum non urbs sed regio dicitur, 395, 36. Urbs inter Pleuronem et Chalcidem sita, 395, 14. Juxta eam palus piscosa, 395, 18. Subjacet ei Chalcis, 366, 29, et Halicyrna vicus, 395, 4. Prope eam fanum Apollinis Laphrii, 395, 6. Vicina ei Pleuron vetus, 387, 22. Calydoni assignata est Ætolia vetus et campestris, 395, 39. Calydonii apri mater sus Crommyonia, 326, 55. Apri caput pellisque causa belli, 400, 13.

Calymna, Κάλυμνα, una e Sporadibus inss.; fortasse etiam Calydnæ pluraliter dicebatur, eademque est cum Calydnis Homeri; mel ibi egregium, 420, § 19.

Calynda, Κάλυνδα, urbs Rhodiorum Perææ, 60 stadiis distans a Latonæ luco, 556, 24.

Calypsûs insula est Gaudus, sec. Callimachum, 248, 51.

Καμάραι, navicula Achæorum, Zygorum et Heniochorum Ponticorum, 425, 24.

Camarina, Καμάρινα, Siciliæ urbs, Syracusanorum colonia; 226, 11. Distantia ab Agrigento et Pachyno, 221, 23.

Cambodunum, Καμβόδουνον, Estionum, gentis Vindeliciæ, urbs, 171, 52; hod. *Kempten* ad *Iller* fluvium.

Cambysene, Καμβυσηνή, Armeniæ provincia borealis, 452, 52. Iberes et Albanos attingit, 430, 50.

Cambyses, Cyri successor, 626, 30. Ægypto potitus cum Ægyptiis usque ad Meroen progressus est, et urbi insulæ de Meroe sive sorore sive uxore nomen indidisse fertur, 671, 49. Cambysis exercitus in Æthiopia inter Pselchim et Premnim arenis obrutus, 696, 45. Cambyses Thebarum monumenta mutilavit, 693, 3. Vulcani et Cabirorum sacra in Memphi urbe delevit, 406, 14. Ejus insaniam et sacrilegia etiam nunc ostendunt monumenta Heliopolitana, 684, 16.

Camelopardales Æthiopiæ describuntur, 659, § 16; 702, 16.

Camelorum pastores, Καμηλοβοσκοί, in extrema Perside, 619, 14.

Camertes, Καμέρτης (*al.* Camers), Umbriæ urbs in ipsis montibus sita qui Picenum ab Umbria distinguunt, 189, 42. (*Camerino* ad fontes Flusar (*Chienti*) fluminis.)

Camici, οἱ Καμικοί (prope hod. *Siculiana*), Cocali regia in Sicilia, ubi Minos occisus, 226, 47; 212, 1.

Camillus, Κάμιλλος, Vulcani et Cabirûs f., pater trium Cabirorum totidemque Cabiridum nympharum, 406, 4.

Camirus, Κάμειρος, Rhodi urbs, cum Lindo et Ialyso in unam Rhodum urbem coiit, 559, 20; a quonam condita et nominata sit, 558, 32 et 35; 559, 26.

Camisa, Κάμισα, Camisenes regionis castellum nunc dirutum, 479, 29.

Camisene, Καμισηνή, Ponti regio Armeniæ minori et Laviansenæ contermina, 479, 28; in ea Halyis fontes, 468, 19.

Campani, Καμπανοί, Cumis potiuntur, 203, 3. In Neapolim recepti sunt, 205, 8. Eorum luxuria, quæ Hannibalis quoque exercitum effeminavit, 208, 49. A Romanis Campani castigati, agerque eorum divisus, 209, 2. Campanorum præsidium Rhegio impositum incolas violatis pactis circumventos interfecit plerosque, 215, 16. Campanorum gens non amplius exstans Osci, 197, 52. Cf. 211, 7. Campaniæ descriptio, 202, 3. Eam olim tenuerunt Osci, 194, 9; Opici, Ausones, Osci, 194, 9. 202, 13; deinde Græci, tum Etrusci, tandem Samnites, *ib.* Campaniam vastant et incolas imperata facere cogunt Samnites, 207, 42. Regionis fertilitas, 202, 26. Campaniæ Phlegra, 233, 53.

Campsiani, Καμψιανοί, sicuti Chauci Germaniæ gens ad Oceanum, 241, 50. Iidem p. 242, 39 dicuntur Ἀμψανοι. Fortassis Ἀμψιανοὶ legendum, neque diversi ab iis sunt aliorum scriptorum Ampsivarii vel Ansivarii finitimi Caucorum s. Chaucorum.

Camuni, Καμοῦνοι, gens Rhætica (in *val Camonica*), 171, 43.

Canæ. V. Cane.

Cananites, Κανανίτης, a pago quodam vocatur Athenodorus Tarsensis, Sandonis f., 575, 10.

Canastræum, Καναστραῖον, Pallenes ad sinum Thermæum prom., 278, 35; 279, 17; Κάναστρον ἄκρον, 279, 24 et 33.

Candace, Κανδάκη, Æthiopum regina, tempore expeditionis Romanorum contra Æthiopes, 696, 37. Candaces regia Napata, 696, 48; ejus filius, 696, 53. Petronio aggrediente, Candace in castello quodam prope Napata degebat.

Candavia, Κανδαουία, Illyrici mons, a quo prima pars viæ Egnatiæ vocatur via ad Candaviam, 268, 27; 271, 47.

Cane s. Canæ; Κάνη, Κάναι, Æolidis prom., ad quod inde a Lecto pertinet Adramyttenus sinus, qui etiam Elaiticum comprehendit, 518, 53; 525, 45; 499, 39. Ab Elæa meridiem versus distat 100 stadia, 525, 45, cf. 519, 23; 497, 24. Etiam Αἰγὰ (vel Αἰγᾶν?) vel, ut quidem putant (Artemidorus sc.), Αἰξ vocatur, 525, 51; 526, 5. Totus etiam mons, ad quem promontorium pertinet, Αἰγὰ appellabatur, nunc vero *Cane* vel *Canæ* vocatur, 525, 23. Oppidum Canæ juxta extremas Lesbi partes meridionales situm est in regione Canæa, quæ usque ad Arginussas pertinet, 525, 50; Canæ oppidum juxta Arginussas situm, 527, 28; colonia Dii Euboici, 383, 15; colonia Cyni Locrensis oppidi, 525, 48. Mons Cane a septentrione Elaiten regionem, versus meridiem et occasum mare, versus orientem Caici campum habet; nomen dedit mari Ægæo, 526, 1. [Ex allatis patet Strabonem plurimis locis ita loqui, ut mons et promontorium ad meridionalem sinus Elaitici partem ponendi sint. Id vero

Digitized by Google

falsum esse vix dubites; nam Canas urbem et prom. a Pitane boream versus fuisse ex Herodoto et Mela et Plinio liquet. (Est hod. *cap Colonni* et *Adchane* sive *Kanot* vicus.) Recte autem Strabo dicit urbem juxta Lesbi extrema et Arginussas sitam esse, ab iisque 100 stadia distare. Miscet igitur diversa ac boreale latus et meridionale sinus Elaitici confundit. Quod Canen promontorium etiam Ægan dici ait, id ipsum quoque falsum esse et ex eadem confusione manare puto. Etenim Αἰγάν promontorium revera fuisse ad meridionalem sinus partem prodit Ægæ urbs non longe inde dissita. Strabo vero quum eodem transtulisset Canen promontorium, id ab Æga non diversum esse putavit.]

Canes, κύνες, pisces qui etiam galeotæ et ξιφίαι vocantur, in freto Siculo, 20, 3.

Canes venatici in Britannia præstantes, 166, 26. Galli tum his tum suis in bello utuntur, 166, 27; canes venatici Albanorum, 431, 22; canes ἐνταφιασταὶ Bactrorum, 443, 29. Canes egregii in Sopithis regno, 596, § 31; 599, 16. Canes Æthiopici parvi, 697, 26. Canem in Delo insula esse non licet, 417, 37. Canes ap. Ægyptios coluntur, 690, 20.

Canethus, Κάνηθος, collis Chalcidis urbis, 384, 9.

Canicipites. V. Κυνοκέφαλοι.

Cercetæ, Κερκῆται, ad Ponti litus orientale, 422, 37. Eorum ora a Batis per 850 stadia porrecta, 426, 11; quam excipit ora Achæorum, sec. Artemidorum, 426, 11. Sec. Mithridaticôn scriptores Cercetæ ab oriente Heniochorum et ab occasu Moschorum Colchorumque habitarunt, 426, 19.

Cerceteus, Κερκετεύς, Sami mons, 419, 6.

Cercinna, Κέρκινναι (*Karkenah*), ins. ad fauces Syrtis minoris, 101, 51; 708, 22 et 29; quam cepit Cæsar, 706, 5.

Cercinnitis, Κερκιννῖτις (*Gerba*), insula juxta Cercinnam sita, ad oram Libycam, 708, 23.

Cercitæ, Κερκῖται, postea Appaitæ dicti, locis supra Pharnaciam et Trapezuntem sitis vicini, 470, 10.

Cercopitheci, κερκοπίθηκοι, simiarum species, in India e longinquo visi a Macedonibus, pro hominibus habebantur; quomodo capiantur, 595, 41. Describuntur, 599, 5; 605, § 56.

Cereate, Κερεάτε, Latii opp., 198, 25. Memoratur inter Anagniam et Soram. Cf. Plutarch. Mar. c. 3, ubi Κιρραιᾶται, et Plinius 3, 5, 9, ubi *Cereatini Mariani*, quos exhibet etiam inscriptio ad monasterium *Casa Mara* reperta. Monasterium illud antiquiorum ædificiorum fundamentis superstructum est, nec longe a Sora dissitum est in media fere via qua Verulis Arpinum itur, 30 fere a Liri occasum versus stadia distans: adeo ut vix sit dubium, quin Cereate Strabonis hoc ipso in loco quærenda sit. Vid. *Bulletino dell' Istit. archeol.*, 1851, p. 11.

Ceres, Δημήτηρ, Eleusine recepit Cychridem serpentem, 338, 20. Scelus in deam commissum, 283, 3. Cereri sacrificabant Pylagoræ, 360, 46. Ejus πρόκολοι sunt οἱ τε μύσται καὶ δᾳδοῦχοι καὶ ἱεροφάνται, 402, 16. Τῆς Δήμητρος δαίμων, ἀρχηγέτης τῶν μυστηρίων Ἴακχος, 402, 10. Cereris et Proserpinæ cultus Samothracico similis in insula Britanniæ vicina, 165, 30. Cereris fanum ad Acherontem fl. Triphyliæ, 246, 14; ejus templum et delubrum mysticum Eleusine, 339, 22. In Cereris templo Romano Bacchus, Aristidis pictura, quæ una cum templo nuper conflagravit, 327, 36. Cereris fanum ad Thermopylas, 368, 24; prope Pyrasum; in Thessalia, 374, 4. Cereris lucus ad Menthen montem in Triphylia, 296, 1.

Cereus, Κηρεύς, Euboeæ fl. 386, 3; aquæ virtus, *ib.*

Digitized by Google

Cerilli, Κήριλλοι (*Cirello*), Bruttii opp. prope Laum; ab iis ad Thurios isthmus 300 stadiorum, 212, 21.
Cerinthus, Κήρινθος, Eubœæ opp., 382, 36; 383, 17.
Cerne, Κέρνη, insula ad occiduum Libyæ latus; quam cum aliis multis hujus oræ locis Phœnicum colonis frequentatam Eratosthenes memorat, fabulas narrans, 40, 12.
Cerretani, Κερρητανοί (*dans la Cerdagne*), Hispanica gens, Pyrenæorum convalles ex parte majore tenent; apud eos pernæ optimæ conficiuntur, 134, 28.
Cersobleptes, Κερσοβλέπτης, Odrysarum rex, 282, 49.
Cervi apud Scythas, 259, 30. Cervus alces (*l'élan*) in Alpibus, 173, 10 (hoc enim animal h. l. intelligendum est).
Cerynia, ἡ Κερύνεια, Achaiæ opp. subvmi in petra, 332, 24, ad Ægienses pertinet, *ib.* (Ruinæ in colle ad *Bokhusia* fl.)
Cestrus, Κέστρος (*Ak-Sou*), Pamphyliæ fl., cui Perge adjacet, 569, 42; e Selgensibus montibus oritur, 489, 15.
Cete marina prope Taprobanen, 589, 19. Cetorum ex ossibus domos construunt ichthyophagi, 613, 28.
Cetei, Κήτειοι, Eurypylo Telephidæ subditi, inter Cilices et Pelasgos medii, ab Homero memorantur; quinam fuerint parum constat, 526, 29; 530, 14.
Ceteus, Κήτειος, Elaitidis torrens, in alium incidens, isque in alium, qui in Calcum exit, 526, 40.
Chaa, Χάα, urbs Triphyliæ, Lepreo vicina, quam Acidon præterfluit, 299, 13. De ea inter Arcades et Pylios bellum fuisse, ejusque Homerum (Il., 7, 133) meminisse tradunt, 299, 16.
Chaæa (?) (Ἀχαιαὶ πέτραι codd.), saxa prærupta, super quæ fuit Samus urbs Triphyliæ, 298, 38.
Chaalla, Χάαλλα, Arabiæ vicus, 665, 32.
Chaarene, Χααρηνή, omnium, quæ sub Parthis sunt, regionum proxima Indiæ, 617, 17.
Chabaca, Χάβακα, Sidenæ regionis castellum in Ponto, 469, 39. (Aliunde non notum est. Fortasse huc pertinent ruinæ quæ sunt prope *Kalehkoi* ad Œnium fluvium.)
Chabriæ vicus, Χαβρίου κώμη, in Ægypto a Schedia ad Memphim naviganti est ad dextram, non vero ad ipsum fluvium, 682, 33. (Quare diversus esse Letronnio videtur a *Chereu* loco Itinerariorum, quam plurimi cum nostro vico componunt.)
Chabriæ vallum, ὁ Χαβρίου χάραξ, inter Gerrha et Pelusium, 647, 3.
Chabum, Χάβον, Chersonesi Tauricæ castellum a Sciluro ejusve filiis exstructum, 259, 8. Situs incertus. Fort. hod. *Manjoup* a *Balaclava* ortum et boream versus.
Chæremon, Χαιρήμων, sacerdos Diospolitanus, qui Ælium Gallum in Ægypto comitatus est, homo ignarus et arrogans, 685, 88.
Chæronea, Χαιρώνεια (*Kapurna*), Bœotiæ urbs, 363, 51, ad quam Græcos Philippus, Mithridatis copias Romani vicerunt, 355, 29; non longe abest a Cephisso fl., 349, 53.
Chalastra, Χαλάστρα, Macedoniæ urbs; inter eam et Thermam Axius egreditur, 277, 18. (Haud dubie est hod. *Kolakia*, quod tamen est a borea Axii fluvii, adeo ut aut fluvii ostium mutatum sit, aut falsa Strabo tradere videatur.) Unum fuit ex oppidis quæ diruit Cassander incolasque in Thessaloniceam conduxit, 277, 36.
Χαλκανθὶς, in Cypro, 583, 37.
Chalcedon, Χαλκηδών (*Kadi-Kioi*), Bithyniæ urbs, Megarensium colonia, 266, 20; 482, 20. Ad portus urbis pelamys piscis non accedit; quare cæci fuisse urbis conditores Apollinis oraculo perhibentur, 266, 17. Τὸ Χαλκηδονίων ἱερὸν ad fauces Ponti, 265, 38; 482, 21. Ab eo ad Phasin 8000 stadia, 469, 50; Heracleam 1500 stad., 465, 34; Sinopen 3500 stadia, 468, 10. Chalcedonius vocatur Metrodorus Scepsi natus, 521, 30.
Chalcetor, Χαλκήτωρ, Χαλκήτορες, Cariæ opp., 562, 22; non longe a Mileto distans, 543, 20.
Chalcia, Χαλκία (*Chalki*), ins. maris Carpathii, 419, 13; situs ejus, pagus, portus, templum, 419, 31. Ante Thoantium Rhodi insulæ sita est, 559, 30.
Chalcias mons. V. Chalcis.
Chalcidenses, Χαλκιδεῖς, Ioniæ locus ad isthmum peninsulæ Tejorum et Erythræorum, 550, 6; ei superjacet lucus Alexandri, 550, 14.
Chalcidica terra frumento admiscetur a Cyzicenis, 493, 10
Chalcidice, Syriæ regio, Apamensium ditioni versus ortum finitima, ἀπὸ τοῦ Μασσύου καθήκουσα, 641, 21. [Ea est regio quæ caput habebat Chalcidem eam, cujus ruinæ sunt ad hod. *Kinnesrin*. Perperam Massyam Strabo componit cum hac Chalcidice, confundens cum ea alius Chalcidis regionem, de qua v. sub v. Chalcis.]
Chalcis, Ætoliæ opp. 384, 26; 387, 35; vocatur etiam Hypochalcis, quum sit sub Chalcide monte, 387, 26. 366, 29.
Chalcis, Χαλκίς mons Ætoliæ, quem Artemidorus Chalciam vocare videtur, quamquam fieri etiam potest ut Chalcias a Chalci distinguendus sit, 395, 3 sqq. Oppidum monti subjacens, 387, 25.
Chalcis, opp. Triphyliæ, 295, 29; 301, 25; 302, 5; 384, 28 (hod. *Agulenitza*, ut videtur).
Chalcis, fl. Triphyliæ, 295, 29.
Chalcis (*Negroponte*), caput Eubœæ, Atheniensium colonia, 383, 45. Urbem Curetes tenuisse Archemachus tradidit, 399, 44. Nunc est primaria Eubœæ urbs, 385, 6. Chalcis et Corinthus, Græciæ compedes, 368, 8. Alexandri M. tempore quomodo aucta sit Chalcis, 384, 7. Ibi Aristoteles commoratus et mortuus est, 385, 13. Arethusa fons Chalcidis, 386, 1, quondam terræ motu obturatus, 48, 28. Ad Chalcidem est Euripus, 246, 27. Chalcidico in freto septies quotidie fluxus et refluxus est, 46, 15. Chalcidenses olim Curetes Eubœenses dicti sunt ob armaærea, 405, 19. Virtus eorum oraculo prædicatur, 386, 1. Eorum et Eretriensium de campo Lelanto bellum; pactæ in eo certaminis rationes 385, 15. Chalcidenses urbes condiderunt in Chalcidice Thracica, 388, 53; et in Italia Siciliaque; quonam tempore? 384, 2. In Sithonum regione Macedonica ad 30 urbes condiderunt, quibus postea ejecti in unam Olynthum commigrarunt. Dicebantur οἱ ἐπὶ Θρᾴκης Χαλκιδεῖς, 275, 35. Eorum ex urbibus etiam Stagirus, 280, 39. Eorum colonia, Megasthene duce deducta, Cumæ Campaniæ, 202, 47. Chalcidenses nonnulli Neapolim migrarunt, 205, 4. Chalc. in Pithecussis ins., 206, 25. Rhegium condiderunt, 213, 53; deducendæ ejus coloniæ causa, *ib.*; dux eorum Antimnestus, 214, 5. Naxum in Sicilia condunt, 222, 34. Chalcidensis fuit Crates ὁ μεταλλευτής, 349, 28.
Chalcidenses Siciliæ Eubœam urbem in hac ins. condiderunt, 386, 11.
Chalcis, Syriæ urbs, et Heliopolis (*Balbek*) non longe ab Apamensium ditione dissitæ sunt. Tenuit Chalcidem Ptolemæus Mennæi f., qui Massyam seu Marsyam planitiem et Ituræorum montana sub se habebat, 641, 10. Chalcis quasi acropolis est Massyæ planitiei, quæ est post Macram planitiem inde a Laodicea ad Libanum, 641, 11. [Ptolemæum istum compescens Pompeius venit Heliopolin, inde Chalcidem, unde Damascum profectus est. Ex his Ritterus (*Syrien* p. 187) cum aliis recte collegit ad Chalcidem pertinere *Andchar* ruinas in *Bekaa* planitie montana exstantes. Quod vero Ritterus ab hac urbe distingui vult aliam Chalcidem, Marsyæ acropolim, id a re et mente Strabonis alienum est. Nam Marsyam

Digitized by Google

planitiem esse ipsam illam, quæ nunc vocatur *Bekaa*, in qua *Andchar* ruinæ sunt, liquet e Polybio 5, 45, 8 : Κεῖται (ὁ αὐλὼν ὁ προσαγορευόμενος Μαρσύας) μεταξὺ τῆς κατὰ τὸν Λίβανον καὶ Ἀντιλίβανον παρωρείας, συνάγεται δὲ εἰς στενὸν ὑπὸ τῶν προειρημένων ὀρῶν. Cum Polybianis his convenit etiam quod Strabo dicit Berytiorum ditioni partem Marsyæ ab Agrippa adjectam esse, et supra Marsyam esse τὸν Βασιλικὸν αὐλῶνα (vallem, qua Chalci Damascum itur) et Damascenam. Boream versus Marsyas sec. Strabonem pertinet usque ad Laodiceam (*El Djussi*); hinc quæ ad mare patet planities Nostro ὁ Μακρὰς vocatur. Mannertus perperam hanc Marsyæ vindicans Chalcidem Strabonis ad *Kalaat el Hosn* referendam esse putavit; ab eoque errore, ut videtur, proficiscens Ritterus alteram suam Chalcidem in eodem fere tractu cum hodierna *Sofita* (ad *Nahr Kebir*, Eleutherum fl.) componit.

Chaldæi Pontici supra Pharnaciam habitant; olim Chalybes vocabantur; apud eos metalla nunc ferri, olim etiam argenti, 470, 8 et 30; 475, 28. Chaldæi regulis Armeniæ minoris subjecti, 475, 33. Regionem eorum nunc Pythodoris possidet, 476, 7 Cf. Chalybes.

Chaldæorum gens et regio in Babyloniæ parte Arabibus et mari Persico proxima, 629, 34 et 50, prope ostia Euphratis, 651, 29. Chaldæorum paludes, quas Euphrates facit. 653, 14. Chaldæi e Babylonia extorres in Arabia Gerrha urbem incolunt, 652, 14.

Chaldæi philosophi, astronomi maxime, Babylone peculiarem habebant habitationem; complura Chaldæorum genera, ut Orcheni, Borsippeni, alii; memorantur ex iis Cidenas, Naburianus, Sudinus, Seleucus, 629, § 6. A Chaldæis astrologis multa etiamnum Græci mutuantur, 685, 26. Chaldæi vates, 19, 34, apud Assyrios, 649, 12.

Chalonitis, Χαλωνῖτις, Assyriæ regio ad Zagrium montem, 627, 5. In Chalonitide Tigris e terra rursus emergit, 454, 9 (quo loco aut vitium latet aut mirum in modum Strabo erravit).

Chalybes, Χάλυβες, ad Pharnaciam Ponti, nunc Chaldæi dicuntur; ferri ibi, olim etiam argenti metalla, 470, 30. Hi sunt Halizones ἐξ Ἀλύβης, quos Homerus dicit (Il. 2, 856), sive olim scriptum fuerit ex ἐξ Χαλύβης, sive Chalybes olim Ἄλυβες vocati sint, 470, 46. Chalybibus et Mosynœcis Armenii ademerunt Carenitin et Xerxenen, 453, 2. Cf. 579, 4; 578, 47.

Calybonium vinum e Syria petebant reges Persarum, 626, 44.

Chamæcœtæ, Χαμαικοῖται, a Caucaso boream versus habitare dicuntur, 434, 24.

Chamanene, Χαμανηνή, una ex decem Cappadociæ præfecturis, 458, 25; in qua Dasmenda castellum, 462, 54.

Chamavi. V. Chaubi.

Chanes, Χάνης, Iberiæ vel Armeniæ fl., in Cyrum influit, 429, 4. Non notus aliunde.

Chaones, Χάονες, olim toti Epiro imperaverunt, 269, 15; oram tenent quæ est post Ceraunios montes, 269, 19.

Charadra (Messeniæ locus?) a Pelope condita, 309, 24, in vicinia Leuctri et Thalamarum fuisse debet; fortasse ad Pamisum, qui ibi est χαραδρώδης fluviolus, locum collocandum esse putat Curtius *Pelop.* 2, p. 237. Ego suspicor ponendum esse in *Cap Trachela*, a Thalamis meridiem versus, ubi ruinæ quædam exstant.

Charadrûs, Χαραδροῦς (*Charadro*), Ciliciæ castellum, 571, 37.

Charax, Χάραξ (*Medinet Sultan*), locus ad Syrtin majorem, quo Carthaginienses ut emporio utebantur, vinum eo deferentes et laserpitium ibi accipientes ab iis qui Cyrene clam asportabant, 709, 43.

Charax, Χάραξ, Corsicæ opp., 187, 8. Situs oppidi prorsus incertus. Cum hod. *Carghese* componit Reichardus, nominis quadam similitudine ductus.

Charaxus, Χάραξος, Sapphûs frater, Lesbium vinum Naucratim devehit, amicus Dorichæ meretricis, 686, 47.

Chares, Χάρης, Solis colossum Rhodium fecit, 557, 80.

Chares, Χάρης, Ponti fluvius ad Dioscuriadem, 428, 14.

Charilaus, Χαρίλαος, Polydectæ filius, rex Laced.; infantis tutor Lycurgus, 414 126.

Charimorti, Χαριμόρτου, columna vel ara juxta oram alicubi posita in Æthiopia quæ est extra fauces sinus Arabici, 659, 13.

Charmides, Χαρμίδης, Phidiæ pater, 304, 10.

Charmolaus, Χαρμόλαος, Posidonii in Liguria hospes, 137, 8.

Charmothas, Χαρμόθας, portus Arabiæ ad sinum Arabicum; insulam habet. (Duo portus Artemidorus Agatharchidem secutus confudisse videtur. Charmothas est *Scherm-mud*, sive portus ad promont. (*Abou*)-*mud*. Sed is insulam non habet; insulam vero habet et cetera insignis portus est *Scherm-Jambo*, qui a priore est meridiem versus.)

Charon, Χάρων, Lampsacenus historicus, 504, 43; laudatur de Troadis terminis, 498, 49.

Charonium, Χαρώνιον, prope Thymbrium Cariæ pagum, 543, 38. — Χαρώνιον τὸ ἐν Ἱεραπόλει, τὸ ἐν Ἀχαράκοις τῆς Νυσαΐδος et τὸ περὶ Μαγνησίαν καὶ Μυοῦντα, quæ omnia sunt ad Mæandrum, 495, 43; 554, 45.

Charybdis, Χάρυβδις, 17, 24; 19, 16; 21, 29; ante Messanam gurges, 222, 53. Homerica de Charybdi fabula quomodo explicanda sit, 20, 34; 36, 17; 16, 52.

Charybdis, abyssus inter Antiochiam et Apameam, quo Orontes absorbetur, 228, 39.

Chatramotitæ, Χατραμωτῖται, Arabiæ felicis gens, quorum urbs Sabata, 654, 2. In Chatramotitidem Gerrhæi veniunt 40 dierum itinere, 654, 22. Regio hæc myrrham fert, 654, 17.

Chatti, Χάττοι, gens Germaniæ, 241, 48; eorum dux Ucromirus, 242, 32.

Chattuarii, Χαττουάριοι, gens Germaniæ, 241, 43; inter captivos in Germanici triumpho, 242, 40. (*Chasuarii* Taciti, *Casuari* Ptolemæi; cum Chattis et Gamabrivis a Strabone componuntur; meridiem versus habitant a Bructeris, sec. Tac.; a Chattis oriundos putant recentiores, V. Ukert 3, 2, p. 390 ibique laudati).

Chaubi, Χαῦβοι, Germaniæ populus ad Oceanum, 241, 49. Haud dubie sunt *Chamavi* aliorum. Nonnulli Chaulos esse putarunt Κοβάνδους, a Ptolemæo in Chersoneso Cimbrica memoratos; aliis sunt *Aviones* Taciti Germ. 40. V. Ukert 3, 2, p. 417.

Claulotæi, Χαυλωταῖοι, et Agræi, Arabiæ desertæ gentes, 653, 31. Sunt Χαβλάσιοι et Ἀγρέες Dionysii Per. 956; regio eorum *Chavilah* in libris sacris; hod. *Ben Kaled* sec. Forsterum 1, p. 49, qui ad Chaulotæos refert Caladuam urbem ap. Ptol.

Chazene, ἡ Χαζηνή, in Assyriorum terra, 627, 6. Situs incertior; nescio an regio fuerit inter Lycum et Caprum fluvios, ubi Cænæ urbs erat ad Tigrin.)

Chelidonia (?), Phrygiæ urbs ad magnam viam qua Epheso itur Mazaca, 666, 19. Nomen aliunde non notum. Pro Χελιδονίων Mannertus scribendum censet Κελαινῶν, probabiliter.

Chelidoniæ, Χελιδόνιαι (*Chelidoni*), insulæ tres ad Lyciæ et Pamphyliæ confinia; iis objecti montes pro Tauri initio habentur; sitæ insulæ e regione Canobi, a quo distant 4000 stadia, 568, § 8; 446, 39; 556, 1. Ab iis ad Acamantem Cypri ins. 1900 stadia, 582, 1.

Chelonatas, Χελωνάτας, Elidis prom. (sensu latiore mons *Chlemutsi* peninsulæ; arctiore sensu, secundum Stra-

Digitized by Google

bonis mensuras, *Cap Tornese.*); ante id parva insula, 290, 22; 294, 41; 392, 23; distantia a Cephallenia, 290, 22; a Coryphasio, 289, 11; ab Alphei ostio, 294, 51; ab isthmo Corinthio, 297, 42. Promontorium hoc Berenicæ Cyrenaicæ objacet, 710, 14.

Χελωνῶν, Testudinum, insula in sinu Arabico, 658, 24.

Χελωνοφάγοι Æthiopes, 658, 18.

Cheramydes, χηραμύδες, ad Ammonis templum reperiuntur, 41, 45; in campis Massyliæ, 705, 17. Cheramydum effigies, χηραμύδων τυπώματα, in Asiæ mediterraneis repertæ, 41, 28.

Chersicrates, Χερσικράτης, ex Heraclidis genus ducens, una cum Archia Corintho profectus in Corcyra remansit ibique ejectis Liburnis sedem fixit, 224, 15.

Chersiphron, Χερσίφρων, primus templi Dianæ Ephesiæ architectus, 547, 8.

Chersonesus, Χερρόνησος (*Chersoneso* ad prom. *Tigani*), in Creta Lyctiorum navale, cum templo Britomartis, 412, 1.

Chersonesus Cretæ (prope *Cap Hagios Saranta*, ut videtur), e regione Ardanis promontorii Libyci 1000 stad. intervallo, 711, 33. Inter Chersonesum et Sammonium sita est Prasus, 411, 22.

Chersonesus (*parva* ap. Ptol.), castellum in Libyæ ora, 70 stadiis ab Alexandria, 679, 29 (in peninsulari promontorio quod vocatur *pointe Adjemi*).

Chersonesus (*magna* ap. Ptol.), locus Libyæ in ora Cyrenaica, 711, 27 (ad *Ras el-Tin*), objacet Coryco Cretæ 1000 stadiorum intervallo, *ib.*

Chersonesus (*Peniscola*), Hispaniæ urbs non procul a Sagunto, 132, 14.

Chersonesus Thracica, Χερσόνησος ἡ Θρᾳκία. Ejus situs, 283, 17 et 42. Isthmus 40 stadiorum, 283, 26.

Chersonesus Taurica, X. ἡ Ταυρική vel Σκυθική, Peloponneso similis forma et magnitudine, 258, 10. Ejus isthmus inter Carciniten sinum, 255, 8, et Sapram paludem esse dicitur 360 stadiorum (quæ mensura a longitudine muri qui prope Theodosiam per Chersonesi isthmum alium ductus erat, ad hunc isthmum translata esse videtur), 255, 52. Chersonesi Parthenium promontorium et templum. Vetusta Chersonesus urbs, portus tres, Symbolorum portus, Ctenûs portus cum Symbolorum portu isthmum faciens, qui parvam Chersonesum a magna dirimit, 256, § 2. Tauri Scythæ incolæ, 256, 22. Trapezûs et Cimmerius montes, 256, 5 et 7. Καλὸς λιμήν, 256, 10. Theodosia, 257, 11. Panticapæum et Nymphæum portus, 257, 21. Castella Palacium, Chabum, Neapolis, Eupatorium, 259, 8. Chersonesitæ agros colentes peculiari nomine Γεωργοὶ vocantur, quod supra eos habitantes Nomades sunt, 258, 34. In Chersoneso Taurica Bosporani primum nonnisi a Panticapæo ad Theodosiam regnarunt, in reliqua erant Tauri Scythæ, regioque hæc Scythia parva vocabatur; nunc totam Bosporani tenent, bellis continuis attritam, 558, 13. Chersonesus Taurica præter montanum tractum juxta mare usque ad Theodosiam porrectum fertilissima, 258, 24. Quanta tributa hinc redierint Mithridati, 258, 28. E Chersoneso Græcis erant τὰ σιτοπομπεῖα, 258, 31. Chersonesi isthmum muro 360 stadia longo turribusque munito Asander interclusit, 258, 52. (Isthmus est prope hodiernum *Kertsch*. Muri supersunt vestigia, quibus indicatur eum non recta, sed oblique per isthmum ductum esse, adeo ut in montes pone Theodosiopolin desineret, recteque habeant stadia 360.)

Chersonesus, Chersonesi Tauricæ urbs (ruinæ ad *Sevastopol*); ejus situs; a Tyræ ostio distantia; Partheni templum; Parthenium promontorium, 256, 15. Historia urbis adumbratur, 256, 30. Est colonia Heracleotarum Ponticorum, 465, 6. 256, 15; a Carambi promontorio 1500 stadia distat, 256, 50.

Chersonesus vetus, Παλαιὰ Χερσόνησος, Tauricæ peninsulæ urbs, inter Partheanium promont. et Symbolorum portum sita, Strabonis ætate diruta, 256, 21. [Pallas et Clarke et cum iis Kiepertus urbem fuisse putant in extrema peninsulæ Chersonesitarum parte (*Phanari*); sed quas illi viderunt ruinæ haud dubie non sunt veteris sed novæ urbis, quæ erat amplissima; certe Strabonis verba cum hac sententia nequeunt conciliari. V. quæ recte disputat Georgii *Geogr.* II, p. 393.]

Chersonesus vocabatur ob situm suum Apamea urbs Syriæ, 640, 28.

Cherusci, Χηροῦσκοι, Germaniæ gens. Apud eos tres Romanæ legiones cum duce Quintilio Varo insidiis circumventæ perierunt, 242, 21. Arminius dux, 245, 26. Deinde Cheruscorum dux Segimuntus Germanici triumphum ornavit, 242, 25. Segimerus dux, pater Sesithaci, 242, 30. Captivi Cherusci in Germanici triumpho, 242, 40.

Chiliocomum, τὸ Χιλιόκωμον, Ponti planities Amaseæ urbi propinqua, 480, 45.

Chimæra, Χίμαιρα. De ea fabula Crago et Anticrago Lyciæ montibus affingitur, 568, 9.

Chimæra, Χίμαιρα, Lyciæ convallis a litore sursum tendens, 568, 10 et 31.

Chimerium, Χειμέριον, Epiri promontorium, 269, 42.

Chirocrates. V. Dinocrates.

Chius, Χίος, insula, olim Pityussa dicta, 504, 14. Ejus ambitus; Chius urbs; Posidium promontorium; Phana portus; Apollinis templ. et palmarum lucus; Laiûs litus et Notium litus; Melæna pr.; Ariusia regio vinum optimum ferens; Pelinæus m., 551, § 35. cf. 550, 43; 202, 48. A Chio ad Lesbum 500 stadia, 551, 26. In Chio vetus Minervæ simulacrum deam sedentem exhibet, 514, 39. Insulam, vini feracem, 544, 38, olim Leleges tenuerunt, 540, 19, et Pelasgi Thessalici frequentarunt, 531, 13, et Egertius, 541, 14. In Chio Homerum convenit Lycurgus, 414, 23. Chii classe quondam potentes, 551, 25. Chii viri: Ion, Theopompus, Theocritus sophista, Homerus sec. nonnullos; Homeridæ Chii, 551, 16. Chia figlina in Narone fl. inventa esse tradit Theopompus, 263, 26.

Chlænæ Pellenicæ, 332, 7.

Chlamydi similis, χλαμυδοειδής, terræ habitatæ figura, 97, 53; 98, 24; 96, 6. Cf. v. Terra.

Chloris, Χλωρίς, Nestoris mater, 298, 23.

Choaspes, Χοάσπης (*Kerka*), Susianæ fl., apud Uxios oritur; Susa præterfluens in sinum Persicum fertur, 620, 15 et 20; 621, 11; 30, 41. Choaspes et Eulæus et Tigris in lacum confluunt, qui exit in mare, sec. Polycletum, 620, 25. Damastes refert Diotimum e Cydno in Choaspen innavigasse, 39, 41.

Choaspes, Indiæ fl. qui in Cophen influit ad Plemyrium urbem, 594, 26. Gorydem opp. præterlabitur; permeat Bandobenen et Gandaritin, *ib.*

Chœnicides, Χοινικίδες, cavernæ quædam in Sinopensi litore saxoso vocantur, 467, 35.

Chœrilus, Χοιρίλος, laudatur de monumento Sardanapalli, 573, 36; versus ejus ex Ephoro afferuntur, 251, 30.

Χοῖρος, Nili piscis, 699, 7.

Chone, Χώνη, urbs Crimissæ superjacens, Philoctetæ opus, in Crotoniatarum agro, 24, 33.

Chones, Χῶνες, Œnotrica gens bene constituta, quorum regio Chone, Χώνη, vocatur, 212, 13. Chones et Œnotri a Samnitibus ejecti sunt in eorumque ditionem Lucanorum colonia missa est, 210, 43. Chonum erat Siris urbs, quam Iones ceperunt, 219, 30. In Chonia circa Sybarin Rhodii consederunt, 559, 5.

Digitized by Google

Chorasmii, Χωράσμιοι, Sacarum gens; ad eos Spitamenes et Bessus fugerunt, 440, 24.

Chordiraza, Χορδίραζα, inter Mygdoniæ oppida recensentur una cum Carrhis, Nicephorio et Sinuacis, 636, 8. Aliunde de hac urbe non constat. Sinnaca, quæ e Crassi historia nota sunt, a Carrhis boream et Euphratem versus fuisse debent. In eadem regione fuerint Chordiraza, quæ ipsa quoque e Crassi expeditione innotuerint. In tabula nomen composui cum ruinis quæ sunt in media via inter Edessam (*Urfah*) et Samosata prope fluvium *Ordez*. Mirum est nullam apud Strabonem fieri mentionem Edessæ.

Chorene, ἡ Χωρηνή, olim Mediæ, nunc Parthyææ pars, 441, 19.

Chorographus, ὁ χωρογράφος, laudatur de Sardiniæ et Corsicæ latitudine et longitudine, 187, 9. Brevissimus ex Africa in Sardiniam trajectus 1200 m. pass., 187, 48. Idem de sinus Tarentini ambitu, 217, 35; de Sicularum urbium distantiis, 221, 10; de Liparæorum inss. distantiis, 230, 28; de distantiis a Brundusio ad Garganum et hinc ad Anconam, 236, 36. (Ex eodem chorographo petita fuerint quæ de distantiis locorum sec. milliaria romana exputatis passim apud Strabonem leguntur.)

Chorzene, Χορζηνή, Armeniæ prov. borealis, 452, 51, quam Iberibus ademerunt Armenii, 453, 23.

Chronographi Cimmeriorum in Asiam incursionem Homeri ætate vel paullo ante factam tradunt, 17, 8.

Χρυσαορεύς Juppiter. V. Juppiter.

Χρυσαορικὸν σύστημα, conventus Carum ad templum Jovis Chrysaorei. Suffragiorum ratio in deliberationibus de rebus publicis, 563, 51.

Chryse, Χρύση, Troadis locus in saxo situs; mari et Achæio et Hamaxito vicinus, 517, 8; 523, § 63; ibi Apollinis Sminthii templum, Σμίνθιον, et statua dei, Scopæ opus; fabula de moribus huic loco acommodata, 517, 16. Sminthium huc translatum est e Chryse altera, quæ prope Theben erat, 523, § 63.

Chryse altera, Troadis urbs, in Thebes campo sita; portum habet sec. Homerum; nunc locus desertus; fanum Apollinis Sminthii hinc translatum est in Chrysen Hamaxito vicinam, quam cum Chryse Homerica nonnulli confundunt, 523, § 63; 517, 40; 523, 30; 523, 7. Chryse fuit in Eetionis Cilicum principis ditione, 523, 7; habuit Apollinis Ciliæi templum, quod num idem fuerit cum Sminthio, necne, parum liquet, 523, 40. Ad hanc Chrysen pertinet Chryseis, 523, 7. A Chryse ad Astyra sunt 20 stadia, 524, 45.

Chryseis, Χρυσηΐς, Thebæ capta indeque abducta est, 500, 32, 523, 7.

Chrysippus, Χρύσιππος, Solensis, stoicus; pater ejus Tarso Solos migraverat, 573, 22. Cleanthi in schola successit, 522, 3. De Leucone rege laudatur, 250, 20.

Chrysopolis, Χρυσόπολις (*Scutari*), Bithyniæ pagus, 482, 20.

Chrysorrhoas, Χρυσορρόας (*Barrada*), Cœlesyriæ fl., a Damasco incipiens, totus fere in rivos absumitur, 642, 52.

Chytrium, Χύτριον, Ioniæ locus, ubi prius sitæ Clazomenæ erant, 551, 28.

Cibotus, Κιβωτός, portus Alexandriæ, 675, 46.

Cibyra magna, Κίβυρα ἡ μεγάλη (ruinæ ad *Horzoum* prope fluvium *Horzoum Tchai*, qui in *Delamon Tchai* influit), Phrygiæ urbs, 567, 31; 538, 51; 539; 22. Urbis ditio, ἡ Κιβυρᾶτις sive ἡ Κιβυρατική, 538, 13; 556, 6. Cibyratæ, οἱ Κιβυρᾶται, a Lydis Cabalidis oriundi; admixti iis deinde Pisidæ sunt. Urbis ambitus; leges ejus optimæ; ditio quousque pertinuerit; accesserunt ad eam Bubo, Balbura, Œnoanda, quæ tetrapolin constituerunt. Suffragiorum in conventibus ratio. Cibyræ copiarum numerus. Tyranni urbem modeste gubernabant; postremus eorum Moagetes a Murena dejectus; ab eodem Balbura et Bubo Lyciæ attributæ; vel sic tamen Cibyratica præfectura Asiæ est maxima. Quattuor Cibyratæ linguis utuntur; ferrum ibi facile cælatur, 539, § 17.

Cibyratæ minores, Κιβυρᾶται οἱ μικροί. Eorum ora in Pamphylia, 570, 3. [Cibyræ parvæ ruinæ sunt ad *Kargha-Sou* inter *Eski-Adalia* (Siden) et *Kara Bouroun*.]

Cicadæ Locrenses ad Halecem fluvium sonoræ sunt, Rheginæ autem mutæ. Causa rei, 218, 27.

Cicero cum C. Antonio consul, 391, 38. Laudatur de Menippo rhetore (*Brut. c.* 91) 564, 1; de Ægypti reditibus, 678, 30.

Cichyrus, Κίχυρος ἡ πρότερον Ἐφύρα, Thesprotorum opp., supra Glycyn portum, 269, 47. 291, 9. Ei vicinum Buchetium opp., 269, 49.

Cicones, Κίκονες, Thraciæ gens, cujus regio est finitima regioni Corpilicæ sive Apsynthidi, 285, 11. Ciconum urbes, 282, 10. Cicon erat Orpheus, 276, 46.

Cicynethus, Κικύνηθος (*Pontiko*), insula sinus Pagasitici, 375, 8.

Cicysium, Κικύσιον, maxima ex octo Pisatidis civitatibus; prope eam Pisa seu Bisa fons, 306, 12 et 42. De situ non satis constat. In tabula oppidum composui cum hod. *Vilisa*.

Cidenas, Κιδήνας, Chaldæus astronomus, 629, 42.

Cierus, Κίερος (*Mataranga*), Thessaliotidis opp., 374. 18.

Cilbianus campus, Κιλβιανὸν πεδίον, Caystrio campo finitimus in Lydia, 538, 3.

Cilices Homerici, Κίλικες, in Troade, quorum regionem nunc tenent Adramytteni, Atarnitæ et Pitanæi usque ad Caici ostia, 523, 1. Duæ sunt Cilicum provinciæ, quarum altera Eetioni subdita Theben et Chrysen urbes habebat, altera Myneti subjecta urbem habebat Lyrnessum, 523, 2; 518, 3; altera Cilicia Thebaica erat; altera Lyrnessis, cui tanquam tertia accenseri potest finitima Eurypyli ditio, 501, 35; 526, 66. Cilicibus in Thebe Hypoplacia imperavit Eetion, 500, 39. Cilicum et Mysorum rex Teuthras, 526, 10. Cilicum in Troade finitimi ab Homero Pelasgi vocantur, 184, 20. Cilicum regioni Antandrus assignanda esse videtur ad sinum Adramyttenum, 518, 44. Cilicum fanum Apollinis Sminthei e Chrysa prope Theben sita translatum est in Chrysen Hamaxito vicinam, quum Cilicum alii in Pamphyliam, alii Hamaxitum emigrassent, 523, 45; Cilices Trojani auctores feruntur Cilicum qui sunt extra Taurum, 577, § 21. Cilices e Troade pulsi Syris eripuerunt terram quæ nunc Cilicia dicitur, 536, 10. Cilices e Troadis campo Thebano ejecti in Pamphylia Lyrnessum et Theben condunt, teste Callisthene, 569, 39; 577, § 21. Cilicia Troadis fortasse nomen habet a Cillo, 524, 23.

Cilicia ἡ ἔξω τοῦ Ταύρου nomen habet a Cilicibus Troadis, qui huc immigrarunt. Fuisse in Pamphylia, sicuti in Troade, Theben et Lyrnessum urbes, et ratione inversa in Troadis Cilicia fuisse Aleium quendam campum perhibent, 577, 21; 524, 23. In Cilicia Typhonem jacere nonnulli statuunt, 535, 41. Ibi Arimos habitasse Callisthenes statuit, 536, 12. In Ciliciæ oram desinit mare internum, 56, 20. Initium Ciliciæ occidnum Artemidorus aliique ad Celenderim ponunt, 571, 48. Ciliciæ et Syriæ confinia ad Pylas, 577, 8. Dividitur regio in Ciliciam asperam, τραχεῖαν sive τραχειῶτιν (cujus incolæ Τραχειῶται), et campestrem, πεδιάδα; utriusque fines,

Digitized by Google

570, § 1. Ciliciæ Asperæ descriptio, 570, § 2 sqq. 490, 34, 487, 7; 108, 1; 570, 6. Ciliciam Asperam, quæ ad Lamum usque fluvium pertinet, 574, 6, tenuerunt Cleopatra, Amyntas et Archelaus, 572, 47. Initio Ciliciæ campestris sive τῆς κατ' Ἰσσὸν est Soli urbs, 573, 17. Ciliciæ oræ multum terræ aggeritur Pyramo fluvio, 44, 9 (v. Pyramus). Gentes Ciliciæ, 107, 30. In Cilicia pertit Lygdamis Cimmeriorum dux, 51, 28. Cilices Amyntam Homonadenses adortum occiderunt, 487, 29. Latrociniorum exercendorum auctor Cilicibus fuit Diodotus Tryphon, 570, 40. Cilices piratæ oppresserunt piratas Cretenses; deinde Romani castella Cilicum ceperunt, 410, 2. Piratarum ναυπήγιον et forum in Side Pamphyliæ urbe, 567, 15.

Cilicia, una ex Cappadociæ præfecturis, 458, 24. Scilicet Ciliciæ regionis pars quæ est circa Castabala et Cybistra et usque ad Derben pertinet, tanquam undecimam præfecturam Cappadociæ regibus dederunt Romani, qui deinde Archelao etiam Ciliciam Asperam quæ ad Elæussam est et ad piratarum fœdus pertinuerat, assignarunt, 458, 26. Ciliciæ Cappadocicæ urbs Mazaca, 462, 17.

Ciliciæ portæ, αἱ Κιλίκιαι πύλαι, 460, 37. Quot stadia distent a Mazacis, a finibus Ciliciæ, ab Oronte, 462, 17; 571, 52.

Cilicium mare, ἡ Κιλίκιος θάλασσα, 69, 52.

Cilicius Taurus, 457, 14.

Cilla, Κίλλα, in Adramyttena ditione, Thebæ vicina, cum fano Apollinis Cillæi, ad Cilljæum fl.; ab ea nomen habet Cillæum Lesbi, 523, 30. Prope Cillam est Cilli tumulus, 524. 20.

Cillæi Apollinis fanum Colonis et Cillæ et Chrysæ, 523, § 62.

Cillæum Lesbi a Cilla Troadis nomen habet, 523, 35.

Cillæus fl., ὁ Κίλλαιος ποταμός, ex Ida ortus, Cillam præterfluit, 523, 33.

Cillanius campus, Κιλλάνιον πεδίον, Phrygiæ, 538, 8.

Cillus, Κίλλος, Pelopis auriga; ejus tumulus est Cillæ, prope fanum Apollinis; a Cillo fortasse Ciliciæ nomen inditum est, 524, 20. — Cimarus, Cretæ pr., 408, 22.

Cimbri, Κίμβροι, Germaniæ populus ad Oceanum, 241, 50; 244, 37. Cimbros vagari latrones aiunt, quod e peninsula quam habitabant, maris exundatione ejecti essent; at ibidem etiam nunc habitant, 243, 20. Inundatio ista ingens figmentum esse videtur, 243, 29. Cimbros arma sumere adversus maris exundationes quidam hariolantur, 243, 32. Sec. Posidonium e patria migrarunt [*prædandi causa, non?*] ob maris incursiones subitas, 84, 30; sec. eundem usque ad Mæotin vagabundi progressi sunt; de iisque Bosporus Cimmerius, i. e. Cimbricus, dicitur, quum Græci Cimbros Cimmerios vocent, 244, 2. Cimbri in silva Hercynia a Boiis repulsi ad Istrum et Scordiscos Gallos, tum ad Tauriscos Gallos, tum ad Helvetios progressi sunt; ex Helvetiis socios se iis adjunxisse Tigurinos et Toygenos aiunt; denique Cimbri eorumque socii partim cis Alpes partim trans eas a Romanis debellati sunt, 244, 7. Cimbrorum opes videntes Helvetii latrociniis se dederunt, 160, 50. Irruptionem Cimbrorum Belgæ sustinuerunt, 163, 26. Cimbri Cn. Carbonem ad Noreiam clade afficiunt, 178, 44. Romanorum veniam et amicitiam petentes, Augusto miserunt sacrum lebetem, 243, 23. Cimbrorum mulieres; vates canæ; sacrificiorum humanorum ratio; pellex cratibus intentas in prœliis pulsant, 244, § 3.

Cimiata, Κιμιάτα, castellum Olgassyis jugo subjectum, in Cimiatene Paphlagoniæ, 481, 44. Castello illo pro belli arce usus est Mithridates Ctistes, 481, 46.

Cimiatene, Κιμιατηνή, Paphlagoniæ regio, 481, 44.

Ciminius lacus, ἡ Κιμινία λίμνη (*lago di Ranciglione*), in Etruria, 188, 46.

Cimmericum, τὸ Κιμμερικόν, 423, 49; ἡ Κιμμερικὴ κώμη, 423, 46, ab Anticite 120 stadia distans, in Mæotidis ora Asiatica, prope paludis initium; inde solvunt qui paludem navigant, 423, 46; olim urbs erat in peninsula, cujus isthmus fossa et muro claudebatur, 423, 49.

Cimmericus Bosporus, ὁ Κιμμερικὸς βόσπορος. V. Bosporus.

Cimmerii, Κιμμέριοι. Sic a Græcis vocabantur Cimbri, 244, 6. Olim in Bosporo imperarunt, qui ab iis nomen habet, sicut Cimmerius mons Chersonesi Tauricæ, 257, 7. Hinc eos ejecerunt Scythæ, Scythas vero Græci, 424, 1. Cimmeriorum incursionem Homeri ætate vel paullo ante factam produnt chronographi, 17, 8. Igitur novit Homerus eos habitare versus boream et regionem caliginosam ad Bosporum Cimmerium, unde poeta eos transtulit in tenebricosum quendam locum inferis finitimum et fabulis quæ de Ulyssis erroribus ferebantur aptum, 17, 3 sqq. 5, 16 sqq. Cimmerios quum sciret Homerus habitare loca versus septentrionem sita, eos apud inferos collocavit; fortasse secutus commune Ionum in eam gentem odium, 123, 35. Cimmerii, quos et Treres appellant, aut quædam eorum natio sæpe excursiones fecerunt in dextram Ponti partem, in Paphlagoniam, in Phrygiam Midæ tempore; sub Lygdamo in Lydiam et Ioniam progressi Sardes ceperunt nec non in Ciliciam penetrarunt, 51, 22; 123, 40; 423, 53. Cimmerica gens Treres, 553, 12. Cimmerii Sardes expugnarunt, 536, 27. Eorum socii Heneti Pontici, 465, 52.

Cimmerii ad lacum Avernum Campaniæ, 203, 43 et 51; 204, 10.

Cimmeris urbs, Κιμμερὶς πόλις, ab Hecatæo fingitur, 248, 42.

Cimmerius mons, Κιμμέριον ὄρος (*Opouk*, aliis *Eskidagh*), mons Chersonesi Tauricæ, 257, 7.

Cimolus, Κίμωλος, insula maris Cretici, unde Cimolia terra, 416, 17; 417, 3.

Cinæthium, Κιναίθιον, in Laconica prope Thyrides et Tænarum situm, 309, 14. [Dionysius Hal. Cinæthium pr. in eoque sepulcrum Cinæthi memorat, adeo ut hoc certe pateat nihil apud Strabonem esse mutandum. Curtius (*Pelop.* 2, p. 638) promontorium istud ad meridionalem partem Thyridum (*Cavo Grosso*) refert. Ego Cinæthium locum Strabonianum in medio *Cavo Grosso* cum hodierno *Kunos* loco composuerim.

Κιναιδολογεῖν cœpit Sotades, quem secutus est Alexander Ætolus. Cf. Cleomachus.

Cinara planta Mauretaniæ, 701, 54.

Cindya, Κινδύη, vicus olim fuit Bargyliis Cariæ vicinus; Dianæ Cindyadis fanum, 561, 51.

Cineas, Κινέας, historicus laudatur, 273, 38.

Cingulus mons, τὸ Κιγγοῦλον ὄρος (Κιγγοῦνον, Γιγγοῦνον, Πιγγοῦνον codd.), in Umbria, 189. 11. [Cingulum (hod. *Cingolo*) in alto monte situm erat Piceni oppidum, non longe a finibus Umbriæ. V. Plinius 3, 13, 18. Liber Colon. p. 254; Cæsar B. C. 1, 15; Cicero ad Attic. 7, 11; Silius, 10, 34 : « *Celsis Labienum Cingula saxa miserunt muris.* » Orelli Inscriptt. 86. Strabo minus recte id ad Umbriam referre videtur].

Cinnamomifera Æthiopiæ regio, ἡ Κινναμωμοφόρος, 52, 32; 60, 1; 658, 53; ultra quam nemo hucusque progressus est, 654, 52. Est fere media inter tropicos et æquatorem, 109, 43. Cœlestium ibi ratio, 109, § 35. Cf. Ursa minor. Parallelus Cinnamomiferæ ab æquatore distat 8800 stadia, 60, 1; 109, 40; 78, 34; a Meroe 3300 stadia, 109, 40, sive 3000 stadia, 78, 30; transit per insulam exu-

Digitized by Google

ium Egyptiorum, 98, 2. A faucibus sinus Arabici usqu ad extremam Cinnamomiferam oræ longitudo 5000 st diorum esse perhibent, haud dicentes num ortum an autrum versus, 663, 6. In Cinnamomifera olim elephanto rum venationes, 109, 53.

Cinnamomum in India, 592, 29; in Arabia, 666, 5; apu Sabæos, 662, 10.

Cinolis Κίνιολις (*Kinoli*), Ponticæ oræ opp., 467, 12.

Cinyps (*Ouad Myner Crin*), fluvius oræ Libycæ; prop eum Cartaginienses, voragines quosdam ponte instra verunt, 708, 49.

Cinyras, Κινύρας, Cyprius, thoracem dono dedit Agamem noni, 33, 10.

Cinyras Bybli tyrannus, a Pompeio cæsus, 643, 24.

Circæus mons, Κιρκαῖον ὄρος (*monte Circello*), in Lati insulæ similis; ejus ab Antio distantia; oppidum ibi et Circes templum et Minervæ ara, 193, 53; 19, 16. A Tarracina distantia, 194, 18. Ad Circæum parvus portus, 194, 6; vicina regio palustris est, 193, 10. Ad Circæum usque olim Latium pertinuit, 193, 1.

Circe, Κίρκη, 36, 28 et 42; 186, 38. Eam Homerus Medeæ cognatam finxit, ob morum similitudinem, 17, 10. Itaque quum hæc in Italia, illa in Ponto habitaret, utramque in Oceano collocavit, *ibid.* Circes sepulcrum in Pharmacussa ins. prope Atticam, 339, 33. Ejus templum in Circæo monte, 194, 3.

Circulos parallelos stellæ fixæ conversione sua describunt, quorum notissimi sunt æquinoctialis, duo tropici et arcticus, 91, 19.

Circumcisionis mos ap. Ægyptios et Judæos, 699, 43.

Cirphis, Κίρφις, Phocidis urbs, 357, 34, et mons, 359, 13, cui subjacet Cirrha urbs, 358, 16.

Cirrha, Κίρρα (ruinæ quæ vocantur *Magoula*, non longe a Plisto fluvio), Phocidis urbs antiqua, Cirphi monti subjacens ad mare e regione Sicyonis; a Delphis distans 80 stadia, 359, 16; 357, 32. A Crisæis deleta est, 359, 29.

Cirta, Κίρτα (*Constantine*), Masyliensium urbs, Massanassæ (Masinissæ) et successorum ejus regia, munitissima, a Micipsa maxime aucta et Græcis quoque colonis frequentata, 706, 10. Cirtam interdum veniunt Pharusii per loca quædam palustria et lacus, 703, 20.

Cisalpina Gallia. V. Gallia.

Cisamus, Κίσαμος (*Calyves*), in Creta navale Apteræ, 411, 37.

Cispadana Gallia. V. Gallia.

Cissia, Κισσία, apud Æschylum vocatur mater Memnonis, 619, 42.

Cissii vocantur οἱ Σούσιοι, 619, 41.

Cissus, Κισσός, et Temenus Argolidem obtinuerunt, 334, 50. Cissus, qui Argos condidit, Althæmenis pater, 413, 37.

Cissus, Κισσός, oppidum (Crusidis) a Cassandro deletum; incolæ in Thessalonicesm conducti, 277, 37. Hujus Cissi Homerus Il. 11, 222 meminisse videtur, *ib.*

Cisthene, Κισθήνη, oppidum desertum cum portu in Æolidis ora, 519, 15; loca supra eam sita, *ib.*

Cisthene, Κισθήνη (*Ypsili*), ad Lyciam insula, 568, 30.

Cithæron, Κιθαιρών, mons initium habens ex Atticis et Megaricis montibus, deinde in campos sese torquens ad Thebas desinit, 348, 27; 351, 23; 326, 25. Ei subjacent Hysiæ, 347, 30; Scolus, 351, 8; Plataeæ, 353, 47; ad eum usque porriguntur Onei montes, 326, 5; 338, 2. Fabulæ quarum sedes Cithæron, 22, 5.

Cithara Ἀσιάτις, 404, 48.

Citium, Κίτιον (*Chiti*), Cypri opp., 532, 32; patria Zenonis stoici et Apollonii medici, a Beryto 1500 st. distat, *ib.*

Cius, Κίος, Herculis socius, Cium condidit, 482, 52.

Cius, Κίος (*Kio*), Bithyniæ urbs, postea Prusias. Ejus historia, 482, et 35. A Cio Herculis socio condita est, 482, 52.

Cizari, ἡ Κίζαρι (?), regia nunc diruta, Stephanæ paludi in Phazemonitide adjacens, 480, 3.

Clanis, Κλάνις (*Chiana*), per Etruriam et agrum Clusinum in Tiberim influit, 196, 8.

Clanis fl., i. q. Liris, Minturnas perfluit, 194, 45.

Clanis torrens (*Glan*) ex Noricis Alpibus supra Vindelicos sitis in Istrum fluit, 172, 38.

Clarii Apollinis fanum et oraculum ad Colophonem. Ibi Calchas cum Mopso certasse et diem obiisse fertur, 548, 43; 560, 13.

Clastidium, Κλαστίδιον (*Chiasteggio*), Italiæ urbs inter Placentiam et Derthonam (Dortonam) sita, 180, 44.

Claterna, Κλάτερνα (ubi nunc *Sta Maria di Quaderna*), opp. Galliæ cispadanæ, in via Æmilia, 180, 34.

Claudius (P.) Pulcer in Cilicios piratas incidit; tribunus plebis obtinuit ut Cato mitteretur qui Ptolemæo Cyprum adimeret, 584, 4.

Clautenatii, Κλαυτηνάτιοι, Vindelicorum populus, 171, 49 (*Catenates* in inscript. ap. Plin.).

Clazomenæ, olim insula, 48, 51.

Clazomenæ, Κλαζομεναί (*Varla Scala* et insula *H. Joanni*), Ioniæ urbs a Paralo condita, 541, 14. Clazomenæ prius sitæ erant ubi nunc est Chytrium locus; ante hodiernam urbem jacent insulæ octo, 551, 28. Sita urbs ad isthmum Erythræorum peninsulæ, 550, 10. Clazomenium agrum ab Erythræo Hypocremnus locus dirimit, 550, 11. Clazomeniorum colonia Cardia, 283, 30. Clazomenius vir Anaxagoras physicus, 551, 31.

Clazomeniorum speculæ, Κλαζομενίων σκοπαί, ad Mæotidem paludem, 423, 48.

Cleanactidæ, Κλεανακτίδαι, Mytilenæorum tyranni, 528, 5.

Cleandria, Κλεανδρία, Troadis locus, prope Gordum, 60 stadiis ab Calepeuce; inde Rhodius fluit, 516, 14.

Cleandridas, Κλεανδρίδας, Thuriorum dux in bello contra Tarentinos de Siritide regione gesto, 219, 43.

Cleanthes, Κλεάνθης, Assius, stoicus, Zenonis in schola successor, successorem habuit Chrysippum, 522, 1.

Cleanthis Corinthii picturæ in templo Dianæ Alpheoneæ, 295, 25.

Cleobulus, Κλεόβουλος, Lindius, unus ex 7 sapientibus, 559, 23.

Cleochares (*Cleophanes* codd.), Myrleanus rhetor, 485, 6.

Cleomachus, Κλεόμαχος, pugil Magnesius, cinædorum voces, mores et affectiones imitatus, 553, 30.

Cleombrotus, Κλεόμβροτος, aut Cleonymus Heræam urbem e novem pagis constituit, 289, 32.

Cleon, Κλέων, prædonum dux. Ejus historia, 492, § 9.

Cleonæ, Κλεωναί (*Klenes* ruinæ prope vicum *Kurtesi*), Argolidis urbs, in Agamemnonis regno, 324, 10. Ejus situs, 324, 34; 328, 35. Cleonæi cum Argivis et Tegeatis Mycenas diruerunt, 324, 28.

Cleonæ, Κλεωναί, Athonis urbs, 279, 41; 280, 32.

Cleonymus, Κλεώνυμος, a Tarentinis exercitus dux advocatur, 232, 13. Cleonymus aut Cleombrotus Heræam urbem e 9 pagis constituit, 289, 32.

Cleopatra, uxor Ptolemæi VII Evergetæ II, post mortem ejus regnum tenuit, 81, 41. Sub ea denuo in Indiam navigavit Eudoxus, *ib.* Reversus Eudoxus filium Cleopatræ (Ptolem. VIII Soterem II) regno potitum reperit, 81, 54.

Cleopatra (Cleopatra Philopatra) prœlio Actiaco interfuit, 270, 31. Cleopatræ, Ptolemæi Auletæ f., Archelaus in matrimonium datur, 478, 16. Cleopatra ab Antonio Ciliciæ loca ad classem ædificandam idonea accepit, 571,

Digitized by Google

32. Ciliciam asperam accepit, 572, 58. Quum in Cæsaris potestatem venisset, aspidis morsu vel illito veneno sese interfecit, 576, 20. Cleopatræ ejusque sorori Arsinoæ Cyprum Antonius tradidit, 584, 18. Cleopatræ et Antonii filia uxor Jubæ regis, 703, 35.

Cleopatra Selene in Seleucia Mesopotamiæ castello inclusa a Tigrane interficitur, 638, 18.

Cleopatris, Κλεοπατρίς, Ægypti urbs vicina Arsinoæ, ad fossam in sinum Arab. exeuntem sita, 683, 50; 664, 13. Nonnulli Cleopatridis nomen indunt Arsinoæ, 683, 30. Ibi naves construxit Ælius Gallus, 664, 13.

Cleophanes. V. Cleochares.

Cleuas, Κλεύας, Dori f., et Malaus, Agamemnonis stirpis, eodem quo Penthilus tempore Æolum coloniam deduxerunt; in Locride ad Phricium montem multum temporis traxerunt; in Asia Cumam Phriconidem condiderunt, 498, 30.

Clides, Κλεῖδες (ad *Cap S. Andreas*), duæ insulæ ad Cyprum sitæ, a Pyramo distantes 700 st., 581, 44; 582, 25. Inde ad Pedalium 680 stadia, 582, 29; ad Crommyi acram 700 stadia, 582, 11.

Climata sec. Hipparchum obiter recensentur, 108, § 34-43.

Climax, Κλίμαξ (phœn. *Sollum*, i. e. scala; unde etiam *Solyma* tractus ille montanus vocatur), Lyciæ mons, angustum juxta mare transitum relinquens, 569, 5 (Intellige tractum montanum qui ab Olbia versus meridiem juxta oram porrigitur.)

Climax mons, inter Lycum et Adonin fl., 643, 27. (Montanus adacensus juxta boreale latus Lyci fl., secundum Brocchium apud Ritterum t. 17, p. 548. Thompsonus vero magis boream versus Climacem quærit in arduis montibus qui sunt supra *Watta Siltum* in regione *El-Tetheh*, propiores Adonidi fl. V. Ritter, t. 17, p. 550.)

Clitarchus, Κλείταρχος, de sale Indico, 186, 30. De æstus marini ap. Celtas celeritate, quam equis citatis accolæ Oceani vix effugere possint, 243, 43. Isthmum inter Caspium mare et Pontum Eux. interjectum effluvie utriusque maris perfundi posse opinatur, 421, 47. Laudatur de Amazone Alexandrum convenienie, 433, 31; de pompis Indorum, 611, 44.

Clitor, Κλείτωρ, Arcadiæ opp., 333, 39 (in *Katsana* planitie inter fluvios *Klitora* et *Karnesi*).

Clusia palus, ἡ περὶ Κλούσιον λίμνη (*lago di Chiana*) in Etruria, 188, 46.

Clusium, Κλούσιον (*Chiusi*), urbs Etruriæ; ejus rex Porsena, 183, 18. Urbs a Roma 800 stadia distat, 188, 39. Per agrum ejus Clanis fluit, 196, 7.

Clypea. V. Aspis.

Cnemides, Κνημῖδες (prope *Nikoraki*), Locrorum Epicnemidiorum urbs, 365, 35.

Cnemis mons, Κνημίς, a quo Locri Epicnemidii dicti, 364, 41; 365, 14; 357, 48.

Cnidus, Κνίδος (ruinæ ad *Cap Krio*), Cariæ urbs describitur, 560, 5. Cnidii Dorienses, 557, 40. Regio ferax, 544, 40. Cnidiorum colonia Lipara, 229, 1; et Corcyra Nigra, 261, 11. Ad Cnidum Eudoxi specula, 685, 33; e qua Canobum stellam spectavit Eudoxus, 98, 51. Cnidus in eodem parallelo in quo Gades, 99, 1. Cnidius fuit Sostratus architectus, 673, 16. Alii Cnidii viri memoria digni, 560, 12.

Cnopia, Κνωπία, Thebanus locus, e quo Amphiaraeum in Oropi regionem transductum est, 346, 50.

Cnopus, Κνῶπος, Codri f. spurius, Erythras condidit, 541, 12.

Cnossus, Κνωσσός (*Makro-Tichos*), Cretæ urbs olim Cæratus dicta a fluvio, 409, 14. Minois regia; dignitas ejus postea in Gortynam et Lyctum transiit, deinde vero ab ea recuperata est; situs; ambitus; a vicinis urbibus distantiæ; navale ejus Heracleum, 408, § 7; 416, 10. Cnossus a Minoe condita, 409, 18. Ab ea ad Cydoniam distantia, 411, 35. Cnossii Lycastum diruerunt agroque urbis potiti sunt, 412, 4. Cnossi sedem fixit Derylaus, unus e Strabonis majoribus, qui orti inter Cnossios et Gortynios belli dux creatus, re celeriter et feliciter confecta, summis a Cnossiis honoribus affectus est, 410, 17. Filii ejus Cnosso ad Mithridatem Eupatorem se contulerunt, 410, § 10. Cf. Derylaus, Lagetas, Philetærus. Cnossus nunc coloniam Romanam habet, 410, 4.

Cnuphis, Κνοῦφις, Ægyptiorum deus, templum habet in Elephantine ins., 698, 54.

Cobus, Κῶβος, Trerum dux, longinquam peregrinationem suscepit, 51, 18, a Madye Scytha expulsus, 51, 30.

Cocalus, Κώκαλος, in Sicilia regiam habuit Camicos. Apud eum Camicis Minos vita functus est, 232, 2.

Cocceius cuniculum ab Averno lacu usque ad Cumas duxit, 204, 17.

Coccus multus exportatur e Turdetania, 119, 34.

Cochleæ in Nilo ingentes, quæ vocem edunt ut ululæ, 699, 10. Cochleæ Linusiæ, 503, 49; Ægyptiæ, 122, 8.

Codridæ, Κοδρίδαι, cum Ionibus in Asiam migrant, 329, 30.

Codrus, Κόδρος, barbarum nomen, 267, 5.

Codrus, Melanthi f., 540, 35. Ejus filius legitimus Androclus, 540, 24; filii spurii: Cydrelus, 541, 3, Cnopus, 541, 12, Nauclus, 541, 10.

Κῶοι, cavernæ, 315, 29.

Cœlestium rerum cognitio ad geographiæ studium necessaria, p. 6, 4; 9, 35. Τὰς ἐν τοῖς οὐρανίοις διαφορὰς καθ' ἕκαστον τῆς γῆς τόπον consignavit Hipparchus, 109, 5.

Cœlesyria, ἡ Κοίλη Συρία, 638, 3; 110, 43. Libano et Antilibano includitur; vallis intermedii latitudo et longitudo, 642, 37; irrigatur Jordane aliisque fluviis; habet Gennaseritin lacum, 642, 48. Cœlesyria laxiore vocis sensu appellatur etiam tota regio quæ supra Seleucidem est versus Ægyptum et Arabiam, 643, 50. Cœlesyria in quatuor satrapias divisa, 638, 31. Adjacent ei Arabes Scenitæ, 651, 31. Cf. Syria.

Cœlum Persæ Jovem putant, 623, 38. Cœlum idem cum terra habet centrum et axem per mediam terram et cœlum medium productum, 91, 12. Circa terram et axem circumagitur ab ortu ad occasum, cum eoque stellæ fixæ, 91, 14. Globi formam refert, 91, 9. Quinque zonis distinguitur, 91, 23.

Cœnæ Lusitanorum, 128, 39.

Cœnosus sinus. V. Pelodes.

Cogæonus, Κωγαίονον ὄρος, mons apud Getas, in quo sacerdos s. deus degit. Fluvius cognominis montem præterfluit, 247, 48. Aliunde non notus mons. Katanssich in Orb. Ant. I. p. 374 *Gogany* montem et fluvium prope *Mika* situm intelligi vult. Mannertus eum a meridie Istri in priscis Getarum sedibus quærit.

Colapis Κόλαπις (Κόλωψ Dio C.; *Culpa*), fl. cui adjacet Segestica; in Saum influit, 173, 6; ex Albio m. per Japodes in Noarum influit, 261, 2.

Colchis, Κολχίς, ad Pontum regio, 51, 4; 57, 2; 107, 17. Ejus situs; Phasis, Glaucus, Hippus fluvii; Sarapana castellum; Phasis urbs; hinc Amisum et Sinopen navigatio; regionis proventus; quonam argumento utantur qui Colchorum et Ægyptiorum cognationem demonstrare velint; Leucothea templum, Phrixiopus, bis spoliatum, 427, § 17. Colchica ad Phasin ora arenosa, humilis, mollis, 44, 1. Colchis est a meridie Heniochorum, sub Caucasiis et Moschicis montibus, 422, 40; 470, 12; 426, 19. Colchi partem Moschicæ regionis tenent, 428, 9. Colchidis rex Æetes, 38, 12; caput Æa

Digitized by Google

urbs ad Phasin, ib.; regio dives auri, argenti et ferri metallis, ex quibus causa expeditionis Argonauticæ repetenda, 38, 15. Jam antea Phrixus eam adierat, 38, 18. Colchidis et Iberiæ in confiniis Phrixeum, 38, 12; sive Phrixopolis, nunc Ideessa, 428, 12. Colchos novit Homerus, 17, 9. Quæ supra Colchos sunt septentriones versus ad lacum Mæotidem nota reddidit Mithridates Eupator, 11, 46. Antiquum Colchidis splendorem produnt fabulæ; postea reges ibi erant, inque sceptuchias Colchis divisa; dein Mithridates Eupator ea potitus per amicos administravit, inter quos Moaphernes, Strabonis matris patruus; postea Polemon Colchidem tenuit, eoque mortuo Pythodoris uxor, 427, § 18. Inter Colchidem et Caspium mare mons Caspius, 75, 28. A Colchide ad Hyrcanium mare distantiam definire accurato computo tentavit Hipparchus, 77, 36. Quotnam sint stadia, 421, 45. E Colchide profecti Corybantes, 405, 22. Colchorum Jasonem persequentium signa in Creta, Italia, 38, 27. Eorum opus Pola Istriæ opp., 179, 42; 38, 38. In Colchidem migrarunt Ægyptii, 51, 7.

Coliaci, Κωλιακοί (Κωνιακοί *codd.*), in extrema India, 588, 13. Ab his ad Taprobanen septem dierum navigatio, 589. § 14.

Κωλιάδος Veneris fanum ad Anaphlystum, 342, 22. De hoc loco oraculum, 342, 27.

Collatia, Κολλατία (*Cast. dell' Osa*), Latii opp. prope Romam, 191, 41.

Collina Romæ porta, 190, 35; 226, 38.

Κολοβοί i. e. mutili glandibus Æthiopes, ad sinum Arabicum, 657, 49. *et in sqq.* Κολοβῶν ἕλσος, Mutilorum lucus, ad sinus Arabici ora Troglodytica, 656, 54.

Coloe lacus, Κολόη λίμνη. V. Gygæa.

Coloe Diana. V. Diana et Gygæa.

Colonæ, Κολωναί, opp. Troadis ad mare situm, 140 ab Ilio stadiis, 504, 31. Ibi primum Cilæi Apollinis templum ab Arabibus positum, sec. Daem Coloneusem, 523, 37. Colonarum rex Cycnus, Tennis pater, 517, 3. Colonæ Troadis, Achæio finitimæ, ad Tenediorum ditionem pertinuerunt, 517, 6.

Colonæ, Κολωναί, in Lampsaceno agro, Milesiorum colonia, 504, 30.

Colonæ in Erythræo agro, 504, 34.

Colonæ, Phocidis locus, 504, 35.

Colonæ, Thessaliæ locus, 504, 35.

Cyphus, Κῦφος, Perrhæbicus mons et pagus; ubi Ænianes nonnulli consederunt, 380, 17; 379, 5; in Gunei ditione, 378. 49.

Cypræ templum, ab Etruscis in Piceno conditum; Cypra vero Etruscis Juno vocatur, 201, 6. (Templum illud erat in loco *Cupra Maritima* dicto, ubi nunc *le Grotte a Mare*, a borea hodierni *S. Benedetto.*)

Cypressetum, ὁ Κυπαρισσών, inter Sadracas et Dialæ trajectum (*Tchemen Kiupressi*. Vide not. ad v. Sadracæ), 628, 29.

Cyprus, Κύπρος, ins. in Issico sinu et Pamphylio sita, p. 104. 3. De situ ejus prava tradunt Damastes et Eratosthenes, 583, § 4. Descriptio insulæ, 581, *cap.* 6. Situs, 581, § 1; ambitus, longitudo, figura, 581, § 2. Singula describuntur, 582, § 3 sqq.; proventus, silvæ, 583, § 5.

Digitized by Google

in Cyprum Telchines e Creta venerunt, 558, 24. Cinyras, Cyprius, 33, 10. Cyprium æs unicum est, quod ferat Cadmiam lapidem, vitriolum et spodium, 136, 1. Cyprum tenuerunt tyranni, deinde Ptolemæi; tum Romanorum fuit provincia prætoria, occupante insulam Catone. Per breve tempus tenuit eam Cleopatra, dante Antonio, 583, § 6. Cyprus Ptolemaicis regibus paruit, 672, 38.

Cypsela, τὰ Κύψελα (*Ipsala*), Thraciæ urbs non longe ab Hebro, in quam desinit via Egnatia, 275, 4 et 11; 282, 35 et 48; 284, 23.

Cypselus, Κύψελος, Bacchiadas dejecit, et occupatam Corinthi tyrannidem ad tertium heredem propagavit, 325, 11. Ejus donum aureus malleoque ductus Juppiter Olympiæ, 304, 8, 325, 13. Cypselus Leucadem colonis occupat, 388, 21. Filius ejus Gorgus, Ambraciæ conditor, 270, 17.

Cyra, τὰ Κῦρα, ad Iaxartem oppidum in Sogdiana, Persici regni ultimum, Cyri opus, ab Alex. M. dirutum, 443, 47.

Cyrbantes (Κύρβαντες) et Corybantes non diversos esse putant, 283, 11.

Cyrbas, Κύρβας, Hierapytnæ Creticæ conditor, Curetum socius, 405, 27.

Cyrenaicæ sectæ, τῆς Κυρηναϊκῆς φιλοσοφίας, auctor Aristippus Socraticus, 711, 5; emendator Anniceris, 711, 9.

Cyrene, Κυρήνη (*Grenna*), Libyæ urbs, in monte mensali, 710, 29; in Alexandriæ parallelo, 110, 41; a Syenes parallelo 5000 stadia distat, sec. Hipparch., 110, 19; colonia e Thera deducta, 48, 11; 298, 33; 710, 32. Battus conditor, 710, 40. Regio ejus ferax (cf. 108, 20), equorum nutrix virorumque fortium; ea Ægypti reges potiti sunt; nunc provincia Romana cui Creta adjuncta, 710, 42. Cyrenæ emporium Apollonias, 710, 27. Cyrenaicæ ditionis terminus ad Automala in Syrti majori, 101, 54, et ab altero latere Catabathmus, 711, 22. At sub Ptolemæo (Apione?) limes occidentalis erat ad Euphrantæ turrim, 709, 41. Usque ad Cyrenaicam pertingunt Marmaridæ, 108, 37. Supra eam sunt Nasamones et Psylli, 108, 38. Ad eam Psylli degunt, 692, 5. Imminent ei Lotophagi, 130, 40. Cyrenaicæ silphium sive laserpitium nunc fere defecit, 710, 54; succus ex eo collectus, ὀπὸς ὁ Κυρηναῖος, 711, 1. Oppida Cyrenaicæ, 710, § 20 et 21. Cyrenaica potiti sunt Ptolemaici reges, 672, 37. Cyrenæorum anathemata in Ammonis templo visuntur columnæ delphines impositos habentes et inscriptæ: Κυρηναίων θεωρῶν, 41, 21. Hanc inscriptionem fictam esse dicit Hipparchus, 47, 20. Cyrenæi viri clari, Aristippus Socraticus ejusque filia et nepos, Areta et Aristippus metrodidactus, Anniceris, Callimachus, Eratosthenes, Carneades, Apollonius Cronus, 711, 4.

Cyrictica, Κυρικτική, insula sinus Adriatici prope Iapodum oram, 261, 43; 102, 23.

Cyrinius, Κυρίνιος (*Sulpitius Quirinus, Tacit. Annal.* 3, 48) Homonadenses fame expugnavit, 487, 52.

Cyrrhestica, Κυρρεστική, regio Syriæ; ejus situs; ibi Gindarus civitas, 639, 34.

Cyrrhestidis Minervæ templum ab Heraclea Seleucidis 20 stadia distat, 639, 33.

Cyrsilus, Κυρσίλος, Pharsalius, Alexandri comes, de Armeniæ antiquitatibus, 454, 53.

Cyrtii, Κύρτιοι, migratores et latrones, in Atropatene et Perside, 449, 8. Persidis gens latrociniis dedita, 619, 24.

Cyri campus, τὸ Κύρου πεδίον, Lydiæ, a Persis ita nominatus, 538, 6; Sardibus subjacens, 535, 16.

Cyri castra, a Mazacis distant sex dierum itinere, via per Tyana ducente, 462, 18.

Cyrus, rex Persarum, 51, 20, prius Agradates dictus; alterum hoc nomen a Cyro fluvio assumpsit, 621, 16. Astyagem regno exuit, 449, 31, Persisque imperium comparavit; successor ejus Cambyses, 626, 30. Cyrus Pasargadis honorem habuit, quod ibi Astyagem ultimo prœlio superavit, 622, 13. Cur Susis regiam sibi esse voluerit, 419, 28. Sardes expugnavit, 536, 27. Quo strategemate Sacas vicerit; pro victoria in honorem Anaitidis Sacæa instituit, 439, § 5. Cyra urbem Sogdianæ ad Iaxartem condidit, 443, 48. Euergetis nomen hoc indidit, 616, 53. Ejus contra Massagetas expeditio, 435, 24; 439, 39. In Indiam expeditio infelix, 585, 34. Cum septem solummodo hominibus ex India evasit, 614, 35. In Massagetas ducens ad Indos prope accessit, at contra ipsos Indos expeditionem non suscepit, teste Megasthene, 586, 4. Cyri dux Harpargus, 210, 16. Cyri sepulcrum Pasargadis Alexander invisit. De eo narrationes Aristobuli, Onesicriti et Aristi Salaminii, 621, § 7 et 8.

Cyrus, Κῦρος (*Abi-Schur*), fl. circa Pasargadas per Cavam Persidem fluit; ejus fl. nomen rex assumpsit, pro Agradate Cyrum se appellans, 621, 14.

Cyrus, Κῦρος (*Kour*), fl., 452, 47; 453, 24, Iberiam ab Albania dirimit, 51, 6; per Iberiam et Albaniam fluit, 421, 42. In Armenia ortus excipit Aragonem, Alazonium, Sandobanem, Rhœtacem, Chanem; exit in mare Caspium; prius vocabatur Cores, 428, 48. In Cyrum a meridie incidit fluvius, juxta quem Seusamora castellum, et ex Armenia in Iberiam aditus, 429, 35. Cyro imminet Harmozica, 429, 39. Albaniam perfluens, multum limi aggerit. Ejus ostia duodecim et Araxes affluens, 430, § 2. Per Cyrum ex Albania merces Indicæ per Oxum et mare Caspium advectæ ad loca Ponto vicina deferuntur, 437, 2. Cyri ad ostia a Caspio monte 1800 stadia, sec. Eratosthenem; a Cyro ad Caspias portas 5000 stadia, 440, 45. Ad Cyrum a Sarapanis castello quattuor dierum iter, 427, 22.

Cythera, Κύθηρα, insula maris Myrtoi, 102, 40, cum portu et urbe, quam Strabonis ævo possedit Eurycles, 312, 4.

Cytherius, Κυθήριος, fl. Pisatidis, cui adjacet Heraclea, et Ioniadum nympharum fanum, 306, 34.

Cytherus, Κύθηρος, una e 12 Atticæ civitatibus, quas Cecrops constituit, 341, 30.

Cythnus, Κύθνος, una ex Cycladibus inss., 417, 2.

Cytinium, Κυτίνιον, urbs tetrapolis Doricæ, 366, 51; 408, 42.

Cytorum, Κύτωρον (*Kidros*), Ponti oppidum, quod Heneti olim possederunt, 465, 2; Sinopensium emporium; unus e pagis e quibus Amastris conflata; nomen unde habeat; optima ibi buxus nascitur, 466, 46.

Cytorus, Κύτωρος, Phrixi f., a quo Cytorum opp. nomen habet, 466, 51.

Cyzicus, Κύζικος, Propontidis insula (*Artaki*) et urbs (ruinæ *Bal-Kiz*), 284, 43; 103, 46. Milesiorum colonia, 542, 39. Insula et urbs describuntur, 492, § 11. Templa Idææ matris, quæ sunt circa Cyzicum, Argonautæ struxerunt, sec. Neanthem, 37, 34. Cyzicus a Zelia 190 stadia distat, 502, 20. A Mithridate obsessa est, 493, 16. Honor Cyzico a Romanis habitus, qui ditionem urbis auxerunt, 493, 26. Prope urbem est Adrasteæ oraculum, 503, 26. Cyzicena regio ad Priapum, 484, 8, quam urbem Cyziceni condiderunt, 502, 54. Cyziceni et Priapeni agri in confiniis Harpagia locus, 502, 48. Cyziceni loca tenent ad Zeliam pertinentia, 502, 29, et montes Pirosso Zeliæ contiguos, 504, 5, et pleraque regionis, quam Mygdones et Doliones possederunt, 492, 46 et 38; Troadis partem, quæ est ad Zeliam et campum Adrasteæ, et partem Dascylitidis paludis, porro Dolionidem et Mygdonidem usque ad Miletopolidem et Apolloniatidem paludes, 493, 28. Quæ circa Cyzicum sunt post Troica Phryges occuparunt usque ad Practium, 501, 45. Cyziceni Eudoxum legatum ad Proserpinæ sacra celebranda

Digitized by Google

miserunt in Ægyptum, 81, 20 (Cf. Eudoxus). Eorum architecti et instrumentorum navalium thesauri, 557, 36. Cyziceni lapide Proconnesio utuntur, 503, 53.

D.

Daæ, Δάαι, Scythæ, Xanthi (Xandii codd.) vel Parii dicti, supra Mæotidem habitare perhibentur, a quibus ad Ochum profecti sint Parni Daæ, 442, 4, qui habitant juxta Caspii maris latus orientale, 435, 50, ad Hyrcaniam, 252, 49. Inde a Caspio orientem versus habitant, 438, 26. Daarum alii Aparni, alii Xanthi, alii Pissuri dicuntur, 438, 34. Daæ deserto peragrato incursiones faciebant in Hyrcaniam, Nesæam, Parthiam, 438, 40. Dais Parnis ad Ochum habitantibus imperavit Arsaces, qui hinc Parthyæam invasit, 441, 40.

Daci, Δακοί, inter Germaniam et Getarum regionem habitant; antiquitus Dai appellabantur; unde Daus est usitatum apud Græcos servi nomen, 252, 47. Daci et Getæ eadem lingua utuntur, 253, 15. Contra Dacos Boii bella gerebant, 177, 21. Daci partem regionis, quæ est intra Alpes et Istrum desertum reddiderunt, debellatis Boiis et Tauriscis Gallis, a quibus Pariso (?) fluvio separabantur, 260, 24. Nunc Daci viribus fracti tantum non Romanis se submiserunt, 253, 28. Segestica belli in Dacos gerendi arx est opportuna, 260, 37; 172, 51.

Δακίηος (?) Juppiter. V. Jupplter.

Dactylos Idæos et Curetes eosdem esse putant, 283, 12.

Dactylorum Idæorum unus Hercules, certaminis Olympici auctor, 305, 3. De Dactylis narratio varia, 406, § 22.

Δαδοῦχοι, tædiferi, Cereris ministri, 402, 16.

Dædala, Δαίδαλα, mons et urbs, Lyciæ initium, 567, 6 et 53; Rhodiorum περαίας initium, 556, 16 et 41.

Dædalus, Δαίδαλος, Icari pater, 545, 47. De Dædalo fabula, 409, 39.

Daes, Δάης, Colonensis ex Troade, laudatur de Cillæi Apollinis templo Colonensi, 523, 37.

Dæsitiatæ, Δαισιτιᾶται, Pannonum gens, quorum dux erat Bato, 261, 10.

Dai, Δάοι, antiquitus appellabantur qui nunc Daci vocantur, 252, 49.

Dalion, Δαλίων (*riv. de Longo*), Triphyliæ fl., in Alpheum exit, 296, 11.

Dalmatæ, Δαλματεῖς, diuturnum contra Romanos bellum gesserunt; ad quinquaginta habuerunt oppida, in iisque urbes nonnullas, ut Salonem, Priamonem, Niniam, Sinotium novum ac vetus; has Augustus combussit. Castellum eorum Andetrium; caput gentis Dalmium, quam urbem minuit Nasica, 261, 49; 263, 48. Dalmatiam mediam secat Adrius mons, 262, 7. Dalmatarum ora maritima post Liburnicam sequitur; navale eorum Salon, 261, 48. Dalmatæ octavo quoque anno agros dividunt; moneta non utuntur, 262, 5.

Dalmium, Δάλμιον (*Dumno s. Davno*), Dalmatarum princeps urbs, quam minuit Nasica, 262, 1. (Rectius urbs diceretur Dalminium sive Delminium.)

Damascus, Δαμασκός (*Damask*), Persarum tempore Syriæ urbs nobilissima; supra eam Trachones, duo colles, 643, 40; vicinorum latronum incursionibus urbs infestabatur, 643, 44. A Damasco incipit Chrysorrhoas fl., 642, 53. Ἡ Δαμασκηνή, ager optimus, 643, 37; 642, 43.

Damasia, Δαμασία, arx Licattiorum Vindelicorum, 171, 53. (Esse videtur vetus nomen Augustæ Vindelicorum; aliis est *Hohenembs*).

Damastes, Δαμάστης, pessimæ fidei scriptor, 39, 33. Cujus testimoniis nihilominus utitur fidemque iis adhibet Eratosthenes, 39, 29. Sinum Arabicum paludem esse putavit, 39, 37. Diotimum quendam e Cydno in Choaspem navigasse narrat, 39, 38. Laudatur de Troadis terminis, 498, 47; de Cypro, 583, § 4.

Damastium. Τὰ ἐν Δαμαστίῳ ἀργυρεῖα in Illyria, circa quæ Dyesta et Encheleæ et Dasarethii sive Sesarethii, 271, 21. (Fortasse pertinent ad *Tomoros* montem *Tomaritza* regionis juxta Aoum fl. Montem hunc Livius 32, 7 Asnaum dicit; νάπας ἀργυρίνους una cum Cerauniis montibus memorat Lycophron, 1017; bodieque *Argyrocastro* locus ad Aoum juxta Ceraunios montes exstat.

Damasus, Δάμασος, et Apœcus Athenienses Teon urbem colonis frequentarunt, 541, 11.

Damasus ὁ Σκόμβρος, Trallianus, orator, 554, 27.

Damnameneus, Δαμναμενεύς, unus Dactylorum Idæorum, 406, 40; 491, 35.

Danae, Δανάη, in cista in Seriphum delata; vim ei inferre voluit Polydectes; quod facinus ultus est Perseus filius, 418, § 10.

Danai, Δαναοί, a Danao nomen habent ante Pelasgiotæ dicti, 184, 34; 319, 28. Græcos universos Homerus Danaos vocat, 317, 40.

Danaides, Δαναΐδες, nomen dederunt Ialyso, Camiro et Lindo urbibus, 558, 36; Argos puteis instruxerunt, 319, 19. Templum Minervæ Lindiæ posuerunt, 559, 19. Danaidum una Celæno, 496, 12. Cf. v. Æschylus.

Danala, Δανάλα, Trocmorum castellum, ubi Pompeius et Lucullus convenerunt, 485, 50.

Danaus, Δαναός, 50 filiarum pater, 184, 32, ex Ægypto populum in Peloponnesum duxit, 266, 46; acropolim Argorum condidit, 319, 25. Adeo principatu suo in his locis præstitit, ut Pelasgiotæ ab eo Danai vocarentur, 319, 26. Quod Argis puteorum fossionem docuerat, rex creatus est, 19, 30. Sepulcrum ejus, quod est in foro Argivo, Palinthus dicitur, 319, 30. Ejus posteris permixti Amythaonidæ, e Pisatide et Triphylia profecti, 319, 50. Tum diviso regno, illis Argos, his Mycenæ, regiæ erant, Heræum vero commune ambobus templum, 320, 1.

Dandarii, Δανδάριοι, Mæotarum gens, 424, 54. Eorum agro Hypanin fl. induxit Pharnaces, 425, 13.

Dantheletæ, Δανθηλῆται, ad Hæmum habitant, 264, 30.

Danubius. V. Ister.

Daorizi, Δαόριζοι (aliis *Daorsi*), circa Naronem fluvium, 262, 10.

Daphitas, Δαφίτας, grammaticus in crucem actus, 552, 43.

Daphne, Δάφνη, vicus, ab Antiochia 40 stadia distans, cum luco 80 stadiorum, fontibus, asylo, Apollinis et Minervæ templo; festa ibi Antiochensium, 639, § 6; 612, 26.

Daphnia Diana in Elide, 295, 20.

Daphnus, Δαφνοῦς (ad *Cap Sotiri* non longe a *Neochorio*), olim Phocidis opp., ditione sua Epicnemidios ab Opuntiis Locris dirimens; deinde Locris Opuntiis assignatum, nunc dirutum, 50, 36; 357, 25; 364, 24 et 39. Ad id portus erat a Cnemidibus 20, a Cyno 90, ab Elatia 120 stadia distans, 365, 30. In oppido erat τὸ Σχεδιεῖον, 364, 24.

Daphnus portus Æthiopiæ cinnamomiferæ, 659, 1. Hodie *Bunder Muriyah* (48° 20′ long.). Vide Geogr. min. t. I, prolegg. p. CXLII.

Daraba, Δάραβα (sic enim ex codd. nonn. legendum pro Δάραδα, quod Kramerus dedit), opp. Æthiopiæ ad sinum Arabicum, ad quod erat κυνήγιον ἐλεφάντων τὸ πρὸς τῷ φρέατι λεγόμενον, 657, 2. Series narrationis ad eum tractum deducit, ubi oræ magna adjacet insula cui *Darmaba* nomen (11° 30′ latit.).

Darapsa, Δάραψα, 443, 14; Ἄδραψα codd. 617, 15 (Δράψακα Arrian. Exp. 3, 29. 1. Δρέψα, Drepsa, Ptol. 6, 12,

Digitized by Google

6, et Ammian. 23, 6), Bactrianæ urbs, l. l. Hodie *Anderab*.

Dardania, Δαρδανία, Troadis pars quænam, 510, 41; 483, 52; 506, § 23; 518, 14. Incolæ modo Dardanii modo Dardani ap. Homerum; fuisse videtur etiam urbs Dardania a Dardano condita, cujus non superest vestigium, 506, § 23. Dardania, montibus adjacens Troadis pars, Æneæ subjecta, 483, 52; 500, 6; 518, 31 et 39. Adjacet ei Caresena regio, 515, 45.

Dardanica regio, ἡ Δαρδανική, Illyrii, 260, 18; versus meridiem attingit Macedonicas et Pæonicas gentes, 262, 29; 276, 28, et Bessos, 264, 34. Dardaniæ gentes Galabrii et Thunatæ, 262, 34. Omnes ad imam nunc conditionem reductæ sunt, 262, 23.

Dardanium prom., ἡ Δαρδανὶς ἄκρα, Troadis, 509, 17; ibi raptus est Ganymedes, 502, 49.

Dardanus, Δάρδανος, natus in antro Triphyliæ, 297, 46.

Dardanus, Jasionis frater, e Samothrace ad Idam profectus, Dardaniam ibi condidit, et Trojanos Samothracum mysteria docuit, 283, 4; 507, 27.

Dardanus, ἡ Δάρδανος, Troadis urbs vetus, 70 ab Abydo stadiis, 509, 18; incolæ ejus sæpius Abydum transducti et iterum remissi Dardanum sunt, 509, 26. In ea urbe Sylla cum Mithridate convenit, 509, 29. Prope Dardanum Gygas prom., 505, 45.

Δαρήκης i. q. Δαρεῖος, 667, 40.

Darius, Δαρεῖος, Persarum rex, Hystaspis f., etiam Darieces vocatur, 667, 40. Fossam a Nilo in mare Rubrum ducendam cur non perfecerit, 683, 38. Darii (*deb.* Neconis) jussu Libya circumnavigata sec. Herodotum, 81, 15; 83, 7. Darii in Getarum solitudine discrimina, 253, 36. Ubinam ponte junxerit Istrum, 253, 51. Abydum aliasque Propontidis urbes cur incenderit, 506, 19. Miletum expugnavit, 543, 5. Sylosonti, qui vestem regi dederat, tyrannidem Sami ins. dedit, 545, § 17. Tributa Persarum constituit, 625, 46. Quomodo ad regnum pervenerit, 626, 32. Unde Gaugamelis vico nomen indiderit, 628, 15. Ejus regia Sadracæ, 628, 29. In sepulcro ejus inscriptio, 622, 5.

Darius III, non ortus e stirpe regia, a Bagoa eunucho ad regnum evectus, post 12 annorum regnum ab Alexandro evertitur, 626, 34. Ad Issum vincitur, 577. 6. Cf. Gaugamela. Frater Oxyathræ, 466, 43.

Dascylitis Mysiæ lacus, ἡ Δασκυλῖτις λίμνη, 492, 39 et 41. Vocatur etiam Aphnitis, 502, 18. Ex eo oritur Odrysses fl., 471, 52. Dascylitidis partem Cyziceni, partem Byzantii habent, 493, 30.

Dascylium, Δασκύλιον, Mysiæ urbs ad Dascylitin lacum, 492, 43. In ejus regionem Penthilus Æolicam coloniam deduxit, 498, 26.

Dasmenda, Δασμένδα, Chammanenes in Cappadocia castellum, 463, 1. Aliunde non notum. In tabula composui cum ruinis castelli, quæ sunt in *Kagaros* monte prope *Achmed* locum.

Dassaretii, Δασσαρήτιοι, Illyrica gens, etiam Sesarethii vocantur; inter Autariatas et Dardanios et Ardiæos habitant, 262, 31; 264, 37; 271, 23.

Dastarcum, Δάσταρκον, Cataoniæ castellum, 460, 14, ad Carmalam fl., *ib.*

Dastira, Δάστειρα, locus Acilisenæ vel prope eam situs, ad quem Mithridates, Pompeium fugiens, montem occupavit, 475, 50. Situs incertus.

Dateni. V. Datum.

Datis, Δάτις, Persa ad Marathonem a Miltiade victus, 342, 37.

Datum, Δάτον, ad Strymonicum sinum opp., navium fabricas, auri fodinas, solum feracissimum habens, ut proverbio dicatur Δάτον ἀγαθῶν, 280, 2 et 50. Datenorum urbs Neapolis, 280, 47.

Daulis, Δαυλὶς Homero, Δαυλία postea, Phocidis opp., a daulis, i. e. locis silvosis, dictum; ibi Tereus regnavit; eodem nonnulli referunt de Procne et Philomela fabulam, 363, 11; 266, 50; 357, 35.

Daulius, Crisæ tyrannus, sec. Ephorum Metaponti conditor, 220, 25.

Daunia, Δαυνία, Italiæ, 232, 7; 202, 3; 234, 50. Dauniorum et Peucetiorum regio nunc Apuliæ nomine comprehendi solet, 235, 32. Daunii, quos Apulos vocant, 201, 52. Daunii, Peucetii et Apuli eodem sermone utuntur, 237, 6. Daunii a Peucetiis boream versus habitant, 235, 29. Apud Daunios Elpiæ a Rhodiis Coisque conditæ, 558, 49. Dauniæ collis Drium, 236, 11. Dauniorum de Diomede fabulæ, 179, 6; 236, 30.

Daus, Δάος; nomen quod Dacis servis Attici dare solebant.

Dazimonitis, Δαζιμωνῖτις, Pontica regio, quam Iris perfluit, 469, 12.

Decæneus, Δεκαίνεος, Getarum sacerdos, cujus opera Bœrebistas rex, ut in obedientia gentem contineret, usus est, 252, 31; 247, 50; 649, 8.

Decelea, Δεκέλεια, una ex duodecim Atticæ civitatibus, quas Cecrops constituit, 341, 28; belli arx in bello Decelico, 340, 41.

Decietæ, Δακιῆται, Ligures, 168, 28.

Degmenus, Δέγμενος, Epeus, contra Pyræchmum Ætolum singulari certamine pugnat, 307, 17.

Deianira, Δηιάνειρα, Œnei f., Herculi datur victoriæ præmium, 393, 51. Eam violare tentavit Nessus, 387, 40. Deianiræ tunica excruciatus Hercules, pictura, 327, 34.

Deimachus, Δείμαχος, scriptor mendacissimus, 58, 40; ad Allitrochadem, Indiæ regem, legatus venit, 59, 1. Laudatur de Indiæ magnitudine, 588, 20. Indiæ latitudinem usque ad Bactrios et Sogdianam 30000 stadiorum esse dicit, 60, 34; 56, 22. Indiam inter æquinoctium autumnale et brumam sitam esse dicit inepte; perperam reprehendit Megasthenem; de erroribus Deimachi recte monuit Eratosthenes, 63, § 19; 64, 28.

Deioneus, Δηιονεύς, Cephali pater, 391, 46, et Pterelai, 388, 43.

Deiotarus I, Δηιόταρος, Galatiæ rex, quamnam regionem a Pompeio acceperit, 468, 35. Inter alia accepit Mithridatium castellum a Ponto avulsum, 485, 47. Regia ejus Blucium, gazophylacium Peium, 486, 7. Castorem in Gorbeo castello trucidavit, 486, 28. Toti Galatiæ imperans successorem habuit Amyntam, 485, 39.

Deiotarus, Philadelphus, Castoris f., ultimus Paphlagoniæ rex, Gangra regiam habuit, 481, 49.

Delphontes, Δηιφόντης, et Agræus Acten Peloponnesi regionem obtinuerunt, 334, 51.

Delium, Δήλιον (*Dhilissi*), in Bœotia Tanagræorum oppidulum, cum Apollinis templo; distantia ab Aulide; prœlium ibi commissum, 346, 15.

Delium in Laconica (*Kamilo*), Apollinis templum, 316, 29.

Dellius, Δέλλιος, Antonii familiaris, expeditionem Parthicam, in qua ipse partem exercitus duxit, scripsit, 449, 2. De situ Veræ urbis laudatur, *ib.*

Delphi, οἱ Δελφοί; situs loci, 359, 8. Delphi in media Græcia siti; immo ὀμφαλὸς γῆς esse creduntur. De ea re fabula; ὀμφαλὸς quidam in templo monstratur, 360, 13. Delphos Lacedæmonii a reliqua Phocide separarunt ac suam seorsum remp. habere jusserunt; confinia utriusque ditionis ad Anemoriam sunt, 363, 33. Delphicum templum e pennis constans, ναὸς πτέρινος, fabulis accensendum; secundum templum Agamedis et Trophoni;

Digitized by Google

opus esse dicitur; quod nunc est, Amphictyones condiderunt, 361, § 9. De Delphici oraculi origine Ephori narratio fabulosa, 362, 17. Templum Delphicum nunc neglectum, olim eximie floruit, 359, 41; 360, § 8. Locus oraculi qualis sit, 359, 46; Pythia vates unde dicta sit, 359, 50. Donaria bello Phocico sive sacro et jam antea sunt direpta, 360 sq., § 8; 156, 21. Delphicum oraculum Agamemnon consuluit, 358, 38. Delphos profectus Lycurgus, 414, 27. Oraculum Messeniis datum, qui Lacedæmonias virgines stupraverant, 214, 15. Delphos oraculi causa simul venerunt et Myscellus et Archias, Crotonis et Syracusarum conditores; data iis responsa, 224, 3. Oraculum Chalcidensibus Rhegii conditoribus datum, 214, 3. Oraculum Phalantho datum, 231, 48. Delphos dona miserunt et thesauros condiderunt Crœsus, Alyattes et nonnulli ex Italis Siculisque, 360, 50. Donaria Gygis, Crœsi, Sybaritarum, Spinetarum, 361, 8. Thesaurus Agyllæorum, 183, 37, et Spinetarum, 178, 17. Messem auream dedicarunt Metapontini, 219, 52. Delphico in luco Neoptolemi sepulcrum, 361, 31. Delphica certamina, Pythia dicta, initio nonnisi citharœdica, post Crisæum bellum etiam equestria et gymnica, et tibicinum et citharistarum; Pythius nomus, 361, § 10. Delphos invasit Brennus, 156, 1. Delphis raptum aurum Tolosam a Tectosagibus ablatum ibique a Romanis repertum esse nonnulli tradiderunt, 156, 5. Delphorum, qui Didymos montes in Thessalia tenebant, posteri Magnetes ad Mæandrum, 552, 50.

Delphinium, Δελφίνιον, sacer portus Bœotiæ; distantia ab Oropo et Eretria, 346, 10.

Delphinus piscis e mari in Nilum adscendit, 602, 17; 699, 46. Delphini in freto Siculo, 20, 2; in Gange, 612, 22.

Delta, Δέλτα, Ægypti regio, 25, 6, quam et Libyæ et Asiæ adscribere licet, 53, 23; describitur, 670, 27. Ambitus ejus 3000 fere stadiorum, 670, 49. Quot sint stadia a vertice ad Canobicum ostium et ad Pelusiacum, 683, 7 et 18. Oram maritimam habet 1330 stadiorum, quod non novit Onesicritus, 597, 41. Deltæ regionis adspectus tempore inundationis, 670, 51. Delta in decem præfecturas dividitur, 669, 47. Deltæ nomen transfertur etiam ad regionem fluviali tractui adjacentem, 670, 50. In Delta nascentes palmæ fructum esui aptum non ferunt, 695, 11.

Delta vocatur locus qui ad verticem Deltæ regionis est, itemque pagus ibidem situs, 670, 36.

Delta ab Onesicrito vocatur Patalene Indiæ insula, 597, 40.

Delus, Δῆλος, insula, olim Ortygia, 417, 38, quam a Neptuno accepit Latona, 321, 26. In Delo Cynthus mons et Inopus fl. et Apollinis et Latonæ fana; honos insulæ; de ea olim vaga fabulæ; solennis ibi conventus, 416, § 2. Deli fluvius Ἰνωπὸς e Nilo derivare fertur, 225, 42. Insula potiti Athenienses sacra et negotiationes diligenter procurabant; commercia ejus auxit eversa Corinthus; a Mithridatis ducibus vastatam occuparunt Romani; nunc Atheniensium est, 417, § 4. Delus manciplis divendendis emporium, 570, 48. In Delo mortuos sepelire vel cremare nefas; sepulcra Deliorum in Rhenea, 417, 36. Canem in ins. esse non licet, *ib.* Delii Apollinem οὔλιον colunt, 542, 41.

Demaratus, Δημάρατος, Corintho imperans, ob ortas seditiones in Etruriam fugit; ejus divitiæ; filius rex Romanorum creatus, 325, 15. Cum hominum turba Tarquinios venit et ex Tarquiniense muliere Lucumonem genuit; dives Etruriam exornavit, 183, 4.

Demetrias, Δημητριάς (*Goritsa*), Magnesiæ urbs, septem stadiis ab Iolco distat, 374, 39; inter Neliam et Pagasas sita; a Demetrio Poliorceta condita, qui vicina in eam oppida conduxit; diu fuit navale et regia Macedonum; situs opportunitas; etiam nunc urbs Magnesiæ præstantissima, 374, 39. Hanc et Corinthum et Chalcidem vincula Græciæ appellabant, 368, 10. Prope Demetriadem Anaurus fluit, 375, 3. Ab ea ad Peneum navigatio 1000 stadiorum et amplius, 380, 51.

Demetrias, urbs Assyriæ inter Arbela et bituminis fontes (qui sunt ad hod. *Kerkuk*) sita erat, 628, 97. Demetriadem ipsam *Kerkuk* esse censuit D'Anvillius. In tabula eam composui cum *Altin Kopru*, qui locus est in via qua Arbelis Babylonem itur. De ea enim via n. l. sermo est.

Demetrii speculæ, Δημητρίου σκοπιαί, in ora sinus Arabici Æthiopica, 656, 30.

Demetrium, Δημήτριον, sive Cereris templum ad Pyræum opp. Thessaliæ Phthiotidis, in Protesilai ditione, 374, 4 et 21.

Demetrius Phalereus, Theophrasti disc., a Cassandro Athenis præfectus, de ea civitate optime meritus est. De administratione sua in Commentariis dixit, 341, 47. Post mortem Cassandri fugere in Ægyptum coactus est; statuæque ejus eversæ, 341, 52. Ejus dictum de Atticæ metallis, 122, 1.

Demetrius Poliorcetes Demetriadem condidit, 374, 41. Sicyonem transtulit in locum a mari 12 vel 20 stadia distantem, 328, 42. Isthmum Peloponnesiacum discindere voluit, sed prohibetur ab architectis, 45, 37. Piratas Romanos Romam mittit, de latrocinandi more querens, 193, 34.

Demetrius II, pater Philippi regis, 310, 30.

Demetrius, Seleuci f., contra quem Attalus II auxiliatus est Alexandro Antiochi f., 533, 54.

Demetrius, Euthydemi f., Bactriæ rex late fines regni protulit, 443, 5.

Demetrius Ætolus Pleuronis veteris regionem vastavit, 387, 23.

Demetrius, Ratheni f., Amisenus, mathematicus, 469, 41.

Demetrius Callatianus historicus, terræ motus qui ab antiquis inde temporibus per Græciam totam acciderunt, enumeravit, 50, 21.

Demetrius, Laco cogn., Protarchi Epicurei disc., 561, 53.

Demetrius Pharius 261, 48; quid Philippo Demetrii filio suaserit, 310, 29.

Demetrius Scepsi natus, Cratetis et Aristarchi æqualis, ὁ τὸν Τρωικὸν διάκοσμον ἐξηγησάμενος γραμματικός, 521, 22; ἀνὴρ ἔμπειρος, τριάκοντα βίβλους συγγράψας στίχων ἐξήγησιν μικρῷ πλειόνων ἑξήκοντα, τοῦ καταλόγου τῶν Τρώων, 516, 35. Eodem fere tempore quo Romani primum in Asiam venerunt, puer Ilium novum quale viderit, 208, 22. Ab eo plurima mutuatus est Apollodorus, 291, 20, cui errorum quorundam auctor fuit, 37, 31. Demetrius contra Neanthem disputat, qui templa Idææ matris circa Cyzicum ab Argonautis condita dixerat. Jasonis ad Phasim expeditionem Homero ignotam fuisse contendit, errore manifesto, 37, 33. Mimnermo teste usus Æeten in oceano exteriore habitasse, eoque a Pelea Jasonem missum esse prodit, 39, 9. Multa terræ motuum exempla collegit, quæ ex eo repetit Strabo, 48, 34 sqq. Laudatur de duobus Scamandri fontibus, 48, 42. Selleentem fl. et Ephyram, ab Homero (Il. 2, 659), memorata, non ad Thesprotiam, sed ad Elidem referenda esse censet, 272, 48. Citatur de Xerxis fossa per Athonis isthmum ducta, 280, 17. Ἐν τοῖς περὶ τοῦ Τρωικοῦ διακόσμου a Byzantio ad Perinthum 600, totidemque stadia a Perintho ad Parium computat, 284, 28. Laudatur de Propontidis et Hellesponti mensuris, 284, 31; de Œchalia Arcadica, 291, 32; de solo Triphyliæ, 296, 16:

Digitized by Google

de Methana, 322, 18; de Ormenio Phœnicis patria, 276, 51; 377, 21. Quomodo ap. Homer. Il. 9, 447 scribendum censeat, 377, 7. Demetrius de Asteria insula, 392, 34; de Cabiris, deque Rheæ cultu a Creta alieno, 405, 36; de Calydnis ines., 420, 14; de Halizonibus sententias Callisthenis aliorumque congessit, 580, 17. Halizonos non putat esse Chalybes, 471, 13; sed habitasse Alizone, in ea regione ubi Hecatæus Alazones, Menecrates Alizonos memorat, ad Hellespontum sc., additque Palæphati testimonium qui Zeliam olim Alopen dictam esse refert, 471, 47. Improbat eos qui τοὺς Ἀμαζῶνας ad Pygela habitasse dixerunt, 472, 17. De Ilii regionis finibus, 510, 44. Hestiæam Alexandrinam, quæ de Homeri Iliade scripsit, de situ veteris Ilii laudat, 512, 45. Mendacii accusat Timæum, qui Periandrum lapidibus Iliacis Achilleum muniisse dixit, 513, § 39. De Rheso Troadis fl. 515, 51; de Palæscepsi, 516, 40; de Scepsi, 519, 41. De patria sua scribens, Alazoniam et Argyriam prope Scepsin et Æsepum ponit, quod non concinit cum iis quæ tradit Hecatæus, 472, 46. De fontibus Scamandri, Æsepi et Granici in Cotylo Idæ colle, 518, 16; De situ Antandri, 518, 43; de Asso et Gargaris, 522, 25. Eos probat qui Arimos in Mysia Catacecaumena ponunt, 535, 44. Quosnam a Callino Ἡσιονεῖς appellari putet, 535, 32.

Democles, Δημοκλῆς, vetus scriptor, a Demetrio Scepsio laudatur de terræ motu in Asia minore, 48, 45.

Democoon, Δημοκόων, Priami f., 501, 23.

Democritus, philosophus, geographiam attigit, 1, 1. Magnam Asiæ partem peragravit; non credit ea quæ de Sila fluvio traduntur, 599, 34. Τὴν ἀθαυμαστίαν ὑμνεῖ, 51, 1. Laudatur, 54, 35.

Demosthenes in asylo Calauriæ venenum hausit, 321, 45. Laudatur de matre Æschinis, 405, 3. Ejus de diruta Olyntho vox, 100, 6. Citatur, 382, 41; 363, 45.

Demus, Δῆμος, in Ithaca, 249, 1.

Deorum portus, Θεῶν λιμήν (*Mers el-Kebir*), in ora Massæsyliæ, 703, 22.

Derbe, Δέρβη, Lycaoniæ opp. Isauriæ et Cappadociæ vicinum, quod Antipater prædo et postea Amyntas tenuit, 458, 29; 487, 24. Situs incertus. Cum Kieperto locum retuli ad ruinas, quæ sunt in Tauri latere ad lacum *Ak-Goel*. Aliis Derbe sunt ruinæ ad *Karadchdag* et *Karabunar* locum.

Derbices, Δέρβικες, Hyrcanorum vicini ad latus orientale maris Caspii, 440, 41. Inter Derbices et Hyrcanos habitare ferunt Tapyros, 441, 59. Mos Derbicum, 445, 52.

Derceto, Δερκετώ; sic Ctesias Atargatin vocat, 667, 42.

Derdæ, Δέρδαι, Indiæ gens montana, apud quos formicæ aurum effodientes, 601, 23.

Derris, Toronici sinus prom. (*Cap Drepano*), Δέρρις 279, 16, et 34. Adjacet Cophus portus, 279, 25.

Derris portus in ora Libyca, 679, 18, unde dictus sit, *ib.*

Derthon, Δέρθων, vg. Dortona (*Tortone*), Italiæ urbs, 180, 44, in media via quæ est a Genua ad Placentiam, 180, 54. Derthonem ducit via Æmilia, 181, 13.

Dertossa, Δερτωσσα (*Tortosa*), Hispaniæ opp. ad Iberum, 132, 16; 133, 15.

Deucalion, filius Pandoræ, 381, 16; maritus Pyrrhæ, 381, 13. Hellenis p. Phthiotidi imperavit, 371, 3, 329, 5; meridionalem Thessaliæ partem obtinuit, 381, 15. Cyni habitavit; sepulcrum ejus Athenis, 365, 12.

Deucalion, Δευκαλίων, insula prope Pyrrham Phthiotidis prom., 374, 24.

Deudorix, Δευδόριξ, Bætorigis f., Sugamber, in Germanici triumpho ductus, 242, 32.

Deuriopus, ἡ Δευρίοπος, (Pæoniæ) regio, 271, 24. Deuriopum urbes ad Erigonem fl., Bryanium, Alalcomenæ, Stymbara, 272, 7. E Deuriopibus fluvii in Erigonem deferuntur, 272, 3.

Dia, Δία (*Standia*), insula maris Cretici, e regione Heraclei Cnossiorum, 70 a Creta stadia distans, 416, 10.

Dia, Δία (*Tiran*), ins. sinus Arabici, 661, 23.

Diæ, Δίας, i. e. Hebes, templum Phliunte et Sicyone, 328, 37.

Diacopene, Διακοπηνή, Ponti regio, 480, 46.

Diagesbenses, Διαγησβεῖς, Sardiniæ gens montana, prius Iolaenses, Ἰολαεῖς, dicti, ab Iolao huc deducti, 187, 21.

Dialecti græcæ quattuor, 286, § 2.

Diana unde Ἄρτεμις dicta sit, 542, 46. Dianæ et Apollinis Actæi oraculum in Adrasteæ campo, 503, 18. Dianæ Ætolicæ lucus ap. Venetos; de eoque fabula, 179, 16. Dianæ Ἀλφείονίας ἡ Ἀλφειούσης ad ostium Alphei lucus, templum in eoque picturæ, 295, 16. Dianæ Amarynthiæ fanum, 384, 47. Dianæ Aricinæ templum, lucus, lacus; cultus a Dianæ τῆς ταυροπόλου cultu derivatur, 199, 43. Dianæ τῆς Ἀστυρηνῆς lucus et templum ad Astyra, in Mysia, 519, 12; 524, 41. Brauroniæ fanum in Attica, 342, 34. Τῆς Κινδυάδος fanum in Caria Bargyliis vicinum, quod putant circumplui, 561, 50. Diana Coloene, cujus templum ad Coloen paludem, 535, 21. Diana ἡ Δαφνία, in Elide 295, 20. Elaphia, ἡ Ἐλαφία, in Elide, 295, 20. Dianæ templum Ephesium ejusque fata, 547, § 22; Dianæ Ephesiæ templum ad Panormum portum prope Ephesum, 546, 25. Dianæ Ephesiæ ap. Massilienses templum, 148, 49. Ejus cultum in Hispaniam Massilienses transtulerunt, 149, 31. Ephesiæ fanum in insula, quam Rhodani ostia formant, 152, 41, et ad Hieroscopium Hispaniæ, 132, 3; in Emporio et Rhodope Hispaniæ opp., 132, 42. Dianæ Ephesiæ statua, ad figuram ejus Dianæ quæ est Massiliæ, expressa, in Aventino monte Romæ, 150, 4. Dianæ Ἡλείας fanum ad Alorium (in Triphylia), 300, 50. Dianæ τῆς Λευκοφρυήνης templum Magnesiæ ad Mæandrum urbis, 553, 5. Dianæ ἐν λίμναις templum in Messeniæ et Laconiæ confiniis, 310, 41. Limnææ Dianæ templum Lacedæmone, 310, 47. Munychiæ templum Pygelis, 546, 20. Τῆς Περασίας fanum Castabalis in Cappadocia, 460, 45. Pergææ templum, 569, 44. Sarpedoniæ templum et oraculum in Cilicia, 577, 10. Diana Tauropolus, 199, 44. Ejus templum in Icaria, 546, 2. Ejus oraculum in Icaro ins. sinus Persici, 652, 11. Ejus cultus ab Oreste Comana allatus, 459, 18. Ejus fanum Halis Araphænidibus Atticæ, 342, 35. Dianæ fanum in Artemisio pr. Rhodiæ perææ, 556, 22. Ejus templum apud Elymæos, τὰ Ἄζαρα, spoliavit Mithridates Parthus, 634, 13. Dianæ et Apollinis templum in Daphne Syriæ vico, 639, 8. Insula Dianæ sacra in ora Ioniæ inter Colophonem et Lebedum, 549, 32. Dianæ et Apollini sacra Borsippa Babyloniæ, 629, § 7. Diana a grypho subvecta, Aregontis pictura, 295, 26.

Dianium, Διάνιον (*Denia*), Dianæ Ephesiæ templum, in prom. prope Hemeroscopium in Hispania, 132, 2.

Dianium, s. Artemisium, quod Nemus (*Nemi*) vocatur, ad Ariciam in dextro viæ Appiæ latere, 199, 43.

Dicæa, Δίκαια, Thraciæ opp. et portus prope Bistonin lacum, 281, 53; 282, 22.

Dicæarchia, Δικαιαρχία (*Puteoli*), Campaniæ urbs, 21, 35; 82, 13; 205, 20, olim Cumæorum navale; postea Romanorum colonia eo missa, et urbs Puteoli dicta, 204, 35. Dicæarchia emporium maximum; navium ibi stationes arte factæ; arenæ ibi natura, 204, 45. Imminet urbi Vulcani forum, 204, 52. Dicæarchiam adeunt Turdetaniæ naves, 120, 10. Commercia cum Alexandria intercedentia, 674, 17. A Dicæarchia ad Teanum Apulum distantia, 237, 18.

Dicæarchus, (Messenius) philosophus et geographus,

Digitized by Google

p. 1. Contra eum disputat Polybius, 85, 43. Quæ Dicæarchus de occiduis et septentrionalibus Europæ distantiis habet, ea esse λαοδογματικὰς ἀπορήσεις Polybius dicit, 86, 23. Dicæarchus Pytheæ fidem non habuit, 86, 23. Columnas ad fretum ponit, 141, 39. A Peloponneso ad Columnas stadia numerat 10000; inde usque ad intimum Adriatici sinus recessum plus quam 10000 stadia. A Peloponneso ad fretum Siculum 3000 stadia, adeo ut reliqua sint a freto Siculo ad Columnas stadia 7000, 86, 34. At ista 7000 milia neque maritimæ oræ mensuræ, neque lineæ per medium pelagus ductæ respondere, demonstrare studet Polybius, 86, 40. Rectam lineam duplo majorem esse e suo ipsius computo colligit, 87, 9. Res vero ista habet ut et Polybius et Dicæarchus erraverint, 87, 19.

Dicte, Δίκτη, Cretæ mons, 405, 51; 411, 18; quænam de eo Callimachus commentus sit, 411, 25. Dictæi Jovis fanum Prasi, 411, 18.

Dicte, Δίκτη, in Scepsia regione locus, 405, 51.

Dictynna, i. q. Britomartis, q. v. Ejus fanum apud Polyrrhenios, 411, 39.

Dictynnæum, Δικτύνναιον, templum in Tityro Cydoniæ monte, 411, 31. Inde ad Melum ins. 700 stadia, 416, 23.

Dictys, Δίκτυς, in Seripho cistam extraxit, in quam Danaen et Perseum Acrisius incluserat, 418, 30.

Dido, Διδώ, Carthaginem condidit, 706, 43.

Didymæi Apollinis templum prope Miletum, 542, 9 et 15. 691, 36. 444, 7. 361, 36. V. Branchidæ, V. Apollo.

Didyma, Διδύμη, Gadium insulæ urbs quæ ex vetere et nova conflata, 140, 37.

Didyme, Διδύμη, una ex Liparæis inss., a forma nomen habet, 229, 54. 230, 28.

Didymi montes, τὰ Δίδυμα ὄρη, Δίδυμοι ἱεροὶ κολωνοί, Thessaliæ ad Dotium campum sec. Hesiodum, 380, 10.

Diegylis, Διήγυλις, Cænorum in Thracia rex, quem debellavit Attalus II, 534, 3.

Dies longissima quot sit horarum æquinoctialium apud Meroen et Ptolemaidem Troglodyticam (13 h.), 110, 5; Syenæ et Berenicæ (13 1/2), 110, 13; quadringentis stadiis ab Alexandria meridiem versus (14 h.), 110, 33; Ptolemaide Phœnices, Sidone, Tyro (14 1/4), 110, 49; horarum 14 ½ in Peloponneso, Rhodo, Xanthi in Lydia, 111, 2. Quindecim horarum apud Alexandriam Troadis, Amphipolin, Apolloniam in Epiro, in locis inter Romam et Neapolin mediis, 111, 7. Byzantii 15 ¼ horarum 111, 20; in locis 1400 stadia hinc boream versus sitis 15 ½ hor., 111, 29; locis hinc 3800 stad. sitis 16 hor., circa Borysthenem et Mæotidis austrinas partes, 111, 37; denique 17 horarum apud eos qui a Byzantio 6000 stadiis distant, 112, 4.

Dii. De iis Æthiopicarum gentium nonnullarum opiniones, 698, 20. Reges pro diis apud Æthiopes coluntur, 697, 36. De diis nihil sentiunt Callaici Hispaniæ, 136, 21. Apud Lusitanos diis consecrantur dextræ manus captivorum amputatæ, 128, 22. Deum quemdam anonymum quomodo colant Celtiberi, 136, 22. Dei nomen summo sacerdoti apud Getas inditur, 247, 37.

Διπεττεῖς fluvii ap. Homerum, 30, 23.

Dindymene, Δινδυμήνη, Rhea, 404, 7, 402, 45; dea unde dicta sit, 486, 20. Ejus templum Magnesiæ ad Mæandrum, 553, 1; in Mysia fanum, ad quod Hermus oritur, 535, 12; in Dindymo Cyzici monte, 493, 1.

Dindymus mons, Δίνδυμον ὄρος, Cyzici insulæ, cum deorum matris Dindymenæ fano, 492, 54.

Dindymus mons Pessinunti imminet, 486, 20; ab eo Dindymene dea dicta, 486, 20.

Dinocrates (Chirocrates codd. Strab.) Dianæ templum Ephesium et Alexandriam ædificavit; Athonem montem quomodo efformare Alexandro voluerit, 547, 30.

Dio, Δίων, in Dionysium bellum movens, quosvis contra quosvis excitavit. Eo tempore Bruttii a Lucanis defecerunt, 212, 27. Dio Academicus, princeps legationis, Romæ necatus 677, 7.

Diocharis porta, Διοχάρους πῦλαι, Athenarum, 341, 16.

Diodorus, prætor Adramyttenorum, in Mithridatis gratiam senatum civium suorum occidit; pœnas dedit, 525, 4.

Diodorus dialecticus, Apollonii Croni discipulus, et ipse Cronus cognominatus, 711, 18.

Diodorus, Sardibus natus, cognomento Zonas, orator; 536, 44.

Diodorus, alter Sardensis, Strabonis amicus, historiarum et poematum scriptor, 536, 49.

Diodorus, Tarsensis, grammaticus, 576, 7.

Diodotus, Διόδοτος, sive Trypho, Casianis natus, Apameæ educatus et regi commendatus, regnum Syrorum affectare aggressus est; socios habuit in oppidis vicinis; diu restitit, 640, 43. Syriam a regibus abalienans belli arce usus est Coracesio; ab Antiocho Demetrii f. in castello quodam obsidione pressus manum sibi intulit, 570, 32. Ejus tempore Arsaces defecit, 442, 10. Diodotus Berytum diruit, 643, 29.

Diodotus, Boethi Sidonii philosophi frater, 645, 6.

Diodotus artifex; ejus opus statua Nemesis Rhamnusiæ, 340, 37.

Diogenes, stoicus philosophus, Babylonius e Seleucia urbe, 633, 28.

Diogenes, Cynicus Sinopensis, 468, 12; eum audivit Onesicritus, 609, 45.

Diogenes, Tarsensis philosophus, versus de quocumque argumento ex tempore fundere valebat, 576, 3.

Diomedeæ insulæ, Διομήδειοι νῆσοι (*Iles de Tremiti*), in sinu Adriatico, 102, 25. 179, 5; ante Garganum pr., 236, 20; ad Apuliæ oram, 235, 50. Ibi Diomedem e medio sublatum esse ferunt. De avibus insularum fabulæ, *ib.*

Diomedes, Διομήδης, post Epigonorum bellum cum Alcmæone Œnei inimicos ultus Ætoliam obtinuit; postea, evocante Agamemnone, contra Trojam profectus est, 396, 47; 270, 48. Ætolos vicit, 363, 27. Ejus peregrinatio, 124, 27. Eum ad mare Adriaticum ditionem tenuisse testantur insulæ Diomedeæ et quæ de Dauniis et Argo Hippio feruntur, 179, 4. Diomedeæ dominationis multa in Apulia monumenta monstrantur, 235, 48. In Apulia alveum ad mare perducere instituit, sed non perfecit opus, 236, 25. Canusium et Argos Hippium condidit, 235, 45. Diomedis fanum Timavum, 178, 48. Honores apud Venetos heroi decreti, 179, 14. Diomedes sec. alios domum reversus moritur, sec. alios in Daunia moritur, vel in insulis, vel apud Venetos, 236, 28

Diomedes, Bistonum Thracum rex, 281, 51; 282, 20. Herculis contra eum expeditio, 282, 4. Diomedis regia, Καρτερὰ κώμη, 282, 8.

Dione, Διώνη, Jovi juncta in Dodona, 273, 31.

Dionysides, Διονυσίδης, poeta tragicus, eorum qui in Pleiade numerantur optimus, 576, 9.

Dionysius (Chalcidensis), ὁ τὰς Κτίσεις συγγράψας, Thracium Bosporum olim Mysium dictum esse prodit, 484, 45.

Dionysius dialecticus e Bithynia oriundus, 485, 4.

Dionysius, Heracleæ tyrannus, uxorem habuit Amastrin, 466, 42.

Dionysius, Heracleonis f., tyrannus, Bambycam, Beroeam et Heracleam in Seleucide Syriæ tenuit, 639, 31.

Dionysius historicus, Halicarnassensis, 560, 35.

Dionysius Pergamenus, cognomento Atticus, Apollodori

Digitized by Google

Pergameni discipulus; sophista, et historicus, orationum scriptor, 534, 33.

Dionysius senior Syracusarum tyrannus cur Rhegium solo æquaverit, 215, 12. E Venetia pullos accessivit, ut equos ad certamina aptos educaret, 176, 45. In Corsicam navigans spoliavit Lucinæ fanum, quod est in Caretanorum navali, 188, 13. Scylletium Locrensibus dedit, 217, 17. Bellum adversus Lucanos gerens isthmum qui est inter Scylleticum et Hipponiatem sinum muro intercludere voluit; quod opus interventus eorum qui extra isthmum degebant, irritum fecit, 217, 20. Dionysii tyrannidem fugientes Syracusani Anconam condiderunt, 200, 49.

Dionysius junior, Syracusarum tyrannus, Rhegii urbis partem instauravit et Phœbiam vocavit, 215, 15; Syracusis expulsus scelestissime vexavit Locrenses; quomodo pœnas dederit, 215, 45; filius ejus Apollocrates, 216, 2; in Dionysium Dio bellum movit, 212, 27.

Dionysius Thrax, Alexandrinus grammaticus, Rhodius vocabatur, 559, 47.

Dionysocles, Διονυσοκλῆς, Trallianus, orator, 554, 26.

Dionysodorus, Διονυσόδωρος, mathematicus Amisenus, 469, 42.

Diophanes, Διοφάνης, rhetor Mytilenæus, 528, 10.

Diophantus, Διόφαντος, Mithridatis Eupatoris dux, Palacum, Sciluri filium, ejusque socios Roxolanos magna clade afficit, 254, 45. Eupatorium in Chersoneso Taurica condidit, 259, 10, aggereque junxit cum Chersoneso urbe, *ib.*

Dioscuri, Διόσκουροι, Aphidnam expugnant, 340, 35. Lan urbem diruerunt, unde Λαπέρσαι dicti sunt, 313, 1. Eorum aurigæ Rhecas et Amphistratus, 425, 25. Eorum aræ ad Sagram fl., 217, 1.

Dioscurias, Διοσκουριάς (*Iskuriah*), in Ponti recessu maxime orientali (Cf. Pontus), 40, 7; 103, 72 et 30; 104, 29; 426, 54. Ad Dioscuriadem Chares fl., 428, 14. Dioscurias ab ostio Ponti 8600 stadia; a Phaside orientem versus 600 stadia; ab urbe ad Caspium montem quinque dierum iter, sec. Eratosthenem, 75, 54. Ad hanc urbem initium est isthmi inter Pontum Euxinum et Caspium mare interjecti, 427, 9. Dioscurias commune Caucasiarum gentium emporium; convenire eo gentes 70 vel etiam 300, diversilingues omnes, perhibent, 427, 11, salis maxime causa, 434, 6. Post Dioscuriadem Colchis est, 426, 27.

Diospolis, Διὸς πόλις (*Lydda*), in Delta regione non longe a Mendete, 681, 38. (Urbs ab uno Strabone memoratur.)

Diospolis parva (*How* sive *Hou*), Ægypti urbs a meridie Abydi, 691, 50.

Diospolis nunc vocatur Thebarum urbs Ægyptia, 684, 20. V. Thebæ.

Diospolis a Pompeio vocata est quæ antea vocabatur Cabira urbs in Ponto, 477, 10.

Diotimus, Διότιμος, Strombichi f., dux legationis Atheniensium, e Cilicia adverso fluvio Cydno in Choaspen fluv. ac 40 dierum itinere Susa venisse perhibetur a Damaste, 39, 38.

Diotrephes, Διοτρέφης, ex Antiochia ad Mæandrum oriundus, sophista; 539, 6. Eum Antiochiæ audivit Hybreas Mylasensis rhetor, *ibid. et p.* 563, 7.

Diphilus, Δίφιλος, poeta comicus, Sinopensis, 468, 13.

Dira, Δειρή (*Ras Bir*), Æthiopiæ pr. et urbs ad fauces sinus Arabici; habitant ibi ichthyophagi, 654, 34. 657, 47. Sesostris ibi columna est, 654, 36. Superjacet elephantum venatio, 658, 30. Objacet in Arabia Acila promontorium. Accolunt Diram homines κολοβοὶ τὰς βαλάνους, 655, 6. Fauces sinus Arabici ibi sunt 60 stadiorum, 654, 43.

Dirce, Δίρκη, fons ad Thebas, 351, 21; 333, 10. Alia Dirce est Pharis in Arcadia, 333, 10.

Ditiones, Διτίωνες, Pannonum gens, 261, 9.

Dium, Δῖον (*Agia*), Euboeæ urbs, 383, 13. Ejus colonia Canæ in Æolide, *ib.*

Dium, Δῖον (ad *Malathria*), Macedoniæ opp. in Olympi radicibus, 7 ab ora stadiis; vicinus ei Pimplea vicus, 276, 40, et Libethra, 276, 52.

Dium, Δῖον, Athonis urbs, 279, 41; 280, 32.

Dius e Melanippe genuit Bœotum, 220, 22.

Dius, Hesiodi pater, Cuma in Bœotiam migravit, 532, 25.

Divinatio ex inspectis extis (non exsectis), et venis laterum; ex lapsu immolatorum hominum, 128, 16. Divinatio Etrusca, 691, 10.

Doberus. Τὰ περὶ τὸν Δόβηρον sunt ad sinistram, si quis juxta Strymonem versus ejus angustias ascendat, 281, 12.

Docimia, Δοκιμία (*Eski Karahissar*), pagus Phrygiæ, prope Synnada, ubi lapicidinæ; λίθος Δοκιμίτης vel Δοκιμαῖος, a Romanis vulgo Συνναδικὸς dictus, 494, 23; 375, 35.

Dodone, Δωδώνη, Perrhæbicum opp. Thessaliæ, 379, 5; 378, 51; unde in Epirum oraculum translatum Suidas dicit, 273, 31.

Dodona, oraculum apud Molossos, 269, 18. Tragicis et Pindaro est Thesprotica, postea sub Molossis fuit. Situs est locus sub Tamaro sive Tmaro monte; quare Jovis interpretes Tomuros dicti, 273, 3. Oraculum e Scotussæ Thessaliæ Pelasgiotidis in Epirum translatum esse Suidas hariolatur, 273, 31. Dodonæum templum et oraculum a Pelasgis conditum, 345, 21; 272, 25; Dodonæus Juppiter ab Homero Pelasgicus vocatur, 184, 14. Accolæ ejus Helli vel Selli, de quibus regio Hellopia dicta; nominis hujus origo a paludibus (ἕλεσι) repetendum videtur; Selleis quoque fluv. Homero memoratus ibi quærendus est, ut Apollodorus censet, non item Demetrius, 272, 35. Dodonæum oraculum Bœotis datum. Bœotorum in antistitem facinus; de eo judicium; ex quo Bœoti quotannis tripodem clandestino Dodonam mittunt, 345, 17. Nunc oraculum fere defecit, ut reliqua Epiri, 272, 23. Dodonæi Jovis interpretes τόμουροι, 273, 10 et 16; postea tres anus fatidicæ; in Jovis societatem recepta Dione, 273, 30; 345, 30. Non verbis sed signis oracula edebantur, 273, 44. Dodonææ columbæ tres, 273, 45; 282, 50. Dodonæa quercus, 272, 50. De origine proverbii τὸ ἐν Δωδώνῃ χαλκεῖον, 274, 11. Oraculum Alexandro Molosso datum, 213, 1.

Dœdalsus, Δοιδαλσός, Astacum restauravit, 482, 30.

Dolabella, Δολαβέλλας, Trebonium Smyrnæ interfecit, 552, 2. In Seleuciam urbem fugit, ibique a Cassio obsessus est, 640, 18.

Dolia in Gallia Cisalpina ingentia, 181, 36. In doliis ligneis vinum Aquileia auferunt gentes Illyricæ, 178, 38.

Doliche, i. q. Dulichium, q. v.

Doliones, Δολίονες, 578, 35; circa Cyzicum, 483, 13, ab Æsepo usque ad Rhyndacum et Dacylitidem paludem, 492, 38. Δολιονίς regio penes Cyzicenos est, 493, 32; sita in via qua Miletopolin itur, 581, 11.

Dolomene, ἡ Δολομηνή, Assyriæ regio, 627, 6. Situs incertus.

Dolopes, Δόλοπες, 371, 43; 23, 58. Apud Homerum Dolopia est extrema Phthiæ pars, et cum Phthiotis Peleo regi subjecta, 372, 54. Dolopibus imperavit Phœnix, dante nimirum Peleo, 373, 3. Phœnicis classis ap. Homerum cum Achillea classe conjungitur; quare Dolopicæ cohortis nusquam meminit poeta, 370, 1. Dolopes supra Amphilochos degunt, 386, 33; ad meridiem Pindi, 373, 15. Confinis est Tricca Thessaliæ, 376, 3.

Digitized by Google

Ad Dolopes migrarunt Perrhæbi, 378, 10. Dolopia et Hestiæotis vocantur Thessalia superior, 374, 52; 371, 27.
Domanitis, Δομανίτις, Paphlagoniæ regio, 481, 13.
Domitius Ænobarbus contra Arvernos et Bituitum prœlium committit quo loco Sulgas in Rhodanum influit, 159, 8; ad Vindalum in Gallia Narbon., 154, 5. Menodorum Trallianum necavit, 554, 24.
Domneclius, Δομνέκλειος, Galatarum tetrarcha, pater Adiatorigis, 465, 11.
Domus Gallorum, 168, 54; Susiorum, 622, 41; Babyloniorum, 629, 19; domus e sale structæ in Arabia ad sinum Persicum, 652, 16.
Donni et Cottii terra, ἡ τοῦ Ἰδεόννου (Δώννου) λεγομένη καὶ τοῦ Κοττίου, in Alpium latere Italico [*Donnus rex, pater Cottii præfecti* in inscriptione arcus, quem Segusiæ (*Susa*) Augusto Cottius dedicavit.]
Doracta, Δωράκτα (fuerit Ἀώρακτα; aliis est Ὠάρακτα); hod. *Kichm*; insula sinus Persici, cui Mazenas præfuit, 652, 53.
Dorcades in Mauritania, 702, 2.
Dorica dialectus, ἡ Δωρίς, initio eadem cum Æolica, 286, 14. Dorice loqui videntur omnes Peloponnesi præter Eleos et Arcades, quod Dorienses potentia prævaluerunt; quamquam plurimi mixto potius ex dorica et æolica dialecto sermone utuntur, 286, 45.
Doricha, Δωρίχα, meretrix, Charaxi amica, cujus unam esse ex pyramidibus Memphiticis Sappho ait, 686, 46.
Dorienses circa Parnassum habitantes, a Doro nomen habent, 329, 10; numero pauci; solum asperrimum colentes; eo quod aliis non permiscerentur, lingua et moribus ab Æolicæ gentis institutis desciverunt, 286, 15. Secundum Andronem e Doride Thessaliæ in Cretam et regionem et Parnassum sitam profecti sunt, 408, 38. Doriensium ad Œtam tetrapolis (Erineus, Pindus, Bœum, Cytinium) ceterorum Doriensium quasi metropolis est, 366. 48. Andro nonnisi tria Doriensium oppida recenset, ab iisque Δωριεῖς τριχάϊκες ap. Homerum dici ait, 408, 41. Ibi rex fuit Ægimius, cui hæres successit filius adoptivus Hyllus, 367, 2. Hercules Dryopes e Doride ejecit, 321, 13. Tetrapolis urbes Phocico bello et ab Ætolis et Athamanibus adeo attritæ, ut vix vestigium supersit, 367, 13; 358, 4. Doriensium loca quædam occuparunt Ænianes, 380, 14. Doriensium migratio, 51, 10. Ab Heraclidis in Peloponnesum reducuntur, 286, 30. Doriensium Peloponneso potitorum historia, 313, § 4 sqq. Megara et multas in Peloponneso urbes condunt, 286, 31. Dorienses Megarorum conditores partim ibi manserunt, partim in Cretam cum Althæmene Argivo, partim in Rhodum et Asiam abierunt, 557, 41; 412, 9. Dorienses, quorum major pars Megarenses erant, in Sicilia Megara condiderunt, 222, 35. Quidam, relictis Megarorum conditoribus, e Sicilia se contulerunt in Zephyrium Italiæ pr., unde una cum Archia migrarunt Syracusas, 224, 19. Dorienses Æginam incolis frequentarunt, 326, 6.
Doris, Δωρίς, olim appellabatur ea Thessaliæ pars, quam postea Perrhæbi occuparunt et Hestiæotidem vocarunt, 375, 47. Inde Dorienses in Cretam abiisse Andro prodit, 408, 38.
Doriscus, Δορίσκος, Thraciæ oppidum, ad quod Xerxes copias recensuit, 282, 34.
Dorium, Δώριον (Messeniæ opp.), in Nestoris ditione situm ap. Homer., 300, 9. Alii montem, alii campum intelligunt; nihil hodie monstratur; nonnulli Olmidem in Aulone Messeniæ sitam Dorium Hom. esse putant, 300, 52; 291, 28. Situs incertus.
Dortona. V. Derthon.
Dorus, Δῶρος, Hellenis f., iis qui circa Parnassum habitabant, in civitatem compositis, a se nomen Doriensium reliquit, 329, 9; pater Archelai, ex Agamemnonis stirpe, 498, 30.
Dorylæum, Δορύλαιον (*Eski-cher*), Phrygiæ Epicteti opp., 493, 44.
Dorylaus, Δορύλαος, frater Philetæri, Mithridatis Euergetæ amicus, rei bellicæ peritus, peregrinos milites conducendi causa crebro versabatur in Thracia, Græcia, Creta. Orto inter Cnossios et Gortynios bello, dux a Cnossis creatur, et, feliciter re confecta, summis honoribus afficitur. Tum mortem M. Euergetæ compertus, Cnossii sedem fixit et Steropen duxit filiosque suscepit Stratarcham et Lagetam; Lagetæ neptis mater erat Strabonis, 410, § 10; 477, 28. Ejus ἀδελφιδοῦς sive Philetæri fratris filius fuit Dorylaus alter, 477, 28.
Dorylaus, filius Philetæri ejus, cui Dorylaus ὁ ταχτικὸς frater erat; una cum Mithridate Eupatore educatus, a quo regnum adepto honoribus cumulatur, 410, 30. A Mithridate Comanensi sacerdotio ornatus; deinde proditionis accusatus est, 477, 30.
Dos apud Cretenses, 414, 36; ap. Massilienses maxima centum aureorum, 150, 30.
Dosci, Δόσκοι, Mæotarum gens, 425, 2.
Dotius campus, Δώτιον πεδίον, Perrhæbiæ, Ossæ et Bœbeidi paludi finitimus; Δίδυμοι ibi colles sec. Hesiodum; e regione sita est Amyrus; campum diu tenuerunt Ænianes, tandem a Lapithis ejecti, 380, 5; 51, 11.
Drabescus, Δραβῆσκος (*Dravik*), ad Strymonicum sinum opp., 280, 1.
Drabus, Δράβος, Chersonesi Thracicæ oppidum, 283, 32, quod inter Cardiam et Alopeconnesum ponit auctor excerptorum. Hoc si recte habet, de situ ejus non constat. At probabile est Drabum eandem esse urbem quam Scylax Araplum vocat, et ab Alopeconneso versus meridiem collocat, adeo ut ruinas, quæ prope promontorium ibi exstant (41°13′ lat.), referre ad eam liceat.
Dracanum, Δράκανον, Icariæ ins. pr. et opp., 546, 3.
Draco. V. Pytho.
Draco, Δράκων, unus e sociis Ulyssis; ejus sacellum prope Laum urbem Italiæ; de eo datum Italis oraculum, 210, 32.
Dracontium, planta Mauritaniæ, 701, 53.
Drangæ, Δράγγαι, Arachotis et Gedrosiis ad occidentem adjacent, 616, 32. Ἡ Δραγγιανὴ ad Ariam pertinet; situs regionis, 442, 27. Drangæ persice vivunt; vini copia laborant; stannum apud eos nascitur, 616, 50. Urbs Drangianæ Prophthasia, ἡ ἐν Δράγγῃ Προφθασία, 441, 3; 616, 5. Per Drangas Craterus exercitum duxit, 614, 26. Apud eos Philotam Alexander interemit, 616, § 10.
Dravus, Δράβος (*Drau*), fluvius Savum excipit, et in Noarum influit, 260, 53.
Drepanum, Δρέπανον (ad *Murak Kham*), prom. Libyæ inter Tyndarios scopulos et Ænesippiam ins., 679. (Idem est promontorium quod in Stadiasmo vocatur Selinus, pro quo Σελήνη scrib. videtur.)
Drepanum, Icariæ ins. pr., 544, 34.
Drepanum, i. q. Rhium, Achaiæ pr., 288, 33.
Drilo, Δρίλων (*Drin*), Illyrici fluvius usque ad Dardanicam navigabilis, 262, 29.
Drium, Δρίον, Dauniæ collis, in quo Calchantis et Podalirii sacella, 100 stadiis e mari distans, 236, 11; fluvius memorabilis e colle profluens, *ib.*
Dromichætes, Δρομιχαίτης, Getarum rex, Lysimachum cepit et admonitum donisque ornatum dimisit, 250, 50; 253, 40.
Druentia, Δρουεντίας (*Durance*), Galliæ fl., 148, 37; in Medullorum montibus oritur, 169, 42. Druentiæ trajec-

Digitized by Google

tus ad Caballionem urbem; quousque a Massilia sunt 500 stadia, 153, 45. Ad Druentiam usque a meridie pertinent Salyes; a borea autem sunt Cavari, Vocontii, alii, 153, 46. Druentia (debebat: Duria major) obviam fit in via qua Ocelo Ticinum itur, 180, 47.

Druidæ, Δρυΐδαι, Gallorum, 164, 20 et 52.

Drusus Germanicus Bructeros in Amasia fl. prœlio navali vicit, 241, 14. Cum Tiberio fratre Noricos debellavit, 172, 10; obiit inter Rhenum et Salam; gentes plurimas subegit; Brychanin insulam obsidione cepit, 242, 1.

Drusus Tiberii patris exemplum imitatus est, 239, 53.

Drymas, Δρύμας, nomen barbarum, 276, 6.

Drymus, Δρυμός (Querquetum), locus Eubœæ, 382, 51.

Drynemetum, Δρυνέμετον, Galatiæ locus, quo tetrarcharum concilium conveniebat, 485, 35.

Dryopes, Δρύοπες, barbari in Peloponneso, 266, 46; in Asine et Hermione. Eo venerunt a Spercheo sub Dryope Arcade, sive e Doride ab Hercule ejecti, 321, 9. Dryopes Peloponnesi coloni Dryopum Œtææ regionis, 372, 42. Dryopes Abydi regionem occuparunt, 501, 48.

Dryopis, ἡ Δρυοπίς, in Œtæa regione olim fuit tetrapolis, Dryopum in Peloponneso mater, 372, 46. Dryopicus mons Typhressus, 372, 15.

Dryops, Δρύοψ, Arcas a Spercheo Dryopes in Asines et Hermiones regionem transduxit, 321, 10.

Dubis, Δοῦβις (*Doubs*), Galliæ fl., ex Alpibus oriens in Ararem influit, 154, 56; 157, 3; 159, 43. Cum Ligeri confunditur, 159, 41; 160, 2.

Dulcis portus. V. Glycys.

Dulichium, Δουλίχιον, una ex Echinadibus ins., 288, 8; 292, 51; 389, 9; nunc Δολίχη vocatur, sita juxta Œniadas et Acheloum; ab Araxo p. 100 st. distans, 393, 35. Dulichium et reliquias Echinades Homerus sub Megete esse, incolasque eorum Epeos ex Elide profectos dicit, 392, 3. Nonnulli, ut Hellanicus, Dulichium ins. eamdem cum Cephallenia opinati sunt, 391, 43; 392, 1. Pherecydes Dulichium ab Homero vocari Pales Cephalleniæ urbem consuit, 392, 14. Dulichium Cephalleniæ subjectum fuisse Andron statuit, 392, 9.

Dunax, Δοῦναξ, mons (Thraciæ; *Donuca* ap. Liv. 40, 58), a Polybio cum altissimis Thraciæ montibus, Hæmo et Rhodope, componitur, 173, 53.

Duorum corvorum portus, Δύο κοράκων λιμήν, in Galliæ ora occidua esse ab Artemidoro perhibetur, qui fabulosa quædam de eo refert, 165, 26. Nisi Corbilo intelligenda est, cogitari licet de portu *Nantes* urbis. « Il est très-possible que ce prétendu *port des deux corbeaux* soit le port même de Nantes, et que les deux rives de la Loire qui le terminent par leurs pointes recourbées en forme de becs (κόρακες), aient donné lieu à la fable des deux corbeaux. » *Coray* ad Strab. vers. gall.

Duras, Δούρας, torrens ex Alpibus supra Vindelicos sitis in Istrum influens, 172, 38 (hod. *Traun* vel *Wurm*, Urusa in Tab. Peut.)

Duria (minor), Δουρίας (*Doria Riparia*), in Alpibus Medullorum oritur et per Salassorum regionem in Padum exit, 169, 43. Prope eum est Ocelum oppidum; juxta viam fluit qua Ticino Ocelum itur, 180, 45. Accolæ fluvium in multos rivulos sciderunt metallorum eluendorum causa, 170, 48.

Duria major nominari debebat pro Druentia, 180, 47.

Duricortora, Δουρικορτόρα (*Reims*), Remorum caput, 162, 4.

Duris historicus de Rhagis Mediæ laudatur, 50, 13.

Durius Δούριος (*Duero*), præter Numantiam aliasque Celtiberorum et Vaccæorum habitationes et per Lusitaniam fluit, ad 800 stadia scaphis navigabilis, 127, 10; 126, 26. Adjacent Numantia et Serguntia, 134, 38. Regio quæ trans Durium est, nunc a Lusitania separata est et Callaica vocatur, 138, 33. Durii accolæ Laconicæ vitæ ratione utuntur, 128, 13.

Dyestæ, Δυέσται, gens Illyrica circa Damastii argentifodinas, 271, 21.

Dymas, Δύμας, Asii pater, 505, 40.

Dyme, Δύμη (ruinæ ad vicum *Karanostasi*), Achaiæ civitas, 292, 37; 331, 25; ex 8 pagis conflata, 389, 34; Achaiæ urbium ἡ δυσμικωτάτη, indeque nomen nacta; portu caret; antea Stratus vocabatur; Lariso fl. ab Elide regio Dymæa separatur, 332, 45. Dymæ propinquus Achelous fluvius, 294, 13; 386, 40. Ab Araxo prom. urbs 60 stadia distat, 290, 12. Dyme, Ἐπειὶς καὶ Ἀχαιίς sec. Hecatæum, 293, 11; Epeis olim subdita postea in Achæorum potestatem venisse videtur, 293, 23. Homerus urbem non novit, 293, 19. Καυκωνὶς vocatur apud Antimachum ob Caucones accolas, 332, 50; 297, 1; 294, 1 et 29. Inter Dymen et Tritæam est Caucon fl., 294, 1. Dymæorum mons Scollis, 293, 36. Dyme una ex quattuor Achaiæ urbibus quæ primæ in fœdus coiere, 330, 2. Dymen translata est Olenus, 331, 9; Dymæi Oleni nunc desertæ agrum possident, 333, 13. Dymen missæ sunt reliquiæ piratarum, quos Pompejus debellaverat, 343, 3; 567, 48. Nunc Dyme coloniam Romanam habet, 567, 48.

Dyras, Δύρας, fl. in sinum Maliacum exiens, quem conatum ferunt Herculis rogum extinguere, 367, 48.

Dyris, Δύρις, a barbaris Atlas mons vocatur, 701, 2. (Ni fallor, etiam p. 27, 27 pro δύσεως restituendum est Δύρεως.)

Dyrrhachium. V. Epidamnus.

Dyspontium, Δυσπόντιον, una ex octo Pisatidis oppidis ad viam qua Elide Olympiam itur; urbs deserta; incolæ Epidamnum et Apolloniam abiere, 306, 42. [Dyspontium componi solet cum hodierno *Pyrgo*, quæ quidem sententia certioribus argumentis nititur nullis. Fortasse ad hod. *Skaphidi* referendum esse conjicit Curtius.]

Dyteutus, Δύτευτος, Adiatorigis f., suam ob virtutem ab Augusto pontifex Comanorum constitutus est, 478, 29; 476, 40.

E.

Ebenus in India, 599, 15; in Meroe ins., 698, 3.

Ebrodunus, Ἐβρόδουνος (*Embrun*), vicus Galliæ Narbon. Distantiæ a Caballione et Ocelo, 148, 39.

Ebur apud Æthiopes maris Rubri accolas, 32, 35. E Taprobane in Indorum emporia importatur, 60, 25.

Ebura, Ἐβοῦρα (*S. Lucar de Barrameda*), urbs Iberiæ ad Bætim fl., 116, 31.

Eburones, Ἐβούρωνες, Galliæ populus, ab occasu Nerviorum, 161, 39; in silva Arduenna, 161, 44.

Ebusus, Ἔβυσος (*Iviça*), major ex duabus Pityussis ins. ad Hispaniam, 400 stad. ambitu, cum urbe cognomine, 139, 7 et 32; 123, 28; 101, 38.

Ecbatana, Ἐκβάτανα (*Hamadan*), Mediæ regia, 448, 18; Parthicorum regum sedes æstiva, 448, 18; 633, 23. (Hibernum domicilium regibus Persicis, Macedonibus et Parthicis, 449, § 4.) Ecbatana Persarum thesauros comportasse Alexander fertur, 622, 26. Via ex Armenia Ecbatana ferens, 455, 38. Non memorat urbem Homerus, 626, 15. Cossæi montes supra Ecbatana, 450, 11; 632, 2. In ea urbe occisus est Parmenio, 616, 14.

Echeæ, Ἐχειαί, (Laconiæ locus) a Telecle Nedontis incolis frequentatæ, 309, 31. Situs loci incertus.

Echedorus, Ἐχέδωρος (*Galliko*), fl. Macedoniæ, 277, 28.

Echinades, Ἐχινάδες, 103, 33; 394, 45, insulæ olim in alto sitæ; nunc autem limus ab Acheloo aggestus nonnullas earum vel continenti junxit, 393, 42. Ab Homero Θοαὶ

Digitized by Google

vocantur et Ὀξεῖαι, 393, 33; 301, 34. Earum fuit etiam Dulichium, 393, 33, et Artemita, 49, 41. Imperavit in iis Meges, 392, 3; 394, 20.

Echinus, Ἐχῖνος (*Akhino*), Phthiotidis opp., ad sinum Maliacum, 372, 31; 373, 37; 389, 16. Magna ejus pars terræ motu diruta, 50, 28; 372, 31.

Ecregma, Ἔκρηγμα, locus quo olim erupit Sirbonis lacus, 646, 49.

Edessa, Ἔδεσσα, Syriæ urbs, 4 schœnis ab Euphrate distans, eadem cum Bambyce vel Hierapoli, 636, 48. Vide notata ad v. Bambyce.

Edessa (*Vodhena*), in via Egnatia, urbs Macedoniæ, 268, 31. Prope eam Eubœenses Eubœam urbem condiderunt, 386, 7.

Edetani, Ἐδητανοί (Ἠδητανοί Ptol., *Sedetani* Liv., Σηδητανία Appian. Ipse Strabo etiam Sidetanos vocat), Hispaniæ gens, oram incolunt quæ est a Carthagine Nova ad Iberum fluvium; nonnulli etiam ultra Iberum fl. sunt, 129, 47. Edetani (*Sidetani codd.*) a Celtiberis meridiem versus montem Orospedam et loca circa Sucronem tenent usque ad Carthaginem, 135, 39. Edetanorum (*Dittanorum codd.*) pars in Orospeda monte, Celtiberis finitima, 134, 39.

Edoni, Ἠδωνοί, Macedoniæ gens, 275, 30; in regione ultra Strymonem maritima, partim e Macedonia huc transgressi, 280, 52; Edonorum partes sunt Mygdones, Sithones, Odones, 275, 32. Rex Edonorum Rhesus, 280, 52.

Eetion, Ἠετίων, Andromachæ pater, in Thebe Hypoplacia Cilicibus imperavit, 500, 34; 529, 29; 523, 3.

Egelastæ, Ἐγελάσται (Egelasta, Plin.), Hispaniæ opp. in via militari situm, 333, 22. (Est hod. *Yniesta*, ibi enim sal reperitur qualem Egelastæ reperiri Plinius 31, 39 dicit.

Egeria, Ἠγερία, fons et dea in Latio, 199, 53.

Egertius, Ἐγέρτιος, Chium colonis frequentavit, 541, 14.

Egesta Siciliæ opp. V. Ægesta.

Egnatia, Ἐγνατία (ruinæ prope *torre d'Agnazzo*), Iapygiæ urbs in via Brundusio Beneventum ducente, 234, 51; inter Brundusium et Barium sita. Hucusque Peucetiorum regio pertinet, 235, 22.

Egnatia via ab Apollonia ducit usque ad Cypsela et Hebrum fl. per 535 millia, 268, 15. Prima ejus pars dicitur via ad Candaviam; in eaque parte viæ ex Dyrrhachio et Apollonia ductæ coeunt. Ducit per Lychnidum, Pylonem, juxta Barnuntem, montem per Heracleam, Lyncestas, Eordos, Edessam, Pellam, Thessaloniceam; quousque sunt 267 m., 268, 26. Cf. 271, 26. Ad eam est Lychnitis lacus, 271, 48. Egnatia via ab austro terminat Macedoniam; a Dyrrhachio urbe versus Thessaloniceam tendit, 275, 19; 276, 1; 277, 30.

Egra, Ἐγρά (*Iambo* vel vicinus ei locus), vicus Arabiæ maritimus, qui sub Oboda erat; hinc Ælius Gallus Myoshormum trajecit undecim dierum itinere, 665, 35.

Eiones, Ἠιόνες, Argolidis pagus, dein incolis vacuum Mycenæorum navale, nunc ne navale quidem est, 320, 32; 321, 17. Prope hodiernam *Kandia* locus fuisse videtur. V. Curtius *Pelop.* tom. 2, p. 467.

Ela fons. V. Velia.

Elæa, Ἐλαία (prope *Kilisseh-Koi*), Æolidis urbs, a Grynio distat 70 stadia, 531, 54 (40 stadia, 531, 43, perperam); a Caico fluvio 12 stadia; a Pergamo, cujus est navale, 120 stadia, 525, 42; 531, 54. A quibusnam condita sit, 532, 1.

Elæa (?) portus sinus Arabici, 656, 8 et 30. [Intellige portum in *Dhalac* insula, quæ etiam in Plinii codd. quibusdam *Elæa* dicitur, dum alii rectius præbent *Aliæu*. Eadem cum vicinis insulis Ἀλιλαίου insulæ vocantur in Periplo mar. Erythr. Cf. Geogr. min. tom. I, p. LXX, not. 26. Apud Strabonem pro Ἐλαία λιμήν fuerit Ἐλαία νῆσος καὶ λιμήν.]

Elæussa, Ἐλαιοῦσσα (ad hod. *Ajach*), insula Ciliciæ Asperæ, quam colonis bene excoluit Archelaus, 460, 54; 458, 30; 572, 44.

Elaiticus sinus, Ἐλαϊτικὸς vel Ἐλαΐτης κόλπος, pars Adramytteni sinus, 525, 47; 519, 1; inter Hydram et Hamartuntem pr.; ejus latitudo, 531, 45. In eum Caicus exit, 525, 40; 519, 21; 497, 26.

Elaitis regio, Ἐλαῖτις, ad latus septentrionale Ægæ montis, 526, 3; per eam Caicus in mare exit, 489, 45. Elaitidis torrens Ceteus, 526, 39.

Elaphia Diana, Ἐλαφία Ἄρτεμις, in Elide, 295, 20.

Elara, Ἔλαρα, mater Tityi; de ea dicta Elaria spelunca (Ἐλάριον σπήλαιον) Eubœæ, 363, 25.

Elatea, Ἐλάτεια (*Lefta*), Phocidis urbs maxima et opportunissima, in faucibus sita, ut qui ea potiatur, aditus in Phocidem ac Bœotiam in potestate sua habeat, 358, 46; 349, 51. Urbs Homeri ætate recentior, 363, 41; situs ejus commodus, 363, 45; urbs a Philippo capta, 363, 47; muri pars terræ motu eversa, 50, 42. Cf. etiam 363, 50; 365, 31.

Elatria, Ἐλάτρια, Cassiopeeorum opp., 269, 50.

Elea Italiæ. V. Velia.

Elea, Elis, ἡ Ἠλεία, Peloponnesi regio; ejus situs, 288, 4; 289, § 1. Ei imperasse Œnomaum et Salmoneum falso nonnulli tradunt, 306, 2. Quomodo eam distribuerit Homerus, 292 § 8. Olim in plures ditiones divisa, postmodo in duas, Epeorum sc. et quæ erat Nestori subjecta; illa Elis Homero, hæc Pylus vocatur, 289, § 1. Elis Cava in Navium Catalogo discernitur ab Nestoris ditione, 289, 51. Quamquam nonnulli Pylum, Cavæ Eleæ urbem, patriam esse Nestoris demonstrare student, 292, 3. Elei olim Epei dicti sunt, 292, 40. Elei ab Epeis diversi sunt sec. Hecatæum, 293, 8. Eleorum gens est una e tribus gentibus quæ Triphylios constituebant, 289, 46. Ex Elea ejectus a Salmoneo Ætolus cum Epeis in Ætoliam abiit, 307, 3; 398, 9; 362, 53. In Eleam ex Ætolia cum Ætolorum exercitu rediit decima post Ætolum generatione Oxylus, 398, 15; 334, 48; 307, 12. Devictis ab Ætolis Epeis, Eleam Jovi sacram esse inter Heraclidas convenit, 307, 28. Itaque seorsum Elei in pace diu vixerunt; Æolici generis erant; exercitum receperunt qui sub reditu Heraclidarum cum Oxylo venerat; dialectum Æolicam servarunt, 286, 37. Belli tempore Trojani non floruerunt, attriti a Pyliis et Hercule, qui regem eorum Augeam evertit; nonnisi 40 naves contra Trojam miserunt, 304, 42. Aucta eorum potentia est sub tempus reditus, advenientibus Oxylo duce Ætolis, qui Epeis erant cognati; tum Pisatidem cum eaque Olympiam sui juris fecerunt, primique instituere certamen Olympicum, 304, 47. Sed post Ol. 26 Pisatæ regionem suam recuperarunt, ipsique certamen Olymp. procurarunt. Mox tamen et Pisatis et ludorum administratio ad Eleos rediit. Finito bello Messeniaco secundo, in quo a Lacedæmoniorum partibus Elei steterant, Spartani totam Pisatidem et Triphyliam Eleis tribuerunt, Eleamque vocarunt, 305, 26. Eleis vim infert Phido, 307, 48. Lacedæmoniorum auxilio Phidonem evertunt et Pisatidem et Triphyliam obtinent, 307, 54. — Eleæ totius, quæ nunc dicitur, paraplus 1200 stadiorum, 308, 6. In Elide Opuntii nonnulli habitarunt, 365, 17; et Caucones, 297, 1. Eleæ fluvium Selleentem significat Homerus, 272, 49. Selinus, Eleæ fl., 332, 29; Scollis mons, 293, 36.

Eleaci, Ἠλειακοί, philosophi, Phædonis Elei successores, inter quos Pyrrhon, 337, 49.

Digitized by Google

Electrides, Ἠλεκτρίδες νῆσοι, insulæ ante Padum sitæ et meleagridibus plenæ, mera sunt commenta, 179, 11.
Electrum, quid? 121, 26. Electrum sive lyngurium apud Ligures, 168, 46.
Elees fluvius. V. Velia.
Eleon, Ἐλεών, ap. Homerum memoratus locus, quem Crates putat oppidulum esse in Parnasso, negante Demetrio, 377, 16.
Elephanti in Taprobane, 589, 8. Eorum in India venatio, 600, § 42; historia eorum naturalis, 600, § 43; elephanti in pompis Indorum, 611, 35. Quingentos Seleucus Nicator in Apamea urbe alebat, 640, 31; elephanti in Meroe ins., 698, 3. Venatio ad Saba portum, 656, 9; ad Ptolemaidem, 655, 51; 654, 30; ad Corai castellum, 656, 43; ἐλεφάντων κυνήγιον τὸ πρὸς τῷ φρέατι καλούμενον, 657, 3. Venationes plures inter Eumenis portum et Diren, 657, 50; 658, 31. Venatio Pythangeli, 658, 28; Lichæ, 658, 35; in Cinnamomifera, 109, 53; elephantes in Mauritania, 702, 2; apud Æthiopes Hesperios, 702, 21; venandi rationes apud elephantophagos Æthiopiæ, 657, 5; de elephantis Libycis Gabinii narratio fabulosa, 704, 1. Cum elephantis pugnant rhinocerotes, 659, 34. Elephanti proboscide ac dentibus puteos effodiunt, 658, 37.
Elephantina, Ἐλεφαντίνη, insula Nili, dimidio stadio a Syene distans, in qua Cnuphidis templum et Nilometrium, 693, 51; 667, 27; 682, 52. Supra eam parvus Catarrhactes, 694, 29. Ea potiuntur Æthiopes, 696, 17.
Ἐλεφαντοφάγοι Æthiopiæ; eorum vitæ ratio, 657, 4.
Elephas, Ἐλέφας (ad *Ras Filluk*), mons regionis cinnamomiferæ, 659, 4.
Elephas, Ἐλέφας, mons Mauritaniæ, ad quem est minima freti Columnarum latitudo, 702, 35.
Eleus, ὁ Ἐλεοῦς (*Palæocastro*), Chersonesi Thracicæ opp., ubi Protesilæum; e regione est Sigeum prom., 283, 35 et 50; 509, 51, ubi pro Ἐλεοῦς dicitur Ἐλεοῦσσα. Eleunte usque ad locum ubi Xerxes pontem fecit, 170 stadia sunt, 284, 4.
Eleus, ὁ Ἐλεοῦς, 559, 51 (aut insula in antecc. Eleussa dicta, aut objacens ei continentis locus in Peræa Rhodiorum).
Eleusis, Ἐλευσίς (*Lepsina*), una ex duodecim Atticæ civitatibus, quas Cecrops constituit, 341, 29; pagus Atticæ; templum ibi Cereris et ὁ μυστικὸς σηκός, Ictini opus, 339, 22. Eleusine a Cerere receptus est Cychrides serpens, 338, 20. Ad Eleusinem usque et campum Thriasium pertinuit Nisi ditio sec. Andronem, 337, 14. Eleusinius sinus idem qui Saronicus sinus, 326, 45.
Eleusis, olim Bœotiæ urbs, Copaidis inundatione deleta, 349, 33.
Eleusis Ægypti, non longe ab Alexandria et Nicopoli, fossæ Canobicæ imposita, locus amœnus et protervitatis plenus, ad quem Canobicæ fossæ jungitur canalis Schediam ducens, 680, 10.
Eleussa Ἐλεοῦσσα (*Alessa*), Cariæ insula ante Phœnicem montem sita, a Rhodo 120 stadia, a continente 4 stadia distans, 8 stadiorum ambitu, 556, 18 et 46. Eadem fortasse Ἐλεοῦς vocatur, 559, 51.
Eleussa, insula (*Karabagh* sive *H. Georgios*) ad Æolidis oram, e regione Atarnei loci non longe a Pitane distantis, 525, 33.
Eleussa, insula ad Astypalæam, Atticæ pr., 342, 20.
Eleussa, i. q. Eleus, Chersonesi Thracicæ urbs, 509, 51.
Eleutheræ, Ἐλευθεραί, ab aliis Atticæ, ab aliis Bœotiæ adscribuntur, 353, 48; urbs Œnoæ vicina, 323, 2. Sita fuerit prope *Kundura*.
Eleutheria, τὰ Ἐλευθέρια, ludi Platæenses, 353, 53. Eleutherius Juppiter, *ib.*
Eleutherolacones, Ἐλευθερολάκωνες, qui et quales? 314, 19.
Eleutherus, Ἐλεύθερος, Syriæ fl., quem quidam faciunt Seleucidis terminum versus Phœniciam et Cœlesyriam, 641, 37. Propinqua ei Orthosia, *ib.* et 642, 31. [Hodie fluvius vocatur *Nahr el-Kebir*. De nominis græci ratione vid. Ritter tom. 17, p. 58. Cf. id. ib. p. 820.]
Elimia, Ἐλίμεια, Epiri vel Macedoniæ regio, 271, 25.
Elimiotæ, Ἐλιμιῶται, Epirotica gens, Macedoniæ accensentur, 373, 11.
Elis regio. V. Elea.
Elis, Ἦλις (*Kalascopi* et *Palæopoli*), urbs in regione quæ Cava Elis, Κοίλη Ἦλις vocabatur, post bellum Persicum [ex octo] pagis conflata, quibus postea pagus Agriadum additus est, 289, § 2. Elis ἡ Διὸς γείτων sec. Euripid., 315, 11; per eam Peneus fluvius juxta gymnasium fluit, 289, 37. Ab ea ad Ephyram 120 stadia, 290, 35; ad Myrtuntium 70 stadia, 293, 30; ad Lampeam montem 130 stadia, 293, 38. In urbem assumptum est Hypana opp. 296, 10. In foro urbis Oxyli statua, 398, 24. Eleus Phædo Socraticus, 337, 49.
Elison s. Elisa, Ἐλίσων ἢ Ἔλισα, amnis in confinio Elidis et Pisatidis, 290, 26.
Elixus, Ἔλιξος, Cei ins. fluvius ad Coressiam, 418, 9.
Ellopia, Ἐλλοπία, Eubœæ nomen, ab Ellope inditum, 382, 32.
Ellopia, Eubœæ oppidum in Orea regione ditionis Histiæensis, ab Ellope conditum, 382, 33. Ellopiense-Oritas belle petierunt, 383, 3. Ellopiæ incolæ, Ἐλλοπιεῖς, in Histiæam urbem commigrarunt a Philistida tyranno coacti, 382, 39.
Ellops, Ἔλλοψ, Ionis filius, sec. alios Æcli et Cothi frater, a quo Eubœa Ellopia dicta, et Ellopia oppidum conditum, 382, 33.
Elone, Ἠλώνη (*Selos?*), Thessaliæ Perrhæbicæ opp., in Polypœtæ ditione apud Homerum, 377, 40; postea mutato nomine Limone dicta; nunc diruta; sita fuit sub Olympo, 378, 43.
Elpiæ, Ἐλπίαι, in Dauniis a Rhodiis et Cois conditæ, 558, 49. (Eadem est urbs quæ Salapia dicitur.)
Elui, Ἔλουοί (f. Ἐλουιοί), Helvii aliorum, gens Aquitaniæ adscripta, cujus regio a Rhodano initium sumit, 158, 27 (*les habitants du Vivarais.*)
Elymæi, Ἐλυμαῖοι, quorum regio ἡ Ἐλυμαΐς sive ἡ Ἐλυμαία, in Assyriorum terra, 627, 4; Persis et Susiis et Babyloniis contigui, 449, 43; 633, 42; 629, 50. Eorum montana supra Babyloniam, 447, 50. Latrociniis dediti ab oriente et septentrione Apolloniatidi et Susidi imminent, 623, 21; ab Uxiis bello petuntur, 623, 25. Elymææ regio Massabatica ad Zagrum, 449, 54. Elymæi in regionis parte fertili agrum colunt, in montanis milites sunt, maximam partem sagittarii, 633, 53. Persis, Syriæ regibus, Parthis obtemperare recusarunt; Antiochum Magnum Beli templum spoliare conatum interfecerunt, 634, 3. Invasit eos Parthorum rex (Mithridates I), et templum Minervæ ac Dianæ, quod Azara dicitur, spoliavit; capta etiam Seleucia sive Soloce ad Hedyphontem, 634, 10. Tres sunt in Elymaidem commodi ingressus, e Media, Suside et Perside, 634, 16; Corbiana, Gabiana et Massabatica, Elymæorum provinciæ; finitimi sunt Sagapeni et Silaceni, 634, 20. Elymæi contra Babylonios et Susios bellum gesserunt, auxilio usi Cossæorum, 633, 44; 449, 39.
Elymus in Themiscyra, 469, 25.
Elymus cum Ænea in Sicilliam venit, 520, 14.
Elysium campum, τὸ Ἠλύσιον πεδίον, Homerus finxit ex iis quæ de beatis ultimæ Hispaniæ locis acceperat, 124, 32; 2, 22.

Digitized by Google

Emathia, Ἠμαθία, apud Homerum memoratur, 22, 29. Fuit priscum Macedoniæ nomen; in hac regione fuit etiam Emathia oppidum maritimum; tenuere regionem Epirotæ, Illyrii, Bottiæi Cretenses et Pieres Thraces, 275, 21.

Emathia, Emathiæ urbs maritima, 275, 23.

Ἠμαθόεις Πύλος apud Homerum ab Amatho fluvio dici videtur, 298, 18. Cf. v. Pylus.

Emisenorum, Ἐμισηνῶν, phylarchi Sampsiceramus ejusque filius Iamblichus, 641, 8.

Emodus mons, τὸ Ἠμωδὸν ὄρος, τὰ Ἠμωδὰ ὄρη, in India Tauri pars, 587, 34; 438, 21. Supra Pori regionem, 595, 28. Inde Ganges oritur, 612, 17. Prægrandes in his montibus serpentes capiuntur, 595, 25.

Empedocles, Ἐμπεδοκλῆς, laudatur, 312, 38. Quæ de morte ejus narrantur, fortassis non sunt inter fabulas relegandа, 228, 1; 229, 28.

Emporicus sinus, ὁ Ἐμπορικὸς κόλπος, sinus Mauritaniæ a Lixo versus meridiem situs, in quo Phœnicum loca, 701, 10. In eo est æstuarium et antrum et ante id ara Herculis in loco humili sita, quam nunquam aquarum fluxu tegi perhibent, 701, 29.

Emporium, Ἐμπόριον, Mediæ navale, 213, 26.

Emporium (*Ampurias*), Hispaniæ urbs, Massiliensium colonia; situs ejus et portus, 132, 37. Olim Emporienses in insula adjacente (*I. de las Mejas*) habitarunt, quæ nunc Vetus urbs, Παλαιὰ πόλις, vocatur, 132, 45. Incolæ e Græcis et Indigetis barbaris mixti. Murus urbem in duas partes dividit, 132, 47. In propinquo est fluvius (*Clodianus* apud Melam vocatur), cujus ostio pro portu utuntur. Incolæ linificium exercent, 133, 1. In mediterraneis superjacet Juncarius campus, 133, 5. Emporium habet fanum Dianæ Ephesiæ, 132, 42.

Encheleæ, Ἐγχελέαι, in Illyria a Cadmi et Harmoniæ posteris regebantur, in earumque regione monstrantur quæ fabulæ de iis produnt, 271, 27.

Endera, Ἐνδέρα (*Enderta* regio), Gymnetarum habitatio in Æthiopia, 656, 32.

Endymion, Ἐνδυμίων, pater Ætoli, 398, 10. Ejus sepulcrum ad Latmum, 543, 22.

Enea, Ἐνέα, Troadis pagus Scepsi et Æsepo vicinus, 472, 48.

Eneti, Ἐνετοί. V. Heneti.

Eniconiæ, Ἐνικονίαι, Corsicæ opp., 187, 8. De situ nihil constat.

Enipeus, Ἐνιπεύς (*Fersalisi*), Thessaliæ fl., 370, 49; ab Othrye Pharsalum præterlabens in Apidanum, hic vero in Peneum influit, 371, 4. Cf. Apidanus.

Enipeus, Pisatidis fl., e Salmone fonte ortus, in Alpheum exit; nunc vocatur Barnichius, 306, 24. Enipeum amavit Tyro, *ib.* (Is fluvius esse videtur qui hodie *Lestenitza* dicitur; vid. Curtius *Pelop.* 2, p. 72.)

Enispe, Ἐνίσπη, Arcadiæ oppidum ab Homero memoratum, 333, 46.

Enna, Ἔννα (*Castro Giovanni*), Siciliæ urbs mediterranea; ejus situs; ibi Eunus obsessus; templum ibi Veneris, 227, 1 et 25.

Ennii poetæ patria Rudiæ, 234, 11.

Enope, Ἐνόπη, Messeniæ urbs, 303, 26, ab Homero memorata, quam alii putant esse Pellana, alii locum quendam Cardamylæ vicinum, alii Gereniam, 309, 34.

Ἐνωτοκοῖται, Aurincubi, Indiæ gens fabulosa, 58, 45; 605, 34.

Enydra, Ἔνυδρα, Syriæ in Seleucide locus prope oram mar., 641, 33. Sec. Strabonem locus inter Carnum *Tartus*) et Marathum situs erat. Maundrel (*Travels* p. 19) 20 fere stadiis a *Tartus* meridiem versus, paullo infra Aradum insulam, non longe ab ora maritima in campo viridi fontem optimum reperit, quem vocant *fontem serpentum*. G. Robinsonus eundem dicit *Ain el-hye* (*Ain el-hayeh*), atque Enydram Strabonis esse censet probabiliter. Ritterus quidem (tom. 17, p. 855) hanc sententiam improbat, quia Strabo Enydram collocet boream versus a Maratho, quippe quem locum cum Antarado seriorum scriptorum componi vult. At falsa est hæc de Marathi situ opinio. Ipse Ritterus paullo post p. 859 Robinsoni sententiam probabilem esse dicit, at perperam ibi Enydram ait ap. Strabonem poni a Maratho meridiem versus.]

Enyûs, Ἐνυοῦς, templum Comanis, 459, 5.

Eordi, Ἔορδοι, Epirotis accensentur, 271, 24. Per eos transit via Egnatia, 268, 31.

Epacria, Ἐπακρία (*Pikermi*), una ex 12 civitatibus, quas Cecrops in Attica constituit, 341, 28.

Epaphus, Ἔπαφος, Itis f., ubi natus sit, 382, 6.

Epaminondas, Ἐπαμεινώνδας, ad Leuctra et Mantineam vicit occubuitque; 333, 36; 355, 42. Eo mortuo Thebani imperium amiserunt, 344, 27.

Epei, Ἐπειοί, una ex tribus gentibus quæ Triphylios constituebant, 289, 44. Epei olim Eleis celebriores, quanquam postea Epei dicti sunt Elei, 292, 40. Epeorum et Pisatarum rex Salmoneus sec. Ephorum, 307, 3. Epeorum rex Augeas, avus Megetis, qui in Echinadibus regnavit, 394, 23; 290, 50. Epei Herculi contra Augeam et Elidem auxiliati, ideoque ab Eleis diversi sunt, sec. Hecatæum. Epeorum et Achæorum urbs Dyme sec. eundem, 293, 8. Fieri potest, ut Epei aliquando ab Eleis diversi, postea in unam cum his coiverint civitatem, et vel Dymen usque ditio eorum pertinuerit, 293, 16. Epei cum Ætolo ex Elide in Ætoliam migrarunt, unde Curetes expulerunt, 398, 13; 362, 54. Ex Elide profecti Echinades incolunt, 392, 4. Pyliis bellum inferunt, 302, 18. Eorum in Elide regio Homero Elis vocatur, *ib.* Eorum dux, Otus Cyllenius, ap. Hom., 290, 18; 392, 4. Epeorum Elidem tenentium contra Ætolos et Oxylum bellum. Degmeni Epei et Pyræchmæ Ætoli certamen singulare; vincente Ætolo, Epei Elide expelluntur, 307, 14.

Epeus, Ἐπειός, Phocensium dux, Lagariæ in Italia conditor, 219, 15. Ejus patria Panopeus, 363, 21.

Ephesium, Ἐφέσιον, Dianæ Ephesiæ ap. Massilienses templum, 148, 49.

Ephesus, Ἔφεσος (ruinæ prope *Agasaluk*), Ioniæ urbs, ab Amazone nomen habet, 471, 30. Regionem olim Cares et Leleges tenuerunt, 540, 19; 546, § 21. Urbs ab Androclo condita; Ionum regia; Androcli posteri reges appellabantur, 540, 26. Ephesus quondam Smyrnæ nomen gessit; Ephesiis auctoribus, Smyrna in Ionicum conventum recepta est, 541, 18. Urbis locus qui fuerit usque ad Crœsi tempora, deinde usque ad Alexandrum, denique inde a Lysimacho, qui urbem Arsinoen vocavit, quanquam mox vetus nomen rediit, 546, § 21. Urbis respublica, 547, 5. Distantia a Colophone, 549, 29; a Smyrna et Magnesia ad Mæandrum, 566, 9; 540, 11. Ephesi navalia et portus, 548, § 24; Lepre acte sive Prion mons, et Opistolepria, et Trachea ad latus Coressi montis, 541, 34. Dianæ templum Selinus præterfluit, 332, 28. Ejus templi historia, 547, § 22 sq.; sacerdotes ejus, 547, 41; asyli jus, 547, 46. Ephesia Diana Phocæensibus Massiliæ conditoribus ducem coloniæ dat Aristarchen, 149, 3. Ejus cultum in colonias suas transduxerunt Massilienses, 149, 31. Cf. Diana. Ephesiorum quidam Sisyrbitæ a Sisyrba Amazone vocabantur, 541, 29. Ephesi Athenæum, gymnasium, Hypelæus fons, 541, 39; locus Smyrna dictus, 541, 30 et 40. Prope urbem Ortygia lucus, 546, 27. Larisa pagus, 530, 35.

Digitized by Google

378, 29; mons Pactyes, 544, 6; Ephesium vinum, 544, 40. Via ab Epheso per Magnesiam, Tralles, Nysam, Antiochiam, Carura, deinde per urbes Phrygiæ et Lycaoniæ ad Mazaca Cappadociæ et hinc usque ad Euphratem et Tomisa pagum, 566, 14. Ephesii contra Magnetes bellum gesserunt, 553, 16; multum regionis Mæonibus sive Lydis abstulerunt, 530, 40. Neapolin dederunt Samiis, ab iisque acceperunt Marathesium, 546, 17. Ephesum Teo confugerunt Bacchici in Ionia artifices, 549, 39. Ephesii Aristonicum pugna navali ad Cumam vicerunt, 552, 10. Artemidori de Ephesiis merita; honor ei a civibus habitus, 548, § 26. Alii Ephesii sunt: Hermodorus, Heraclitus, Hipponax, Parrhasius, Apelles, Alexander Lychnus, 548, § 25.

Ephialtes. Ὁ Ἐφιάλτης μῦθός ἐστιν, 16, 1.

Ephori, οἱ ἔφοροι, Lacedæmoniorum cosmis Cretensium respondent, 413, 53.

Ephorus, Ἔφορος, ὁ τὴν ἱστορίαν συγγράψας καὶ τὰ περὶ τῶν εὑρεμάτων, Cumanus, 532, 32. Historiis suis terræ descriptionem inseruit, 285, 33. Polybio teste, omnium optime de origine urbium, cognationibus, migrationibus exposuit, 399, 20. Diligentiam ejus laudat Polybius, nec non Strabo, sæpissime se eo uti dicens, 362, 5. Interdum tamen fabulas pro historia venditat, ut in narratione de origine oraculi Delphici, 362, 9. De Ætolis quoque incongrua prodit, 362, 50. Ephorus quid in libro qui Περὶ Εὐρώπης inscribitur, exponat de terræ divisione quadripartita, 28, 15. Quænam de Æthiopum migratione a Tartessiis acceperit, 27, 24. Laudatur de Celticæ magnitudine, 165, 37. Celtas obesitatem corporum cavere dicit, 165, 42. Ejus de Pelasgis sententia, 183, 52; 184, 24 et 30; de Cimmeriis Campaniæ, 203, 51. Hellanicum ob missam Lycurgi mentionem increpat, 214, 23. Locros Opuntios condidisse in Italia Locros Epiz. falso tradit, 215, 35. De legibus Locrorum Epizephyriorum, 216, 10; de Crotone olim ab Iapygibus habitata, 218, 16; de Metaponti urbis origine, 220, 26. De Siciliæ ambitu, 221, 30; de primis Græcorum in Sicilia coloniis, 222, 24; de Tarenti origine, 232, 10; de Celtis, quorum major numerus aquis quam bellis pereat, absurda narrat, 243, 36. In libro IV Historiarum, qui Europa inscribitur, inter alia de Scytharum et Sauromatarum moribus dixit, 251, 6. Istro quinque ostia tribuit, 254, 4. Ephori de Argi Amphilochici origine narratio, 270, 46. Græciæ describendæ initium ab Acarnania sumit, 286, 50. Laudatur de Ætolo et Oxylo et Elidis historia antiquiore, 307, § 33; de Cresphonte Messeniam in 5 civitates dividente, 310, 16; de Laconica ab Heraclidis occupata et in sex partes divisa, deque Helotibus, 313, § 4; de Apolline et Neptuno Delum et Calauriam permutantibus, etc., 321, 28; de Phidone, 323, 11; de civitatum Peloponnesiacarum conditoribus, 334, 46; de Bœotiæ situ, 344, § 2. De Thracibus pactas cum Bœotis inducias violantibus; de Bœotorum in Dodonæam antistitem facinore, 345, § 4; de Naupacto, 366, 26; de Alyzia et Leucadis conditoribus, 388, 52; Acarnanes expeditioni Trojanæ interfuisse negat; narratio qua nititur hæc sententia, 396, § 25. De Acarnaniæ prisca historia quædam, 397, 18; de Ætolis, de quibus ei accidit ut nonnulla incongrua tradiderit, 398, § 3. In libro quarto de Minoe et Cretensium legibus, 409, 23 et 50; 412, § 16-22. Quomodo fiat ut Homerus in Iliade 100 urbes, in Odyssea 90 solummodo Cretæ insulæ tribuat, 412, § 15. De Lycurgo, 414, § 19; de Cytoro oppido, 466, 51; de Æolidis terminis, 498, 53; 513, 49. Salse notatur, 532, 36. De Mileti origine, 542, 24; de peninsulæ Asiæ minoris gentibus, 578, § 23 sq.

Ephyra, Ἔφυρα, quæ una cum Selleente ap. Homerum (2, 659) memoratur, in Thesprotia ab Apollodoro, in Elide a Demetrio quæritur, 272, 47.

Ephyra Thesprotica, postea Cichyrus, 269, 47; 290, 30; 291, 8. Ex ea posteri Antiphi et Phidippi in Thessaliam migrarunt, 380, 20.

Ephyra, Elidis urbs ad Selleentem fl., in via sita, qua Lasionem itur, 290, 30; ab Eli urbe 120 stadia distat, 290, 35; aut eadem est quæ Bœonos aut ei propinqua, 290, 33. (Sita fuerit prope hod. *Kunagli*, ut cum Curtio puto). Ex hac urbe, quam sæpius Homerus memorat, oriunda erat mater Tlepolemi (Astyochea), 290, 36.

Ephyra, vicus in Agræa Ætoliæ, cujus incolæ Ephyri, 291, 6.

Ephyra, pagus vicinus Selleenti, qui ad Sicyonem fluit, 291, 5.

Ephyra, vetus Corinthi nomen, 290, 31.

Ephyri, Ἔφυροι, apud Homerum, Crannoniorum nomen, 378, 50; in Perrhæbis, 291, 8; 290, 31; 276, 21.

Epicharmus poeta laudatur, 312, 37.

Epicnemidii. V. Locri.

Epictetos Ætolia. V. Ætolia.

Epictetos Phrygia, ἡ ἐπίκτητος Φρυγία, 107, 26. V. Phrygia.

Epicurus, Ἐπίκουρος, Neoclis f., in Samo et Teo et Athenis educatus, æqualis Menandri comici, 545, 29; Idomenei et Leontei Lampsacenorum amicus, diutius Lampsaci commoratus; magister Metrodori, 504, 45.

Epidamnus, Ἐπίδαμνος (*Durazzo*), Corcyræorum col., quæ nunc a peninsula, cui imposita est, Dyrrhachium vocatur, 262, 43; 271, 18. Eo migrarunt Dyspontii incolæ, 306, 44. Ibi est initium viæ Egnatiæ, 275, 18. Viæ quibus Epidamno et Apollonia in Macedoniam itur, pari ab his urbibus distantia in unam coeunt, 268, 24. Epidamno Thessaloniceam 900 stadia sec. Eratosthenem, supra 2000 sec. Polybium, 88, 8; 76, 43. Ab Epidamno ad Brundusium trajectus 1800 stadiorum, 235, 17. Populi inter Epidamnum et Ceraunios montes degentes, 271, 18.

Epidaurus, prius Epitaurus (*Pidauro*), Argolidis urbs; quam olim Cares tenuerunt, 321, 52; deinde cum Heraclidis Iones, 322, 1. Migrarunt eo incolæ Tirynthii, 320, 49. Situs urbis, 322, 8. Celebre habet Æsculapieum, 322, 3. Inde Æsculapii simulacrum Romani petierunt, 486, 19. Epidaurus ad amphictyoniam Calauriæ contribuebat, 321, 34; Æginam incolis frequentavit, 326, 6. Ἐπίδαυρος ἀμπελόεις, 320, 32. Τῆς Ἐπιδαυρίας locus Ægina, 322, 24. Epidaurici equi, 333, 32.

Epidaurus Limera (in sinu qui est inter *cap. Limenaria* et *Monembasia*), Laconicæ opp.; situs ejus et nominis ratio, 316, 31.

Epigonorum bellum, 270, 47; 355, 24 (Cf. *pag.* 325, 401, 412, 413, 416 *edit. Casaub.*)

Epimenides, ὁ τοὺς καθαρμοὺς ποιήσας διὰ τῶν ἐπῶν, 411, 52.

Epirus, Ἤπειρος (ἡ Ἠπειρῶτις γῆ, 106, 41), ap. Homerum quo sensu sit intelligenda, 396, 41; 389, 21.

Epirus, licet montibus plena, olim tamen bene habitata, nunc fere deserta; 272, 20. Ex Epiroticis gentibus multæ Pelasgicæ vocantur, quod eo usque Pelasgi imperium protulerint, 184, 15. Epiri ora a Ceraunii ad sinum Ambracicum est 1300 stadiorum, 269, 27; gentes sunt quattuordecim, sec. Theopompum, quarum nobilissimæ sunt Chaonum et Molossorum, 269, 12; accensentur Epirotis Amphilochi, Athamanes, Æthices, Tymphæi, Paroræi, Atintanes, 271, 9; 267, 12. Ex Epiroticis gentibus aliæ attribuuntur Thessalis, ut Athamanes, Æthices, Talares, aliæ Macedonibus, ut Orestæ, Pelagones et Elimiotæ, 373, 8. Epirotis mixtæ Illyricæ gentes, quæ

Digitized by Google

ad montes meridionales et supra Ionium sinum habitant, 271, 16. Epiroticas gentes Macedoniæ adjecit Paullus Æmilius, 282, 38; qui septuaginta oppida earum evertit, 268, 5. Epirotæ in Emathia, 275, 24. Epiri mons Tomarus et Polyanus, 272, 19.

Epistolas Indi in sindonibus scribunt, 610, 33.

Epistrophus, Ἐπίστροφος, Alizonum dux, 471, 30; in Lyrnessi expugnatione cecidit, 500, 24, ab Achille interfectus, 523, 16.

Epitalium, Ἐπιτάλιον (*Agulenitza*), Triphyliæ oppidum, olim Thryum, natura munitum, 295, 15; 300, 18 et 30. Epitalium inter et Pheam Alpheus exit, 295, 15.

Epitaurus. V. Epidaurus.

Epomeus, Ἐπωμεύς, mons Pithecussarum, 206, 52.

Eporedia, Ἐπορεδία (*Ivrea*), Romanorum colonia, quæ præsidio esset contra Salassos, quos ibi victos sub hasta vendidit Terentius Varro, 171, 23.

Equi feri in Hispania, 135, 48. Equi montes scandere et in genua prompte subsidere docti apud Hispanos, 135, 47. Equi subvariegati Celtiberiæ in Hispaniam exteriorem abducti colorem mutant; Parthicis equis similes sunt, 136, 4. Equi et muli Ligustici qui Ginni vocantur, 168, 44. Equi feri in Alpibus. 173, 8. Ἡμιονίτιδας ἵππους Veneti alunt, 176, 42; albos equos Diomedi immolant, 179, 15; lupi signum inurunt equis, qui inde λυκοφόροι appellantur; nata inde fabula, 179, 22. Equi Scythici et Sarmatici parvi sed acres, quos castrando mansuefaciunt, 259, 27. Equi pusilli in regione circa Borysthenem, 255, 13. Equi Arcadici, Argolici et Epidaurici præstantes, 333, 32. Equorum ornamenta Massagetica, 440, 4. Equi Armeniæ, Mediæ, Nesæi et Parthici, 450, 17; 454, 23. Equi unicornes cervinis capitibus, 605, § 56. Equis caret Arabia felix, 653, 44, ut Nabataeorum terra, 666, 48. Equi Maurorum, 703, 1. Equi Garamantum ungulas ceteris longiores habent, 709, 17. Cyrenaici equi præstantes, 710, 42.

Equi apud Gaditanos vocantur navigia minora, quorum proris equi signum insculpi solet, 81, 60; 82, 3.

Equimulgi sive ἱππομολγοί Homeri sunt Scythæ, 249, 40.

Equino caseo et lacte acido vescuntur Scythæ Nomades, 258, 26; 251, 17.

Equites peditibus miscent Hispani, 135, 45. Equitatus loricatus ap. Armenios, Medos et Albanos, 454, 31.

Eræ, Ἔραι vel potius γέραι (*Segigeck*), Teiorum oppidum in Ionia, 550, 24.

Erana, Ἔρανα, Messeniæ opp., quod nonnulli Arenen Homericam esse putant perperam, 299, 42; 310, 5. (Ad Eranam pertinere videntur ruinæ quæ sunt ad *Lungobardo* fluvium.)

Erannoboæ et Gangis ad confluentes Palibothra urbs, 598, 31.

Erasinus, Ἐρασῖνος, Argolidis fl., e Stymphalo oriens terram subit et in Argolide erumpit; vocatur etiam Arsinus, 319, 2. Per 200 stadia infra terram labitur, 228, 43. Sec. Eratosthenem, præter Stymphalum fluit. Iphicratis conatus, 334, 21. E Stymphalide palude oriens in Argiam exit, 334, 3.

Erasinus alius ex Arcadia fluit ad litus Buræ vicinum, 319, 10.

Erasinus fl. Eretricus, 319, 11.

Erasinus, Atticæ fl. ad Brauronem, 319, 12.

Erasistratus medicus Iulide in Ceo ins. natus, 417, 44. Erasistratea medicinæ schola Smyrnæ, 496, 43.

Erastus, Ἔραστος, Scepsius, Socraticus, 520, 38.

Eratosthenes, Ἐρατοσθένης, e Cyrene oriundus, poetica, grammatica, mathematica, si quis alius, excellens, 711, 12. Quum plura habeat quæ nunc accuratius constitui possint, magnaque ille auctoritate ob doctrinam gaudeat, errores ejus refellendi sunt, 12, 2. Neque cum Polemone dicendum est Eratosthenem ne Athenas quidem vidisse, neque vero etiam tantum fidei, quantum multi ei deferunt, meretur, 12, 16. Viros, qui ipsius ætate Athenis floruerint, Eratosthenes celebrat Aristonem, Arcesilaum, Apellem et Bionem; non meminit eorum qui Zenoni Cittiensi, ipsius Eratosthenis præceptori, in schola successerunt, sed meminit adversariorum ejus. Scripta Eratosthenis *De bonis* edita et declamationes virum produnt medium locum tenentem inter eum qui vellet philosophari et eum qui non auderet. Talis fere etiam in reliquis est, 12, 15-42. Perperam contendit Homerum carminibus suis non docere sed delectare tantummodo voluisse, p. 12, 47 sqq. Geographica scripturus multorum legerat commentarios, quum præsto esset bibliotheca amplissima, 57, 49. Quamquam non obvio cuique auctori fidem adhibendam esse dicit, et ipse tamen futilissimis sæpe se addicit scriptoribus, ut Damastæ, 39, 25. Homerum, Anaximandrum et Hecataeum Milesios primos geographiam attigisse dicit, 1, 16; 5, 49. Geographiæ cognitionem Alexandri M. expeditione auctam dicit, p. 11, 38. Haud recte censet poetam quemque, posthabita ratione docendi, oblectationem venari, 5, 39. Negat poemata ad rationis principia judicari debere, in iisque quærendam esse historiam, 20, 50. Omnem poetam nugatorem esse ait; apud Homerum fabulas modo fictis locis modo veris affingi; hujus generis esse etiam quæ de Ulyssis erroribus narrantur; eorum, qui aliter sentiant, mendacium ipsa ipsorum dissensione detegi; exemplum rei affert de situ Sirenussarum sententias, de quibus ipse Eratosthenes non recte statuit, 18, 15. sqq. Concedit Eratosthenes Homerum Græciæ loca atque vicina vel nimis curiose memorare, at longinqua eundem ait fabularum portentis implere, 13, 23 sqq. Assentitur Apollodorus, refragatur Strabo, 248, 1 sqq. Loca, quæ Ulysses adiisse narratur, tum demum aliquem inventurum esse dicit, quum invenerit sutorem, qui utrem ventorum consuerit, 19, 45. Largitur quodammodo voluisse fortasse poetam errores Ulyssis occiduis regionibus adscribere, sed descivisse illum ait ab iis quæ pro veris ponenda fuissent, 21, 42. Hesiodum plura quam Homerum de Siciliæ et Italiæ locis nosse monet, 19, 7. Injuria Homerum calumniatur, quod is e Thracia flare boream et zephyrum dicat, 23, 10. Versum Homeri non recte intellexit, 23, 11. Eratosthenes de Thraciæ situ, 23, 23. Geographicon libri primi initium citatur 24, 23. Homerum et ostia Nili et ipsum fluvii nomen ignorasse dicit, 24, 25. Isthmum inter internum mare et sinum Arabicum olim navigabilem fuisse, quo sc. tempore terra ad Herculis columnas nondum perrupta esset, 32, 7. Cf. 46, 37. Eratosthenes (loca ab Homero in oceano posita pro meris fabulis habens) defenditur ab Apollodoro contra Callimachum, 37, 19. Postquam de progressu in terræ habitatæ cognitione dixerat, agit de terræ universæ figura, quam esse dicit σφαιροειδῆ, 40, 49, et in singulis sui partibus multis obnoxiam mutationibus ab aqua, igne, concussionibus, exhalationibus, 41, 2. Marium notitiam ne sua quidem ætate constare ait, nec statim credenda esse quæcunque de iis narrentur, ut illa de Ponto et de Adria. Attamen ipse falsa tradidit de situ sinus Issici, et de boreali Adriæ parte nullas non fabulas refert. Denique priscos neque Euxinum Pontum neque juxta Africam et Syriam et Ciliciam navigare ausos esse dicit, immemor, ut videtur, Bacchi, Herculis, Ulyssis, Menelai, Thesei, Pirithoi, Dioscurorum, Æneæ aliorumque Trojanorum Græcorumque, 40, 1. Issicum sinum nostrorum marium omnium maxime versus orientem situm esse credidit, quum

Digitized by Google

Ponti recessum ad Dioscuriadem 3000 fere stadiis magis orientem esse ipse alicubi dixerit, 40, 5. Eratosthenes multis ex indiciis colligit mare internum olim multo latius quam nunc pertinuisse. Probat quæ de eadem re affert Xanthus Lydius, et Stratonis sententiam, ex qua Pontus Euxinus olim clausus fuit, tandem vero fluviorum aqua impletus in Propontidem et Hellespontum erupit, idemque accidit etiam nostro mari, in quo ad Columnas fretum perrupit. Huc etiam facere quod fundus maris in externo quam in interno mari, et in hoc quam in Ponto sit profundior; quo fiat ut fluxus sequatur hanc soli inclinationem; porro ut Ponti aqua dulcissima sit, fluviis maximis a septentrione et ortu influentibus. Fortasse totus Pontus aliquando aggesto iis aggere opplebitur. In Libya mare olim usque ad Ammonis oraculum (nunc ad 3000 stadia ab ora maris remotum, 41, 13) pertinuit, et Ægyptus usque ad Casium montem inundata fuit, 42, 12 sqq. Mare internum non sub una eademque ubivis superficie constitutum esse censet; exemplum rei. Hinc fluxuosos esse euripos, maxime fretum Siculum, quod eodem quo oceanus modo æstibus agitatur, 45, 25. Olim Casium quoque montem mari circumdatum, et loca circa Gerrha usque fere ad mare Rubrum in paludibus fuisse, mari autem interno cum externo coeunte, detecta esse putat, 46, 37. Cf. 32, 7. Eratosthenes Herodoti sententiam, nullos esse Hyperboreos, sicuti nulli sint Hypernotii, improbat, quum revera in Æthiopia Notus non spiret. Obloquitur Strabo, 51, 34. Deinde Eratosthenes disputat contra eos qui aperte ficta et impossibilia referunt 51, 53. Hucusque pertinet *liber primus* τῶν ὑπομνημάτων Eratosthenis, 52, 4. *Libro secundo* geographiæ διόρθωσιν molitur. Adhibenda esse ait mathematica et physica postulata, 52, 5; universum habere globi figuram; alia id genus, 52, 9; 52, 17. Num ea sit, quam Eratosthenes posuit, terræ quantitas, non convenit inter scriptores posteriores, qui nec dimensionem ejus comprobant. Tamen Hipparchus intervalla Eratosthenica in Meroes, Alexandriæ et Borysthenis meridiano, ut veris proxima, adoptavit, 52, 11. Latitudo τῆς οἰκουμένης in meridiano, qui per Meroen transit, ita constituitur, 52, 21:

A Meroe ad Alexandriam stadia	10000
Inde ad Hellespontum	8100
Inde ad Borysthenem	5000
Inde ad Thules parallelum, circa	11500
A Meroe meridiem versus ad parallelum in quo sunt Ægyptiorum insula et Cinnamomifera et Taprobane	3400
Summa.	38000

In his quomodo Eratosthenes inter Borysthenis et Thulæ circulos 11500 stadia exputaverit, Strabo non assequitur, 52, 36. Eratosthenes longitudinem terræ cognitæ ita definit p. 53, 30:

India usque ad Indum fluvium, ubi arctissima est stad.	16000
Si extrema quoque promontoria ejus computantur, addenda sunt	3000
Ab Indo ad Caspias portas	14000
Inde ad Euphratem	10000
Inde ad Nili ostium Pelusiacum	5000
Inde ad Canopicum ostium	1300
Hinc Carthaginem	13500
Hinc ad. Columnas, minimum	8000
Summa.	70800
Addenda est Europæ curvitas extra columnas occasum versus pertinens	3000

His addit 2000 stadia versus orientem, et altera 2000 stadia versus occidentem, ne latitudo sit maj quam dimidia pars longitudinis. Eratosthenes in secundo etiam libro contra Homerum disputat, 53, 25. Quæstionem illam de ratione qua continentes distinguendæ sint, nullius esse momenti censet, 54, 27. Quomodo orta sit ista trium continentium distinctio, 54, 42. In fine libri II improbat eorum sententiam, qui universum genus humanum in Græcos et barbaros dividunt, 54, 31; rectius dividi ait virtute et malitia, *ib.* Indiæ latitudinem cum Patrocle facit 15000 stadiorum. Totidem esse a Meroe ad Athenarum circulum, 56, 37. A sinu Issico ad loca circa Amisum vel Sinopen circa 3000 stadia computat, 57, 6. *Libro tertio* tabulam totius habitatæ terræ constituit, 56, 7. Circulum maximum sive æquinoctialem 252000 stadiorum esse statuit, adeo ut quadrans sit 63000 stadiorum vel quindecim sexagesimarum, suffragante Hipparcho, 93, 50; 109, 15. Terram habitatam naturalibus quibusdam terminis divisit, 420, 43. In partem borealem et meridionalem distinguit eam parallela linea ducta quæ pertinet ab Herculis columnis per mare Siculum, extrema Peloponnesi et Atticæ sive per Athenas, Rhodum, sinum Issicum, Tauri montis longitudinem, desinitque in montes qui Indiæ latus septentrionale definiunt. In vetere tabula geographica Indiæ terminos nimis boream versus remotos esse docet, Patrocli mensuris innitens, 56, 10. Eratosthenis parallelus per Propontidem, Amisum, Colchos, mare Hyrcanum, Bactra, Scythiam pertinens, 57, 8; 59, 11. In definienda longitudine Indiæ lateris borealis, neque Megasthenem neque Patroclem sequitur, sed quandam stathmorum ἀναγραφήν, 58, 15. Indicôn scriptores, fabulosa et ficta recensentes, invicem se redarguere inquit, 58, 53. De summo ad Bosporum Cimmerium frigore agens, inscriptionem rei testem affert, 61, 34. Demonstrat ea quæ Deimachus de India 30000 stadia lata habet repugnare iis, quæ de situ Indiæ inter æquinoctium et ortum hiemalem produntur, quamquam hæc quoque falsa sint; perperam etiam Deimachum disputare contra Megasthenem, 63, § 19. Eratosthenes non probare Hipparcho videtur Indiæ partem meridionalem in eadem parallelo sitam esse in quo Meroe posita sit, 64, § 20. De distantiis quæ sint a Babylone ad Thapsacum et hinc ad montes septentrionales, Eratosthenis sententia falsa argumentatione ab Hipparcho impugnatur, 64, § 21. Eratosthenes linea per Samum ducta terram habitatam dirimit in partem septentrionalem et meridionalem; harum utramque denuo in partes deducit quas ipse σφραγῖδας sive *sigilla* vocat, 65, 1; 448, § 5. Terminum utriusque climatis portas Caspias ponit, ideoque in austrinis partibus etiam Mediam et Armeniam collocat, quas Strabo borealibus accenset, quod in ipso Tauro positæ sint, nec ulla earum pars inde meridiem versus excurrat, 448, 5. Asiæ sigilla meridionalia resencentur; primum est Indiæ, quod rhombi figuram refert, 65, 9; 72, 21 (Cf. India); secundum sigillum est Arianæ; ejus latera, 65, 13; tertium sigillum rudius delineatur, quoniam latus occiduum, a Caspiis portis ad Carmaniam pertinens, et latus meridionale, quod sinus Persicus alluit, lineis bene distinctis adumbrari nequeunt, atque ea lateris pars, quæ Euphrate terminatur, nondum tota sit dimensa, 65, 25. Eratosthenes ita computat ut a Babylone linea recta per Susa et Persepolin usque ad Persidis et Carmaniæ confinia sit stadiorum 9000 et paullo amplius, 65, 35. De Mesopotamiæ figura, 65, 42; 67, 4. Distantias locorum e multis scriptoribus Eratosthenes enotavit, 65, 21. A portis Caspiis

Digitized by Google

usque ad Euphratem ad 10000 stadia computat, nimirum ab Euphrate ad Tigris trajectum propre Thapsacum esse ait 2400 stadia, 66, 6; 75, 13; 635, 42; inde per Gaugamela, Lycum, Arbela, Ecbatana usque ad Caspias portas via est 7900 stadiorum, quæ prioribus 2400 stadiis addita summam efficiunt 10300, pro quibus rotundo numero 10000 illa stadia Eratosthenes in computum recipit, 66, 10. A Babylone per Susa et Persepolin usque ad Persidis et Carmaniæ confinia sunt 9200 stadia, 66, 27 (9000 stadia, 71, 32). A Babylone ad portas Caspias 6700 stadia, 71, 30. A. Thapsaco ad Babylonem 4800 stadia, 66, 37; 635, 49. Inde ad ostium Euphratis et Teredonem 3000 stadia, 66, 38. A Thapsaco versus boream ad Armenias portas 1100 stadia, 66, 40. Hinc per Gordyæos et Armenios usque ad montes Armeniorum quot sint stadia nondum constat (Hipparchus minimum esse 1000 stad. censet), 68, 20. A Thapsaco ad Zeugma Commagenes 2000 stadia, 635, 49. A Rubro mari ad Mediam 8000, nonnullis locis etiam ultra 9000 stadia, 66, 46. A Media ad portas Caspias, 3000 stadia, 66, 48. Eratosthenis de tertio sigillo sententiam impugnat perversa disputatione Hipparchus p. 67-69, § 27-29. Ceterum tertium sigillum, quum male circumscriptum sit, aptius usque ad Ciliciam et mare Syrium et per Arabiæ isthmum usque ad Ægyptum Eratosthenes produxisset, 69, § 30 et 31. Idem in tertio et quarto sigillo suo longitudinum lineas constituit, quæ directioni longitudinis totius terræ non satis respondent, 70, § 33, 73, 1. Quartum sigillum a borea determinat linea ducta per Thapsacum et Heroonpolin usque ad ostia Nili (ad Canobicum sive Heracleoticum ostium), 71, 3. A Rhodo ad Alexandriam non multo minus 4000 stadiis, secundum meridianum, 71, 15. Indus sec. Eratosthenem a montibus versus meridiem fluit; dum in vetustis tabulis fluit inter meridiem et ortum æquinoctialem, 72, 10. Diversitatem latitudinis ad quadringenta stadia sentiri posse dicit, ut in parallelo qui per Athenas et qui per Rhodum ducitur, 72, 31. Cf. 72, 39. Quarti sigilli longitudinem haud apte definit linea a Thapsaco ad Ægyptum pertinente, quum neque recta sit linea, neque directio ejus parallelis per totius terræ longitudinem ductis respondeat; recte de hac re ab Hipparcho reprehenditur, 73, 1. Contra vero pro 6000 stadiis, quæ lineæ a Thapsaco ad Pelusium pertinenti Eratosthenes tribuit, supra 8000 stadia computanda fuisse inani argumentatione Hipparchus demonstrare studet, 73, 12. Eratosthenes Cyaneas et ostium Nili Canobicum in eodem meridiano ponit, 73, 25. Sec. eundem ab ostio Ponti Euxini ad Phasin sunt 8000 stadia; inde usque ad Dioscuriadem, Ponti alia stadia 600; a Dioscuriade ad Caspium montem quinque dierum iter (circiter 1000 stad., ut Strabo ait); itaque ab ostio Ponti ad Caspium montem circa 9600 stadia colliguntur, 75, 53. In Europa meridionali a septentrione Eratosthenes ait tria porrigi promontoria, Peloponnesum, Italicum, Ligusticum, quibus includantur sinus Adriaticus et Tyrrhenus, 76, 16; 89, 32; tribus his alia duo addidit Polybius, 89, 32. De occidentali terræ parte, ut de maris interni oris et mensuris, plurima falsa habet Eratosthenes; auctorem præ ceteris laudat Timosthenem, quamquam persæpe ab eo dissentit, 76, 24 et 40; 77, 15. Ab Epidamno ad sinum Thermaicum transitus nonnisi 900 stadiorum, 76, 43. Ab Alexandria ad Carthaginem 13000 stadia, quum non sint super 9000, p. 76, 47. Rhodum, Cariam et Alexandriam sub eodem meridiano collocat; item sub eodem Carthaginem et Siculum mare et Romam, 76, 49. Eratosthenes et antiquiores scriptores de Hispania, Gallia, Germania, Britannia, Getica, Bastarnica summam ignorationem produnt, nec non de Italia, Adria, Ponto, 77, 22; 86, 27. De mensuris locorum, quæ ad longinquas regiones pertinent, relata se referre ait, 77, 29. Sæpe delabitur ad ea quæ scientiæ magis sunt propria quam geographicæ tractationis; delapsusque eo non accuratas profert conclusiones, et quodammodo in geographicis mathematice, in mathematicis geographice se gerit, 77, 50. In iis quæ mathematice disputavit, justissimas reprehendendi occasiones Hipparcho dedit, 78, 1. A Cinnamomifera ad æquatorem 8800 stadia computat, 78, 34. Æquatori plagam quandam temperatam subjectam esse statuit, consentiente Polybio, 80, 37. [Eratosthenis e Mercurio poemate afferri videntur versus duo, quos sine auctore laudat Strabo, 83, 2.] Eratosthenes etsi dubitans an Pythiæ esset fides adhibenda, tamen quæ de Britannia, Gadibus et Hispania ab illo traduntur, recepit, testante et improbante Polybio, 86, 14. Eratosthenes Euemerum Bergæum vocat, 86, 22. Quæ de occiduis et septentrionalibus Europæ partibus earumque distantiis Eratosthenes et Dicæarchus proferunt, ea Polybius esse ait λαοδογματικὰς ἀποφάσεις, 86, 31. Eratosthenem corrigere studens Polybius, alia recte monet, alia secus, 88, 4. Eratosthenes ab Ithaca ad Corcyram 300 stadia metitur, quum sint sec. Polyb. super 900 st., 88, 5. Ab Epidamno ad Thessalonicam Eratosthenes 900, Polybius super 2000 stadia computat, 88, 7. A Massilia ad Columnas 7000 stadia, a Pyrene ad Columnas 6000 stad. numerat, ad verum propius quam Polybius accedens, 88, 9. De Hispania falsa tradit. Gallos, Γαλάτας, occidua Europæ usque ad Gades incolere dixit, in ipsius Hispaniæ autem descriptione Gallorum mentionem non fecit, 88, 23. Syrtis majoris ambitus 5000 stad., profunditas 1800 st. ab Hesperidibus ad Automala, 101, 51. Ab Alexandria ad Rhodum computat 3750 stadia, 104, 5. Maris interni partem maxime occiduam dicit sinum Issicum, haud recte, 104, 31. Eratosthenis parallelus per Cariam, Lycaoniam, Cataoniam, Mediam, Caspias portas, Indos, qui sunt ad Caucasum, ductus, 111, 7. Parallelus per Mysiam, Paphlagoniam, regiones circa Sinopen, Hyrcaniam et Bactra, 111, 17. Parallelus per Borysthenem ductus, 23000 st. a Meroense dissitus, 111, 51. Eratosthenes Tartessidem vocari ait regionem Calpæ vicinam, et Erytheam insulam Fortunatam, 123, 10. Sacrum pr. a Gadibus 5 dierum navigatione abesse dicit. Et hoc et alia quædam ab eodem Pythiam secuto de Iberia tradita negat Artemidorus, 123, 14. Eratosthenes de Tarracone urbe, 132, 30. Columnas ad Fretum ponit, 141, 39. De Abilyca monte, 141, 29. Sardiniam et Corsicam a continente non posse conspici tradit perperam, 186, 31. Hesiodi versum adduxit, 249, 42. De mari Adriatico vulgatos priorum errores repetivit, 263, 30. Laudatur de Helice urbe, 330, 27. De Ania (Aroanio) et Erasino Arcadiæ fluviis terram subeuntibus, 334, 13. Caucasum ab accolis Caspium vocari prodit, 426, 41. De Caspii maris dimensionibus, 435, 1. De Oxo fluvio, 436, 53. In India nasci abietem contra Polycletum contendit, 437, 33. Distantia a Caspio monte per Cyri ostia, portas Caspias, Alexandriam Ariæ, Bactram s. Zariaspen ad Iaxartem fl. 22670 stadiorum; a Caspiis portis per Hecatompylum, Alexandriam Ariæ, Prophthasiam, Arachotos urbem, Ortospana usque ad fines Indiæ, 15300 stadiorum, 440, § 9. De populis qui sunt inde a Caspio mari usque ad Sogdianam, Bactrianam Ariamque, 440, 30. Iasonem e Colchis itinere terrestri in Armeniam et Mediam penetrasse credit, 40, 18. Lycum cum Thermodonte confundit, 453, 46. Cum eo consentit Artemidorus de via et distantiis, quæ sunt ab Euphrate et

Digitized by Google

Zeugmate Commagenæ usque ad Indum, 566, 34. Eratosthenes de Cypri situ, 583, § 4; de silvis insulæ, *ib.* § 5. Bacchi et Herculis in Indiam expeditiones fabulis accenset, 586, 8. Ἐν τῷ τρίτῳ τῶν γεωγραφικῶν quænam de India tradiderit, 587, § 10 sqq. De Indiæ imbribus æstivis, 588, 44. De Taprobane ins., 589, § 14. Eratosthenes de Indiæ fertilitate 591, 20. De finibus et magnitudine Arianæ, 615, 41 sqq. De Persidis longitudine, 619, 15. Paludes Euphratis, quæ sunt prope Arabiam, aperuisse sibi subterraneos meatus putat, per quos eruperint circa Rhinocorura et Casium montem, 631, § 12. De Babyloniæ bitumine et de naphtha Susidis, 632, 38. De Tigride Thopitin lacum perfluente, 635, 42. Regionem in qua est lacus Asphaltites (quem Sirbonidem Strabo dicit), olim aquis tectam fuisse, iisque erumpentibus, desiccatam esse dicit, 650, 51. De sinu Persico, 651, § 2-6. De Arabia Deserta et Felici, 623, § 2-4. Cf. 662, 40. De sinus Arabici latere utroque et de ora quæ deinceps est regionis myrrhiferæ et cinnamomiferæ, 654, 23. De Nili cursu, populisque fluvii accolis 668, § 2. De communi barbaris omnibus more pellendi peregrinos. Cur Ægyptii eo nomine male audiant. Quomodo Carthaginienses in peregrinos nautas sæviant. De Persis legatos per ambages male ducentibus, 681, 40. Fabulosa narrat de iis quæ sint extra columnas, Cernen memorans aliaque loca quæ nusquam exstant, 40, 12. Lixum dicit Mauritaniæ urbem, quam Artemidorus Lyngem vocat, 701, 5. De Lixo aliisque Phœnicum in Libyca oceani ora locis, deque aere apud Æthiopes Hesperios quæ tradiderat, ab Artemidoro reprehenduntur, 703, 36.

Eratyra, Ἐράτυρα, regio juxta Elimæam memoratur, 271, 25. (Fuerit ubi Tyrissa urbs (hod. *Graditza?*) a Ptolemæo et Plinio ponitur).

Erechthei filia Xuthi uxor, 329, 11.

Erembi, Ἐρεμβοί, quos Homerus dicit, aliis sunt Troglodytæ, τὴν ἤραν subeuntes; aliis Arabes; ipsum Arabum nomen ap. Homerum Zeno reposuit, dum Posidonius eodem sensu scribi vult Ἀραμβούς, 667 § 27; 35, 37; alii denique scribi volunt Ἐρεμνούς, *nigros*, Æthiopes sc., 667, 33. Erembi dici videntur ἀπὸ τοῦ ἤραν ἐμβαίνειν; intelligendique sunt Arabes Troglodytæ in sinus Arabici latere occiduo, 35, 7; 2, 6. Nomina *Arabes* et *Erembi* sunt similia, et fort. cognata, *ib.* Erembi non sunt Æthiopica quædam gens peculiaris, 35, 30.

Eremni. V. Erembi.

Eressus, Ἐρεσσός (*Erisso*), Lesbi urbs; ejus situs, 528, 28. Eressii Theophrastus et Phanias, 528, 30.

Eretria, Ἐρέτρια, Atheniensium vicus seu forum; inde nonnulli Eretriam Eubœæ deductam esse ferunt, 384, 35; 382, 46.

Eretria vetus (*Vathy*), Eubœæ urbs, a Persis deleta; supersunt fundamenta, 384, 41.

Eretria (*Nova*), Ἐρέτρια *Kastri*) olim Melaneis et Arotria dicta, 384, 38; Eubœæ urbs post Chalcin maxima; a quibusnam sit condita et colonis subinde aucta, 383, 42. Sec. nonnullos deducta urbs est e Macisto Triphyliæ ab Eretrieo, sec. alios ex Eretria Atheniensi vico, 384, 32; 382, 45. Colonos accepit ex Elide; hinc frequens *R* literæ usus in Eretr. dialecto, 384, 51. A Delphinio Bœotiæ distantia, 346, 11. Eretriensium potentiam testatur columna in fano Dianæ Amarynthiæ; imperabant Andriis, Tenlis, Ceis, aliis insulis, 384, 45. Eretriensium et Chalcidensium de Lelanto campo bellum; certaminis ratio inter eos tum pacta, 385, 15. Eretrienses a Persis abrepti in Gordyene ad Tigrim collocati sunt, 636, 27. Eretriæ in agro pagus Amarynthus, 384, 40, et Œchalia pagus, 385, 13, et Tamynæ urbs, 384, 35. Eretrienses Styræ eversæ agrum possident, 383, 31. Urbes circa Pallenen et Atho condiderunt, 383, 50. Eretrienses in Pithecussis inss., 206, 35. Eretriensis Narcissi monumentum in Bœotia, 346, 46. Eretriaci philosophi, Menedemi Eretriensis successores, 337, 50; 386, 12.

Eretria (ruinæ ad *Tjangli* vicum sec. Leakeum), Thessaliæ Phthiotidis oppidum in Achillis ditione, 372, 37; Pharsalo propinquum, 384, 35.

Eretrieus, Ἐρετριεύς, e Macisto coloniam deduxisse in Eubœam dicitur, 384, 32.

Eretum, Ἠρητόν (*Grotta Marozza*), Sabinorum opp., 190, 15. Circa quod aquæ Sabanæ, 198, 52.

Erginus, Ἐργῖνος, Orchomeni tyrannus ab Hercule interfectus, 356, 12.

Erginus, Ἐργῖνος (codd. falso Ἐρίγων), Thraciæ fluvius, (Agrianes Herodoto), nunc Riginia (Regina sec. Leon. Arm.), 382, 52. Hodie *Erkene*.

Erichthonius, Ἐριχθόνιος, ap. Atticos et Troes quidam gentis princeps, 517, 37.

Ericodes. V. Ericussa.

Ericussa, Ἐρικοῦσσα (*Alicadi*), una e Liparæis insula, unde dicta sit, 230, 1. Eadem Ἐρικάδος vocatur 230, 27.

Eridanus fl., Ἠριδανός, qui Pado vicinus dicitur, et ad quem Heliades in alnos mutatæ feruntur, non exsistit, 179, 10.

Eridanus, fons prope Lyceum Athenarum, 341, 14.

Erigon fl., Ἐρίγων (*Zrna Rjeka* Bulgaris, *Kutjuk Kara-Su* Turcis), 275, 43. E Triclaris (?) per Orestas et Pellæam, Pella urbe ad sinistram relicta, in Axium influit (non longe ab ora, siquidem inter oræ fluvios Erigon h. l. recensetur), 277, 2; 272, 1. [Quod Erigonem per Orestas fluere et deinde Pellam a sinistra relinquere dicit, id pertinet ad Haliacmonem; ipsum Haliacmonem autem magis meridiem versus fluere et inter Pydnam et Dium exire Strabo opinatur. Per Orestas fluere eatenus tamen dici potuit, quatenus Pelagoniam prius Orestiam vocatam esse Strabo refert p. 281, 26.] Multos Erigon excipit fluvios e Lyncestide, Brygis, Deuriopibus devenientes, 972, 1. Ad Erigonem Deuriopum urbes, 372, 7.

Erineum, Ἐρινεόν, Phthiotidis opp. in Achillis ditione, 372, 35. (Situs incertus. Fortasse ad Erineum pertinere rudera quæ sunt prope *Koklobashi* in sinistra Enipei ripa Leakeus suspicatur.)

Erineos, Ἐρινεός, locus asper caprificis consitus ad antiquum Ilium, 511, 53.

Erineus, Ἐρινεός, urbs tetrapoleos Doricæ, 366, 51. Inde Tyrtæum ad Lacedæmonios venisse aiunt, 311, 2. (Situs incertus.)

Erymanthus, Ἐρύμανθος, Arcadiæ fl., sec. nonnullos Arcadiam ab Elide dirimit; exit in Alpheum, 295, 12; 306, 50.

Erymnæ, Ἐρυμναί, Magnesiæ opp., in ora marit., 380, 33.

Erysichæi, Ἐρυσιχαῖοι, in Acarnania, 395, 22.

Erythia, Ἐρύθεια, insula Pherecydi esse videtur Gades; aliis vero adjacens Gadibus insula, pascuorum bonitate celebris; adeo ut hinc fictam esse de Geryonis bovibus fabulam putent, 140, 51; 122, 54. Insula fortunata vocabatur, 123, 11. Oves ibi pinguissimæ, 223, 40.

Ἐρυθίβη ap. Rhodios i. q. ἐρυσίβη, 524, 34.

Ἐρυθιβίου Apollinis templum ap. Rhodios, 524, 38.

Erythini, Ἐρυθῖνοι (ad *Tchakras Koi*), Paphlagoniæ opp., 464, 47; in ora mar. situm; ab Homero memoratur; nunc dici aiunt Erythrinos a colore rubro; duo sunt scopuli, 467, 6.

Erythræ, Ἐρυθραί (*Kisri*), Ioniæ urbs, Erythrarum Bœotiæ colonia, 347, 34. A Cnopo Codri f. spurio condita, 541, 12. Portum habet; objacent ei Hippi insulæ, 550,

Digitized by Google

20. Erythrarum peninsula, 550, 7. Erythræus ager Hypocremno loco a Clazomenio agro dirimitur, 550, 11. In eo sunt Colonæ, 504, 34. Erythræi Mimantem accolentes Herculem ἰποκτόνον colunt; quare apud eos solos ἶπες, *vermes*, vitium pestis, non nascuntur, 524, 30. Erythræi Parium condiderunt, 503, 45. Erythræ, patria Sibyllæ et Athenaidis vatis et Heraclidæ Herophilei medici, 550, 48; 691, 44.

Erythræ, Bœotiæ opp., Hysiis propinquum; ejus colonia Erythræ Ioniæ, 347, 30. A nonnullis Plataicæ ditioni adscribuntur, 351, 28.

Erythras, Ἐρυθρᾶς, portus sub Coryco monte in Ionia, 550, 25.

Erythras, Ἐρύθρας, Persei f., mari Erythræo nomen dedit, 663, 4. Ejus sepulcrum in Ogyri insula, 652, 34.

Erythras Persa primus insulas quasdam maris, quod ab eo nomen habet, incolis frequentavit, 662, 50.

Erythrini. V. Erythini.

Eryx, Ἔρυξ (*S. Giuliano*), Siciliæ opp. in colli sublimi, Veneris templum habens; nunc incolarum penuria laborat. Erycinæ Veneris templum etiam Romæ est, 226, 30. Eryx, quasi arx quædam Siciliæ, 223, 24; 211, 35. Olim ab Ænea occupata est, 520, 13.

Esgua. V. Ægua.

Esiones, Ἡσιονῆες; in eos Callinus ait Cimmerios impressionem fecisse, qua Sardes ceperunt; Fort. sunt Ἀσιονεῖς, sec. Demetrium, 536, 33.

Esopis, Ἐσῶπις (*monte Esope*), collis in quo Locri Epizephyrii siti, 215, 41.

Esquilina porta Romæ, a qua incipiunt Lavicana via et Prænestina, 197, 36.

Esquilinus collis a Servio urbi adjectus, 195, 27.

Esquilinus Romæ campus, 197, 37.

Essedis Britanni et Gallorum nonnulli in bellis utuntur, 166, 37.

Estiones, Ἐστίωνες, Vindelicorum gens, 171, 51.

Eteocles, Ἐτεοκλῆς, Orchomeni rex, Gratiarum templum dedicavit, primusque omnium divitias et potentiam ostentavit, 356, 13. — Eteocretes, 408, 36.

Eteonus, Ἐτεωνός, postea Scarphe dictum opp. Parasopiæ, in Bœotia, 351, 18; a nonnullis Plataicæ ditioni attribuitur, 351, 28; πολύχρημνος ap. Homerum vocatur, 248, 9.

Etruria, Τυρρηνία. Ejus situs, 182, 6 et 32. Etruria usque ad Tiberim pertinet, 182, 8. Etruriæ et Liguriæ terminus a multis Macra (fluvius) ponitur, 185, 20. Longitudo juxta oram a Luna usque ad Ostia circiter 2500 stadiorum; latitudo usque ad montes semisse minor, 184, 43. Ora importuosa, 136, 10. Una Populonii urbs ad ipsum mare sita, *ib.* E Gallia in Etruriam aditus, alter per Ariminum et Umbriam, commodior ille, alter juxta lacum Trasimenum, 188, 51. Etruria lacus habet navigabiles, piscosos, avibus palustribus abundantes et typhorum, papyri et paniculæ lucernariæ copia, 188, 40. V. locus Ciminius, Volsinius, Trasimenus, Sabata. Etruria calidis fontibus abundat, qui ob Romæ viciniam magna hominum copia frequentantur, 189, 2. Urbes: Luna, Pisa, Volaterræ, Populonium, Cosa, Tarquinii, Villa regis, Graviscæ, Pyrgi, Asium, Fregenæ, Clusium, Arretium, *q. v.* Fluvius Clanis, 196, 7. Etruria lignis ad ædificia et longissimos et rectissimos asseres aptis abundat, 185, 16. Etruriam exornarunt Demaratus advena et filius ejus Lucumo sive Tarquinius Priscus, 183, 9; 325, 15. Etrusci sive Tusci a Romanis vocantur οἱ Τυρρηνοί, 182, 37; primus Tyrrhenorum Italiæ meminit Hesiodus, 19, 13. A Tyrrheno, ex Lydia coloniam ducente, nomen habent, 182, 39. Duodecim Tyrrhenus urbes ibi condidit; Tarquiniis a Tarco præfecto nomen datum, 182, 45. Initio unius imperio omnes subditi; quo tempore maxime floruerunt; postea imperiis per singulas urbes constitutis, vicinorum violentiæ cedere cogebantur, ac vitæ piraticæ et erroribus se dederunt, 182, 48. Etrusci Cumanos e Campania pulerunt, 202, 20; duodecim ibi urbes condiderunt, quarum caput Capuam nominarunt; postea pulsi sunt a Samnitibus, 202, 30. Herculanum et Pompejos in Campania post Oscos tenuerunt, 205, 18. Marcinam ad sinum Posidoniaten condiderunt, 209, 41. Ab Umbris Tiberi separantur, nisi quod pars aliqua fluvii per ipsam Etruriam fluit, 182, 12; 180, 10. Cum Umbris de principatu olim contenderunt, 180, 10. Contra barbaros Padi accolas bene rem gesserunt; mox tamen fractis luxuria viribus ex eorum regionibus rursus ejecti sunt, 180, 15. Thessalos Ravennæ conditores infestabant, 178, 22. A Liguribus lacessuntur, 185, 41. Etrusci in Sardinia, 187, 24. Eorum latrocinia, 222, 26; 409, 52. Piratis Etruscis socios se præbuerunt Antiates, 193, 32. Eorum incursionibus diu restiterunt Liparæi, 229, 4. Junonem vocant Cypram, Cypræque fanum condiderunt in Piceno, 201, 6. Etrusca divinatione per extispicia, auguria et servationes de cœlo Romani utuntur, 691, 10; 649, 12. Etruriæ adjacentibus in insulis indicia expeditionis Argonauticæ monstrantur, 17, 18.

Etruscum mare, Τυρρηνικὸν πέλαγος, a Ligustico usque ad Siculum pertinens 101, 28; 106, 25; 175, 6; 176, 2; 182, 10; 222, 15. A Cumis ad Siciliam usque subterraneis ignibus fervet, 206, 38; 228, 25.

Euæmon, Εὐαίμων, Ormeni f., Amyntoris frater, Eurypyli pater, 377, 3.

Euander, Εὔανδρος, Arcas, Nicostratæ f., Romam condidisse, Herculi futuram divinitatem prædixisse, lucum ei dedicasse et more græco sacrificium, quale etiam nunc Romæ in usu est, fecisse traditur. Matrem ejus venerantur Romani, Carmentam mutato nomine vocantes, 192 § 3.

Euanthes, Εὐάνθης, dux eorum, qui Locros Epizephyrios condiderunt, 215, 34.

Eubœa, Εὔβοια, heroina quædam insulæ nomen dedisse fertur, 382, 26.

Eubœa, Εὔβοια, insula, olim Macris, 382, 6, et Abantis, 382, 29, et Oche et Ellopia, 382, 30; unde nomen habeat, 382, 26. Fluctus insulam a Bœotia abrupit, teste Ione poeta, 50, 17. Eubœæ descriptio, 381, § 2 sqq. Insulæ longitudo et latitudo, 381, 44; τὰ Κοῖλα quid? 382, 15. Ad eam Atalante insula, 50, 48. Eubœæ spelunca Elaria, et Tityi heroum, 363, 25. Insula terræ motibus obnoxia, 384, 18. Usque ad eam pertinuit terræ motus, qui Syriam quassavit; tunc Arethusæ Chalcidis fontes obturati sunt, 48, 28; nec antea desiit insula per partes concuti quam hiatus terræ in Lelanto campo apertus fluvium luti igniti evomuit, *ib.* In Eubœa Curetes Chalcidem tenuerunt, sec. Archemachum, 399, 44. Cf. 465, 19. Euboenses e Troja redeuntes, quum in Illyricum excidissent, inde per Macedoniam contendentes apud Edessam consederunt, ibique Eubœam urbem condiderunt, 386, 7. In Eubœa Æolenses quidam cum Penthilo profecti remanserunt, 383, 48. Euboenses quidam et Thraces in regiones Transcaucasias delati Gargarensibus contra Amazones auxiliati sunt, 432, 47. Euboenses stataria pugna valebant, 385, 29.

Eubœa, oppidum Eubœæ ins., terræ motu absorpta, 384, 22.

Eubœa, Corcyræ ins. locus, 386, 13.

Eubœa, Macedoniæ opp. prope Edessam, 386, 7.

Eubœa, Siciliæ opp., a Chalcidensibus (Leontinis, 226, 45) conditum; postea castellum Syracusarum, 386, 11; nunc jacet, 226, 42.

Digitized by Google

Eubœa, locus in Lemno ins., 386, 13
Eubœa, collis in Argolide, 386, 14.
Eucarpia, Εὐκαρπία, Phrygiæ Magnæ opp., 494, 6.
Euclides, Εὐκλείδης, Megarensis, Socraticus, cujus successores Megarici philosophi dicuntur, 337, 47.
Eucratides, Bactriæ rex, urbem cognominem sibi condidit, 443, 15; in India 1000 urbes tenuit, 585, 13. A Parthis bello petitur, 441, 49.
Eucratidia, Εὐκρατιδία (rectius foret Εὐκρατίδεια), Bactriæ urbs, a conditore dicta, 443, 15.
Eudemus, Εὔδημος, Rhodius philosophus, 559, 38.
Eudorus, Εὔδωρος, de Nilo librum edidit, Aristonemque, qui idem argumentum tractavit, furti incusavit, quamquam ipse potius ex Aristone sua compilasse verisimilius est, 672, 19.
Eudoxus, Εὔδοξος, Cnidius philosophus et geographus, 1, 17; mathematicus, Platonis socius, 560, 13; apud Diospolitanos 13 annos degit, 685, 13. Ejus specula ante Heliopolim e regione Cercesuræ vici, 685, 32; alia ad Cnidum, sec. quam ille cœlestium corporum motus definivit, *ib.* In Cnidia specula Canobum stellam observavit, 98, 51. Laudatur de Melane fluvio, 283, 24; de situ Corinthi, 325, 30; de Helladis figura, 335, 9; de Ascra Bœotiæ, 354, 51; de rebus Græcis belle exposuit, 399, 21. Cretam in mari Ægæo positam esse dicit, 407, 29. Laudatur de maris Caspii ἀκταῖς ὑπάντροις in Hyrcania, 437, § 5. Varia Scythicarum gentium nomina memorat, 471, 23. Fossiles pisces reperiri in Paphlagonia et prope Ascanium lacum ait, 481, § 42. Citatur de Troadis terminis, 498, 44.
Eudoxus, Cyzicenus, qui Libyam circumnavigasse fertur. Ampla de hac re Posidonii narratio, et Strabonis de ea judicium, 81, § 4, 5; ὁ Εὐδόξειος μῦθος, 85, 21.
Euemerus, Εὐήμερος, Messenius, scriptor futilis, 39, 35; 84, 15. Panchæam terram fingit, 248, 43, in quam sese navigasse perhibet, 86, 18; ab Eratosthene cum Antiphane Bergæo componitur, 86, 22.
Euenus, Εὔηνος (*Fidari*), Ætoliæ fl.; ejus fontes et cursus, 387, 30. Olim Lycormas dictus; in eo Nessus occisus, 387, 38; 271, 51. Ejus ostium, 288, 25 et 41, ab Actio 670 stadia abest, 395, 1; ab Antirrhio distat 120 stadia, 395, 10.
Euenus, Mysiæ fl., Pitanen Æolicam præterfluit; ex eo per aquæductum Adramytteni aquam sibi comparant, 525, 27.
Euergetæ, Εὐεργέται, Asiæ populus, a Cyro sic dicti, ad quos ex Drangis venit Alexander, 616, 53.
Eulæus, Εὔλαιος (*Karun*), et Choaspes et Tigris in lacum confluunt et ex eo in mare effluunt, sec. Polycletum, 620, 25. Eulæi aquam potabant reges Persarum, utpote omnium levissimam, 626, 4.
Eumedes, Εὐμήδης, a Ptolemæo Philadelpho emissus Ptolemaidem condidit, 655, 51.
Eumelus, Εὔμηλος, Alcestidis, Pelia natæ, filius, 37, 54. Ejus in Thessalia ditio, 374, § 15 *et in sqq.* (*p.* 436, 439, 442, 443 *ed. Casaub.*).
Eumenes, Εὐμένης, ab Antigono deficiens, thesauros Quindis asservatos abstulit, 573, 42. In Noris cast. obsessus est, 460, 23.
Eumenes I, frater Attali et Philetæri, a quo Pergamum hæreditario jure accepit; vicina loca in potestate habuit; ad Sardes vicit Antiochum Seleuci filium; regnavit per 22 annos; successit Attalus I, 533, 25.
Eumenes II, Attali I et Apollonidis f., frater Attali II, Philetæri et Athenæi, patri successit, 533, 36. Romanorum socius in bellis adv. Antiochum M. et Perseum; a Romanis accepit quæ intra Taurum Antiochus possederat; Pergamum urbem amplificavit; Nicephorium luco ornavit; bibliothecam collegit; regnavit 49 annos; e Stratonice, Ariarathis f., pater Attali III; tutorem filii constituit Attalum II fratrem, 533, 39. Bello Antiochico Telmessum a Romanis accepit, 568, 1.
Eumenis lucus, Εὐμένους ἄλσος, ad oram Troglodyticam sinus Arabici, 657, 2.
Eumenia, Εὐμένεια (*Ishekli*), Phrygiæ M. urbs, 494, 1.
Eumolpus, Εὔμολπος, Thrax, a musicæ studio nomen habet, 404, 45. Thracum dux Atticam occupavit, 266, 49; ab Ione victus est, 329, 16.
Euneus, Εὔνεως, Iasonis filius, Lemni rex, ab Homero memoratus, 38, 50; 37, 42. Cf. 34, 26.
Eunomus, Εὔνομος, Locrensis citharœdus; ejus cum Aristone Rhegino certamen; statua ab eo posita, 216, 36.
Eunosti portus, Εὐνόστου λιμήν, Alexandriæ, 673, 24; 675, 45.
Euonymus, Εὐώνυμος, una Liparæorum inss.; unde nomen habeat, 230, 3 et 11.
Eunus, Εὔνους, servorum dux, in Enna quam occupaverat obsessus, 226, 26; 227, 1.
Eupalium, Εὐπάλιον (ruinæ in *Marathia* oppidi planitie, sec. conject. Leakei), Locrorum Ozolarum opp., 366, 39; 387, 14.
Eupator. V. Mithridates.
Eupatoria, Εὐπατορία, in Ponto Phanarœæ urbs ad Lyci et Iridis confluentes, a conditore dicta; a Pompeio aucta et Magnopolis denominata, 476, 35.
Eupatorium, Εὐπατόριον (ad *Inkerman*), e regione Chersonis urbis, in boreali latere Ctenuntis portus, castellum a Diophanto conditum; qui a Scythis ibi obsessus, aggere per fauces Ctenuntis ducto castellum cum Chersoneso urbe conjunxit, 259, 9.
Euphorio, Εὐφορίων, laudatur, 312, 42; 484, 50; 581, 5.
Euphorio Chersonesites. V. Euphronius.
Euphrantas turris, Εὐφράντας πύργος (*Kasr Safran*), ad Syrtin majorem; Carthaginiensis regionis et Cyrenaicæ Ptolemæo subditæ limes, 709, 41.
Euphrates, Εὐφράτης. Fontes in Tauri parte septentrionali a Tigridis fontibus 2500 stadia distantes, 447, 6 et 19; ex Abo monte fluit, 452, 31. Cursus ejus, 447, 7; 65, 38; 66, 8; 454, 12; 452, 7; 632. 16. Cum Tigride Mesopotamiam facit, 71, 31; 635, 26; 447, 6 et 19. In Asiæ delineatione Eratosthenica Euphrates occiduum latus tertii sigilli constituit, 65, 37; Euphrates fluvius effusus paludes Chaldæorum facit, 653, 14. Euphrates et Tigris, sec. Onesicritum, in lacum influunt, rursumque egressus Euphrates proprio ostio mari jungitur, 620, 54. Euphratis ab ostiis et Teredone ad Babylonem 3000 stadia sec. Eratosth., 66, 38; 620, 50. Euphratis ostia Susidis terminus sec. Nearchum, 620, 37. Euphratis pons in Commagene, 638, 15. Cf. Zeugma. Sitæ ante Euphratem insulæ, 653, 6. Catarrhactas Euphratis a Persis structas delevit Alexander, 630, 11. Idem fossarum Euphratis curam habuit, 630, 15. Euphrates ad Semiramidis murum a Tigri et Opi vico distat ad 200 stadia, 67, 1. Τὸ ζεῦγμα τοῦ Εὐφράτου τὸ παλαιὸν prope Thapsacum. Inde usque ad Tigrim, quo loco Alexander transiit, stadia 2400 sec. Eratosthenem, 635, 33. Hæc est maxima fluviorum distantia; minima est circa Seleuciam, 200 stadiorum, 635, 36. Euphrates Parthici imperii finis, 637, 15.
Euphronius (Euphorio Chersonesita dicitur apud Hephæstionem De metr. 15, 59), Priapeiorum scriptor, 328, 22.
Euripides poeta Anaxagoram audivit, 551, 31. Ejus errores quidam geographici in Messeniæ descriptione, 315, 3; alius error, 526, 43. Versus de solo Laconiæ et Messeniæ (fr. 452), 314, 43. Urbium nomina Argos et Mycenas promiscue adhibet, 324, 31. Laudatur de Corintho

Digitized by Google

urbe, 326, 3; de Teuthrante, Auge et Telepho, 526, 11. Citatur ejus Æolus fabula, 306, 29; Archelaus fab., 184, 32. In Baccharum prologo (v. 13 *sqq.*) pessimum se geographum ostendit, 22, 20 et 42; 586, 12. In eadem fabula (v. 55 *sqq.*, 74 *sqq.*, 120 *sqq.*) et in Palamede ritus Phrygios, Lydios et Creticos miscet, 403, 10. Laudatur (in *Cresphonte*), 445, 47; (in *Hecub.* 1), 572, 18; (in *Ione* 594), 306, 15; (*Iph. Taur.* 508, *Orest.* 98; 10f.), 324, 31; (in *Phaethonte*), 28, 4; (*Phæniss.* 422,) 356, 32; (*Phæniss.* 36), 648, 36; (in *Rhadamantho*), 306, 18; (*Troad.* 26), 427, 43; (in incert. fab.) 152, 25; 319, 27.

Euripus Chalcidicus, εὔριπος ὁ Χαλκιδικός, ponte junctus; utrinque turris imminet; maris ibi reciprocationes, 346, 27. Ad eum Salganeus occisus, 8, 35. Ab eo ad Peneum navigatio, 380, 53. Alia de eo vid. p. 30, 19; 50, 17; 344, 21; 382, 9. Cf. Chalcis (*p.* 10, 36, 55, 403, 429, 443, 445, 446, 493 *ed. Casaub.*). — Euripus Pyrrhæus. V. Pyrrha. — Euripi cur sint fluxuosi, 45, 45.

Euromus, Εὔρωμος, opp. Cariæ non longe a Mileto, 543, 20; 562, 22. (Templi ruinas quæ ab Alabanda occasum et boream versus sunt, ad Euromum pertinere opinatur Leakeus.)

Europa, Εὐρώπη, ab Asia dirimitur Tanai vel isthmo Caspio, 54, 30; 104, 44. Europa πολυσχήμων, καὶ πρὸς ἀρετὴν ἀνδρῶν εὐφυεστάτη καὶ πολιτειῶν καὶ ταῖς ἄλλαις πλεῖστον μεταδεδωκυῖα τῶν οἰκείων ἀγαθῶν, 104, 45: cf. 100, 37. Europæ longitudo minor est quam conjuncta Asiæ et Africæ longitudo, sec. Polybium, qui in definienda hac re non recte egit, 88, 30 et 89, § 7. Maxima Europæ promontoria Eratosthenes tria, Polybius quinque, alii sex distinguunt, 89, § 8. Regiones Europæ strictim delineantur, 105, § 27 sqq. Tota est habitabilis præter partem exiguam Hamaxœcis conterminam, 104, 48; soli ratione et incolarum copia et indole præstat, 105, 18. Fructus fert optimos; metalla habet; pecore abundat; feras alit paucas; odoratas res et gemmas extrinsecus petit, 105, 26. Regiones septentrionales usque ad Istrum aperuit Alexandri M. expeditio, 11, 40. Occidua omnia usque ad Albim fl., qui Germaniam in duas partes dividit, et quæ trans Istrum sunt usque ad Tyram fl., Romani aperuerunt, 11, 41. Quæ sunt inde a Tyra fluvio usque ad Mœotidem paludem Mithridates Eupator nota reddidit, 11, 45. Europa a Libya longissimo intervallo per Tyrrhenum mare non amplius 3000 stadiis distat, sec. Polybium, 86, 52; quod falsum est, 87, 45. Europæ oram a Gadibus usque ad Tanaim peragrasse se dicit Pytheas, 86, 10. Ab Europa ad Libyam pertinet tænia quædam submarina, quæ olim supra mare exstabat, 41, 41. (*Alia loca sat multa quibus Europæ nomen occurrit, lubens prætermisi. Vide, sis*, p. 14, 34, 57, 64, 92, 104, 109, 115, 122, 123, 124, 125, 126, 127, 128, 129, 137, 289, 295, 302, 410, 319, 332, 372, 491, 507, 510, 554, 572, 591, 594, 680, 686, 824, 832, 839 *ed. Casaub.*)

Europus, Εὔρωπος (*Elassoniliko* vel *Xeraghi*), Thessaliæ fl., quem Homerus Titaresium vocat, 378, 45; e Titario monte in Peneum influit, 276, 8.

Europus, Εὔρωπος, Epiri urbs in Æthicum regione inque eodem tractu in quo sunt Alalcomenæ et Æginium, 272, 16. De situ certius non constat.

Eurotas, Εὐρώτας, Laconicæ fl. Ejus et Alphei fontes vicini sunt ad Aseam vicum, 295, 1. Terram subiens Eurotas rursus erumpit in Bleminatide regione; præter Spartam labitur, Heloticam vallem peragrat, inter Gythium et Acræa in mare effluit, 295, 6; 228, 46. Ejus ostium, 312, 15.

Εὖρος ventus quis? 23, 47; 24, 11. In mari inter Hispaniam et Italiam sito statis vicibus flat, 119, 26.

Eurycles, Εὐρύκλεια, statua, Thrasonis opus, 547, 41.

Eurycles, Εὐρυκλῆς, Lacedæmonis princeps, Cæsaris amicitia abusus turbas quasdam excitavit; ejus filius, 314, 14. Eurycles Cythera insulam privatim possedit, 312, 5.

Eurycydeus lucus, Εὐρυκύδειον ἄλσος, Triphyliæ in ora, 297, 47.

Eurydice, Εὐρυδίκη, Arrhabæi neptis, Sirrhæ filia, mater Philippi Amyntæ, 271, 31.

Eurylochus Thessalus Crisam delevit, 359, 30. Sub Eurylocho Amphictyones Pythia instituerunt, 361, 29.

Eurylochus, Εὐρύλοχος, Cychridem serpentem e Salamine ins. expulit, 338, 19.

Eurymedon, Εὐρυμέδων, Atheniensium dux, 308, 41.

Eurymedon, Εὐρυμέδων (*Kapri-Su*), Pamphyliæ fl., cui Aspendus adjacet, 569, 49. E Selgicis montibus oritur, 489, 15.

Eurypon, Εὐρυπῶν, Proclis f., rex justus, de quo Eurypontidæ dicti sunt, 314, 30.

Eurypylus, Telephi f.; ejus ditio Trojana ab Achille vastata, ipseque a Neoptolemo interfectus, 500, 12. Ditio ejus ad Caicum sita, 526, 26; 530, 16, Lyrnessidi finitima, 551, 36.

Eurypylus, Euæmonis f., qui successit et patri et Amyntori patruo, quum Phœnix, Amyntoris f., exsul abscesserit, 377, 5. Ejus in Thessalia ditio, 376, § 18; 371, 25; 372, 43; 374, 15.

Eurysthenes, Εὐρυσθένης, et Procles Laconicam obtinuerunt, 334, 50; quam in sex partes diviserunt, 313, 8. Reipublicæ Spartanæ auctores esse ab Hellanico perhibentur perperam, 314, 22. Eurysthenes Agidis pater, 313, 22.

Eurystheus, Εὐρυσθεύς, Sthenelo successit; contra Herculis filios et Iolaum eorumque socios Athenienses expeditione suscepta, ad Marathonem cecidit; corpus sepultum in Gargetto, caput Tricorythi, ubi locus vocatur Eurysthei caput, 324, 18.

Eurytanes, Εὐρυτᾶνες, Ætoliæ gens, 385, 5; 387, 32; 400, 2.

Eurytus, Εὔρυτος, Œchaliensis, 291, 25. Vid. Œchalia.

Eusebia, Εὐσέβεια ἡ πρὸς τῷ Ταύρῳ, i. q. Tyana, 460, 40.

Eusebia, Εὐσέβεια ἡ πρὸς τῷ Ἀργαίῳ, i. q. Mazaca, 461, 3.

Euthydemus, Εὐθύδημος, præfectus Bactrianam ad defectionem pertraxit, 441, 39. Demetrii pater, Bactriæ rex, 443, 5.

Euthydemus, Mylasensis orator, in patria et in tota Asia eximium honorem consecutus, 562, 54. Hybreæ de eo dictum, 563, 18.

Euthymus, Εὔθυμος, pugil; ejus certamen aliquod, 212, 43.

Eutresis, Εὔτρησις, ab Homero memoratus pagus Thespiensium; ubi Zethus et Amphion habitarunt, 353, 12.

Euxinus Pontus. V. Pontus.

Euxynthetus, Εὐξύνθετος, Cretensis e Lebene, 411, 10.

Exitanorum urbs, Ἐξιτανῶν πόλις (Σέξ Ptol., *Sexi* Plin., *Hexi* Mela; hod. *Motril*), Hispaniæ urbs in Bastetaniæ ora inter Malacam et Abdera sita, 180, 13. Ad eam appulerunt Tyrii urbem condere ad Herculis columnas jussi, 141, 6.

Extispiciorum ratio apud Lusitanos, 128, 16.

F.

Faba Ægyptia et fabeta, 679, 37; 698, 51; ad Acesinen, 593, 43.

Fabius Maximus Tarentum cepit ex eaque urbe Herculis colossum Romam abstulit, 231, 26.

Digitized by Google

Fabius Q. Maximus Æmilianus contra Arvernos et Bituitum pugnavit ad Isaræ et Rhodani confluentes, ibique Martis et Herculis templa construxit, 154, 13; 159, 5.
Fabius Pictor Romanos nonnisi post devictos Sabinos divitias sentire cœpisse ait, 190, 29.
Fabrateria, Φαβρατερία (*S. Giovanni in Carico*), Latii opp. ad viam Latinam et Trerum fluvium, 197, 46.
Fabulæ. Ἡ μυθοποιία καταστρέφει εἰς τὸ κοινωνικὸν καὶ τὸ πολιτικὸν τοῦ βίου σχῆμα καὶ τὴν τῶν ὄντων ἱστορίαν, 16, 20. Τοῦ μύθου τὸ τέλος ἡδονὴ καὶ ἔκπληξις, 20, 47. Fabulæ veris seu argento aurum circumfunduntur demulcendi causa, 16, 33. Universa prisca theologia fabulis constat, 16, 17. Fabulosæ gentes apud poetas et historicos non ignoratione veri memorantur, sed delectationis causa finguntur, 36, 1 *sqq*. Scite admodum fabulæ ab Homero tractantur, 15, 25. Non poetæ modo, sed etiam legislatores eas probant. Blandimentis earum discendi amor pueris et vulgo ingeneratur, 15, 32. Inest fabulis exhortandi et deterrendi facultas, προτροπὴ καὶ ἀποτροπή, præsertim apud indoctam multitudinem, 15, 53.
Fabulosæ gentes apud Homerum, Hesiodum, Alcmanem, Æschylum, alios, 36, 1 *sqq*., apud Indicôn scriptores, 58, 45.
Falerii sive Falisci, Φαλέριοι [οἱ] καὶ Φαλίσκοι (sic leg. videtur) (*Sta Maria di Falleri*), opp. Etruriæ, 188, 20. Nonnulli aiunt Falerios non Etruscæ esse sed peculiaris gentis, Faliscorum sc.; alii dicunt esse etiam Faliscos urbem, cujus incolæ peculiarem linguam habeant; alii denique Æquum Faliscum memorant inter Romam et Ocriculos sitam urbem (quam a monte in planitiem descendere jussi Falisci struxerant), 128, 25 *sqq*.
Falernum Campaniæ vinum, 202, 33.
Falisci. Faliscum. Vid. Falerii.
Fanum Fortunæ, Ἱερὸν τῆς Τύχης (*Fano*), Umbriæ locus, 189, 13.
Fasces Tarquiniis Romam translatæ, 183, 14.
Faustulus bubulcus Romulum et Remum infantes enutrivit, 191, 28.
Faventia, Φαουεντία (*Faenza*), Galliæ Cispadanæ opp., 180, 35.
Favonius ventus apud Homerum, 2, 22.
Feles Ægypti, 699, 17; ab omnibus Ægyptiis coluntur, 690, 20. Felibus Libycis ad cuniculos venandos in Hispania utuntur, 120, 4.
Feminæ apud Ægyptios exscinduntur, 699, 43.
Feræ in Europa perpaucæ, 105, 30. Feræ apud Venetos in lucis Dianæ et Junonis mansuescere dicuntur, 179, 18.
Ferentinum, Φερεντῖνον (*Ferentino*), Latii oppidum ad viam Latinam, 197, 45.
Ferentinum, Φερεντῖνον (*Ferento*), Etruriæ oppidum, 188, 20.
Feronia, Φερωνία (*Civitucola*), Etruriæ urbs sub Soracte monte cum luco Feroniæ deæ; solennis ibi conventus; cultus deæ mirabilia quædam habet, 188, 30.
Ferri metalla in Colchide, 38, 16; ad Dianium et Hemeroscopium Hispaniæ, 132, 4; apud Petrocorios et Bituriges Cubos Galliæ, 158, 36; in Britannia, 166, 24; in Norico ad Norejam, 178, 46; in Æthalia insula, 186, 23; apud Chalybes sive Chaldæos Ponticos, 470, 34; in Meroe ins., 697, 44. Cf. Metalla.
Festi, Φῆστοι, locus inter quintum et sextum a Roma lapidem miliarium; quousque olim ager Romanus pertinuit, 191, 46.
Festorum numerus ingens apud Tarentinos, 233, 7.
Ficus. V. Sub Ficum portus.
Ficus Antiochiæ ad Mæandrum, 539, 4; Hyrcaniæ 60, 45; 436, 27; Hispaniæ, 136, 10; Galliæ meridionalis, 147, 44.
Fidenæ, Φιδῆναι (*Castel Giubileo*), Sabinorum urbs, a Romanis deleta, 188, 25; 191, 41.
Figuli rota, Anacharsidis inventum, sec. Ephorum, 251, 38.
Fimbria quæstor Valerium Flaccum consulem interfecit; Ilium expugnavit, 508, 31. A Sulla e medio sublatus, *ib*.
Firmum Picenum, Φίρμον Πικηνόν (*Permo*), ejusque navale, 201, 4.
Flaminia via. V. Flaminus Nepos.
Flamininus (T. Q). ad Cynoscephalas Philippum vicit, 379, 30.
Flaminius ab Hannibale ad lacum Trasimenum victus, 189, 1.
Flaminius (C.) (Nepos) Marci Æmiliani Lepidi in consulatu collega (an. 197), devictis Liguribus, Flaminiam viam stravit a Roma per Etruriam et Umbriam usque ad Ariminum, 181, 15. (Sec. Livium, Flaminius consul an. 187 viam Bononia Arretium stravit. Via a Strabone memorata ad Flaminium pertinet qui censor fuit an. 220 et in prœlio ad Trasimenum cecidit.)
Flaminius (F.), Siciliæ prætor, 230, 24.
Fluvii qui pluvialibus aquis implentur, ab Homero διιπετεῖς vocantur, 20, 23. Fluvii in Asia per magnam siccitatem defecerunt tempore Artaxerxis, 41, 26. Pontum Euxinum et Nostrum mare adeo fluviorum aquæ opplerunt, ut per Bosporum et fretum Gaditanum erumperent, 30, 23. Fluvii declivi alveo labentes non possunt cum mari comparari, cujus nulla est declivitas; 43, 45. Fluvii post terræ motum per aliquot dies aqua carentes vel cursum mutantes, 50, 37. Fluvii terram subeuntes rursumque emergentes, 228, 35. Cf. Metaurus, Orontes, Tigris, Nilus, Erasinus, Eurotas, Alpheus, Ladon. — Cur boum forma fluvii repræsentari soleant, 394, 10. Auriferi fluvii. V. Aurum.
Fluxus et refluxus mare purgat, aliena quævis, ut cœnum, cadavera et naufragiorum rudera, ejiciens, 44, 39. Fluxus, qui in fretis obtinet, secundum Eratosthenem ex inæquali maris superficie explicandus est, 45, 45. In freto Siculo respondet fluxui et refluxui Oceani, 45, 49. De fluxu et refluxu fusius exposuerunt Posidonius et Athenodorus, 46, 8. Cf. Mare et Oceanus.
Fœnicularius campus, Μαραθών, Hispaniæ inter Tarraconem et Veteres; per eum via militaris transit, 133, 17. (Cf. Cicero ad Att. 12, 8.)
Fœniculum, μάραθον, Hispaniæ, 133, 19. Fœniculum equinum, ἱππομάραθον, Mauretaniæ, 701, 54.
Fomites, Anacharsidis inventum, 251, 38.
Fontes fœtentes ad Leucam Iapygiæ, 233, 50. Fontes aquæ dulcis in mari prope Aradum insulam, 641, 42. Scamandri fontes duo, quorum alter calidus, alter frigidus, 48, 42 (Cf. Scamander). Fluminum fontes terræ motu siccati, 50, 47. Fons memorabilis in Herculis templo Gaditano, qui exundante mari deficit, defluente autem impletur. De causa hujus rei sententiæ Polybii et Posidonii, 143, 10. Stygiæ aquæ fons ad Avernum, 203, 46. Ilissi fons a Platone celebratus, 343, 34; Cephissi Attici fons, 342, 30; 364, 7. Nedæ fons in Lycæo Arcadico a Rhea Jovem pariente lavacrorum causa apertus, 299, 30. Azaritius Bithyniæ fons parvos crocodilos alens, 482, 23. Duriæ et Druentiæ fontes in Alpibus, 169, 41. Æa fons ad Amydonem, 278, 15. Fucini lacus et Amemani fl. fontes deficientes et rursum scaturientes, 200, 19; similis fons ad Branchidarum oraculum, 691, 38. Fons aquam rubram minii colore in mare emittens, 682, 47. Olei fons ad Ochum, 444, 20. Fons fœtens ad Ta-

Digitized by Google

phiassum, 366, 34. In Memnonio Abydi fons, 690, 25. Salmacis fons Halicarnassi, 560, 25. Fons Ephesi, Thrasonis opus, 547, 40. Cf. Hippocrene, Sybaris, Inachus, Arethusa, Nilus etc., Bitumen.

Formiæ, Φορμίαι, prius Ὁρμίαι dictæ διὰ τὸ εὔορμον, Latii opp. ad viam Appiam, a Laconibus conditum, 194, 25 et 33 (hod. *Mola di Gaeta*).

Formicæ aurum effodientes, χρυσωρύχοι, in India apud Derbas, 58, 50; 598, 47; 601, § 44; quarum nonnullas alatas esse ferunt, 611, 32.

Fortunæ fanum, Umbriæ opp., 189, 13.

Fortunæ templum Romæ a Lucullo dedicatum, 327, 43.

Fortunata insula vocabatur Erythia, sec. Eratosthenem, 123, 11.

Fortunatæ inss. ante Maurusiæ fines occiduos sitæ, 2, 31; 124, 51.

Foruli, οἱ Φόρουλοι (*Civita Tommasa*), Sabinorum vicus, saxa ad rebellionem quam ad habitationem aptiora, 190, 10.

Forum Cornelium, Φόρον Κορνήλιον (*Imola*), Galliæ Cispadanæ opp., 180, 34.

Forum Flaminium, Φόρον Φλαμίνιον, Umbriæ opp., 189, 38 (Ruinæ in loco qui vocatur *Giovanni*.)

Forum Julium, Φόρον Ἰούλιον (*Fréjus*), Massiliensium opp., navale Augusti Cæsaris, inter Olbiam et Antipolin situm, a Massilia 600 stadia distans, 152, 54; portum habet memorabilem, 153, 33.

Forum Sempronii, Φόρον Σεμπρώνιον (*Fossombrone*), Umbriæ opp., 189, 40.

Fossiles mugiles ad Ruscinonem in Gallia, 151, 11. Fossiles sales. V. Sales.

Fregellæ, Φρεγέλλαι (ad sinistram Liris ripam, e regione hodierni oppidi *Ceprano*), Latii nunc vicus, olim urbs celebris, allarumque caput, quarum incolæ nunc fori frequentandi et sacrificiorum causa eo conveniunt. Præterfluit Liris fl. Urbs ob rebellionem excisa, 198, 9 et 26.

Fregenæ, Φρεγῆνα (*Torre di Maccarese*), in Etruriæ ora opp. inter Pyrgos et Ostiam, 188, 3 et 16.

Frentani, Φρεντανοί, Picenis finitimi, Samnitica gens, 201, 15; a Pelignis dirimuntur Sagro fluvio, 201, 49. Eorum navale Orton, oppidum Buca, 201, 44. Cf. 235, 30; 237, 21.

Freta cur sint fluxuosa, 45, 15. Eorum fluxus et refluxus non idem est ubique, alius in freto Siculo, alius in Chalcidico, nullus in Byzantio, 46, 13. Ceterum vide Siculum fretum, Chalcidicum, Columnarum, etc.

Frigus maximum in locis circa Borysthenem et Mæotidem, 255, 5; 61, 30.

Frumenta Galliæ, 147, 46; Turdetaniæ, 119, 23; Britanniæ, 166, 23; Siciliæ, 227, 13; Chersonesi Tauricæ, 258, 31; Hyrcaniæ, 436, 28; 60, 47.

Frusino, Φρουσίνων (*Frusinone*), Latii opp. ad viam Latinam, Cosa amni alluitur, 197, 45.

Fucinus lacus (*Lago Fucino*, *Lago di Celano*), cui Alba adjacet; aqua lacus modo surgit modo subsidet, 201, 11. Inde aqua Marcia Romam fluit, 200, 22.

Fundæ, Ætolorum inventum, 307, 21. Fundæ Gallorum, 163, 45; earum genera tria apud Balearidum incolas, funditores optimos, 139, 29.

Fundi, Φοῦνδοι (*Fondi*), Latii opp. in via Appia. Vinum Fundanum, 195, 1.

Furiarum vestitus similis ei quo Cassiteridum inss. incolæ utuntur, 145, 50.

G.

Gabæ, Persidis locus, ubi regia erat, τὰ ἐν Γάβαις βασίλεια, 620, 4. Situs accuratius non definitur. Ptolemæo duce Mannertus Gabas componit cum *Darab*; Reichardus intelligi vult *Kabadan* prope *Firuzabad*.

Gabala, τὰ Γάβαλα, Seleucidis in Syria opp. maritimum, 641, 31 (*Gabulo*, *Gibellum* *Gibel* ap. medii ævi scriptt. latinos; *Dchablat* ap. Abulfedam; *Djebele* vel *Djebili*, ap. Edrisium; hod. *Dcheblah*).

Gabales, Γαβαλεῖς (*les hab. du Gévaudan*), Galliæ gens Narbonensi pr. propinqua, Aquitanis annumerantur 158, 35. Argenti metalla habent, 158, 39.

Gabiane, ἡ Γαβιανή, Elymaidis provincia, 634, 19.

Gabii, Γάβιοι (*Castiglione*), Latii urbs inter Latinam viam et Valeriam sita, in via Prænestina; utilissimas Romæ lapicidinas habet; distantia a Roma et Præneste, 198, 18. Gabini lapidis secturæ in Anienis valle, 198, 44.

Gabinius, vir consularis, Ptolemæum in regnum reducens Archelaum Cleopatræ maritum in pugna occidit, 478, 10 et 22; 677, 9.

Gabinius, Rom. scriptor, in Mauretania describenda fabulis non abstinet. Rei exemplum, 703, 51.

Gabreta silva magna citra sedes Suevorum, ὕλη μεγάλη Γαβρῆτα; trans eam est Hercynius saltus, 243, 15.

Gadaris, Γαδαρίς, in Phœniciæ ora urbs, quam suam fecerunt Judæi, 646, 16.

Gadara, Γάδαρα, Phœniciæ urbs inter Jopen et Azotum, quam Judæi sibi vindicarunt, 646, 1. Hinc oriundi Philodemus Epicureus et Meleager et Menippus ὁ σπουδογέλοιος et Theodorus rhetor, 646, 22. In agro Gadareno, ἐν τῇ Γαδαρίδι, lacus aquæ pessimæ, qua gustata pilos, cornua et ungues pecora amittunt, 650, § 45. [Gadara urbs est vel Gazara, quæ erat ὀχύρωμα ἐπὶ τῶν ὁρίων Ἀζώτου (Maccab. 1, 14, 34; 2, 10, 32. Joseph. Ant. 8, 11), vel *Gat* sive *Gath*, una ex quinque urbibus Pentapoleos Philistæorum. Situs urbis incertior. Quod vero de Gadarenis viris Strabo affert, id pertinet ad Gadara Perææ (*Om Keis*). Eodem referenda sunt quæ de aquis Gadarenis leguntur.]

Gades, τὰ Γάδειρα, insula et urbs Hispaniæ, 106, 37, in eodem parallelo in quo Cnidus urbs, 99, 1; distat a Sacro promontorio ad 2000 stadia, 116, 36; 123, 14, a Tingi 800 stadia, 701, 7; a Bæti 70 mill. pass., 116, 36; a Calpe 750 vel 800 stadia, 116, 6; 140, 15. De Gadium origine narratio Gaditana, 141, § 5. Pherecydes insulam Erytheæ nomine designare videtur, 140, 50. Cf. 122, 54. Secundum alios Erythea est insula Gadibus opposita uniusque stadii freto ab iis divulsa, 140, 44. Quæ de Gadibus exposuit Pytheas, ea repetivit Eratosthenes, 86, 16. Urbis situs, ambitus, incrementa, frequentia; fana Saturni et Herculis, 140, 3; 145, 18; portus; moles portui projecta, 145, 19. Urbs fortitudine incolarum et colenda cum Romanis amicitia insignis, 116, 6; 117, 4. De columnis æreis in Herculis fano, 141, 43. Gadibus Columnas Herculis vindicant Hispani et Afri, 141, 17 et 40. Id vero ferri nequit, 142, 50. Apud Pindarum αἱ Γαδειρίδες πύλαι sunt terminus expeditionis Herculis, 141, 37. Fons memorabilis in fano Herculis; alii urbis putei et cisternæ, 143, 10; 144, 7; 144, 44. Gadibus profectus Libyam circumnavigasse Eudoxus dicitur, 82, 15; διὰ Γαδείρων in Oceanum egressum Menelaum Libyam circumnavigasse putavit Crates, 31, 37. Gadibus commoratus est Posidonius, 114, 44. Ibi Cabiros stellas observari posse aiunt; Posidonius in loco 400 stadia hinc boream versus sito Canobum se vidisse putat; unde de latitudine loci conjecturam fecit, 98, 45. Ad Gades usque Celtas habitare Eratosthenes dixit, 88, 25. Gaditani annuas esse æstus marini vices, easque e lunæ rationibus annuis pendere intellexit, 144, 32. Non multum agri in opposita continente possident, 140, 20. Novam iis urbem et in continente navale struxit Balbus,

Digitized by Google

140, 30 et 39. Pauci Gaditanorum domi desident, 140, 23. In Astam urbem convenire solent, 117, 31. Primi Cassiterides insulas adierunt, 146, 1. Gaditanorum mercatorum de Lotophagis narratio, 130, 34. Οἱ Γαδειρῖται ἔμποροι grandibus navibus utuntur; minoribus autem, quas equos ab insignibus vocant, piscatores ad Lixum usque Maurusiæ fluvium navigant, 82, 3. Gaditana arbor memorabilis, 145, 31 et 41. — Gaditanum fretum. V. Columnæ.

Gadilonitis, ἡ Γαδιλωνῖτις, et ἡ Γαδιλὼν (deb. Γαζηλωνῖτις, Γαζηλών), regio ab Halyis ostiis versus ortum usque ad Saramenam, 468, 28 et 41; partem ejus Amiseni habent, partem Dejotarus a Pompeio accepit, *ib.*

Gæ. ataæ. Γαιρᾶται, Gallica gens, olim ad Pavum habitarunt, postea deleti sunt, 177, 18; 180, 4.

Gætuli, Γαίτουλοι, maxima Libyæ gens, a Mauritania versus Libyæ mediterranea sitam regionem tenent, 701, 20; 108, 35; supra Massæsylios, 704, 25. Eorum pars supra Syrtin est, 108, 39. Inter Gætuliam et nostram oram interjacent campi et montes et magni lacus et flumina, quorum quædam in terram demersa evanescunt, 709, 11; 711, 45; usque ad Gætuliæ montana pertingit terra Libophœnicum, 709, 5. Supra Gætuliam est Garamantum regio, 709, 7.

Galabrii, Γαλάβριοι, Dardaniæ gens, apud quos urbs est antiqua, 262, 34.

Galactophagi, Γαλακτοφάγοι, i. e. Scythæ nomades Thracibus contermini, ap. Homerum una cum Mysis memorantur, 246, 5; 249, 40; 258, 39; 3, 27; 474, 18. Mentionem eorum fecit Hesiodus in Γῆς περιόδῳ, 251, 24.

Galatæ, Galatia. Γαλάται, Γαλατία, sive Γαλλογραικοί, Γαλλογραικία. Galatæ Attalicorum Bithynorumque ditionem incursionibus vexantes, tandem ab iis acceperunt eam terram quæ nunc Gallatia et Gallogræcia vocatur, 485, 23. Partem Phrygiæ Magnæ occuparunt, 489, 31; 155, 43, 107, 25. Ilium occuparunt, sed mox reliquerunt, 508, 25. Galatiæ sive Gallogræciæ descriptio, 485, *cap.* 5. Galatarum gentes tres, tetrarchiæ duodecim; tetrarcharum concilium; ejus jurisdictio; constitutionis hujus mutationes, 485, 19. Singularum gentium ditiones et oppida, 485, § 2 sq. Galatas Attalus I prœlio vicit, 533, 32. Galatiam Pompejus post victum Mithridatem attribuit iis qui e tetrarcharum stirpe erant, 463, 41. Cf. Gallia.

Galatæ Tolistobogii, 468, 38.

Galeæ Lusitanorum, 128, 9.

Galeotæ pisces, qui etiam ξιφίαι et κύνες vocantur, in freto Siculo vorant thynnos. Ipsi capiuntur ad Scyllæum. Venationis ratio. Hinc explicanda fabula de Scylla pisces captante, 19, 49-20, 33.

Galepsus, Γαληψός (*Macala*, ut videtur), urbs Macedoniæ ad Strymonium sinum, 279, 50; a Philippo eversa, 280, 44; 281, 42.

Galilæa, Γαλιλαία, Judææ regio, cujus incolæ e variis gentibus mixti, 647, 25; 649, 36.

Gallesius mons, Γαλλήσιον ὄρος, inter Ephesum et Colophonem, 548, 42.

Galli eunuchi, Γάλλοι ἀπόκοποι, 538, 32.

Galli. Gallia, ἡ Κελτική. Eam parum norunt Eratosthenes, Timosthenes et his antiquiores, 77, 23. Eratosthenes Gallos, Γαλάτας, in occidua Europa usque ad Gades habitare dixit, 88, 25. Gallis universis Celtarum nomen Græci indidisse videntur a Celtis provinciæ Narbonensis, ob gentis ejus claritatem, conferentibus ad id etiam Massiliensibus, 157, 20. Situs Galliæ et fines, 146, 33; 105 § 28; 113, 26. Galliæ et Hispaniæ limes orientalis ad templum Veneris Pyrenaeæ vel ad Tropæa Pompeji, 148, 18. Arctissima Galliæ pars est isthmus Narbonense mare ab Oceano dirimens; in quo sita est Tolosa; minor ille 3000 stadiis sec. Posidonium, 156, 37; inter 2000 et 3000 stadia medius, 106, 2; minor quam Hispanicus ad Pyrenæos isthmus, 113, 28; 113, 34. A templo Veneris Pyrenaeæ usque ad Antipolin et Varum fl. 273 milia, sec. alios 2600 aut 2800 stadia, 148, 29. Ab Aquitaniæ et Pyrenæorum extremitate occidentali usque ad Rheni ostia 3300 vel 3400 stadia; per totam hanc longitudinem Galliæ prætenditur Britannia. Ab eadem Pyrenæorum parte usque ad Rhenum superiorem circa 5000 stadia esse perhibentur; scilicet Pyrenæi et Rhenus boream versus ad se invicem paullatim inclinare se videntur, 165, 49; 166, 5. In Britanniam trajici solet ab ostiis Rheni, Sequanæ, Ligeris, Garumnæ; trajectus 320 stadiorum, cursu diurno brevior, 166, 11 et 20; 161, 16; 157, 6. — *Gallia transalpina*, ἡ ὑπὲρ τῶν Ἄλπεων Κελτική, sec. Cæsaris Commentarios (147, 14), trifariam divisa est, in Aquitanos, Belgas et Celtas, 146, 24. Augustus eam in quattuor partes divisit (*quas parum distincte et minus recte Strabo definit*). Scilicet Celtas Augustus Narbonensi provinciæ attribuisse dicitur; Aquitaniæ autem ad Garumnam usque pertinenti adjecisse quattuordecim gentes inter Garumnam et Ligerim habitantes; reliquam vero Galliam in duas partes divisisse, quarum alteram Lugduno, alteram Belgis attribueret, 147, 15; Lugdunensis Gallia est regionis inter Ligerim et Rhodanum et Rhenum interjectæ pars superior inde a fontibus Rheni et Rhodani usque ad mediam fere planitiem; pars inferior quæ ad Oceanum vergit a Ligeri usque ad Rhenum est Belgarum, 159, § 1. [Limites Lugdunensis et Belgicæ secundum falsam hanc opinionem accuratius constitui nequeunt, neque ipse Strabo definire eos potuerit. (Ὅσα οἱ ἡγεμόνες πρὸς τοὺς καιροὺς πολιτευόμενοι διατάττουσι ποικίλως, ἀρκεῖ κἂν κεφαλαίῳ τις εἴπῃ, τοῦ δ' ἀκριβοῦς ἄλλοις παραχωρητέον p. 147, 24)]. *Montes:* Pyrene s. Pyrenæi, Cemmenus mons (Cevennæ), Alpes, Luerion, Jurasus, silva Arduenna, Setius, *q. v.* Promontorium apud Osismios (*Cap. S. Mahe*), quod nimis longe in Oceanum Pytheas extendere Straboni videtur, 162, 30. *Fluvii:* Garumna, Liger, Sequana, Rhenus, Rhodanus, Arar, Dubis, Isara, Sulgas, Druentia, Varus, Arauris, Orbis, Atax, Ruscino, Illiberis, *q. v.* Magnam Gallia felicitatis partem debet fluviorum navigabilium in mare exterum internumque exeuntium rationi ad commercia accommodatissimæ, 156, 40; 147, 27. *Insulæ:* Samnitarum mulierum ad Ligerim, Blascon, aliæ complures ante Massaliam, Stœchades quinque, Leron et Planasia, q. v. — *Gentes* Galliæ: Aquitani, quorum minores divisiones sunt supra viginti; ex quibus memorantur Tarbelli et Convenæ. Gentes quattuordecim inter Ligerim et Garumnam habitantes et Aquitaniæ adscriptæ; recensentur tredecim. Pictones, Santones, Bituriges Ubisci (Vivisci), Bituriges Cubi, Petrocorii, Nitiobriges, Cadurci, Ruteni, Lemovices Arverni, Gabales, Helvii, Vellavi. In Narbonensi Gallia sunt Volcæ Tectosages, Volcæ Arecomici; Cavari, Voconii, Allobroges, Centrones, Iconii, Medulli, Tricorii, Catoriges, Albiœci sive Albienses, Salyes, Ligures Deciatæ et Oxybii. In reliqua Gallia: Namnites, Veneti, Osismii, Lexovii, Caleti, Ambiani, Morini, Menapii, Nervii, Eburones, Ubii, Treveri, Mediomatrices, Tribocci, (Helvetii,) Sequani, Segusiani, Ædui, Lingones, Senones, Carnutes, Parisii, Meldi, Bellovaci, Suessiones, Remi. *Vide sub suo quosque nomine.* Gallicæ gentes multæ in Alpibus, 106, 12. Prausi, de quibus Brennus Prausius vocatur, ubinam habitaverint, non liquet, 156; Galliæ Cisalpinæ gentes, Boii, Insubres, Senones, Gæzatæ, etc., 170, § 6 et 7; 176, 26, 177, 4; 180, 3. Galli Illyriis

Digitized by Google

mixti in Iapodia, 172, 42; 260, 39. Thracibus mixti Boii, Scordisci, Taurisci, 246, 10, quos delevit Getarum rex Bœrebistas, 252, 27. Gallicæ gentes, Trocmii, Tolistoboii, Tectosages Phrygiæ partem occuparunt, 155, 43 (V. Galatæ). E Galliæ Venetis oriundi Veneti Italici; similiter Boii et Senones transalpini, 162, 21. *Urbes* vel *oppida* memorantur in *Narbonensi:* Tolosa, Illiberis, Ruscino, Narbo, Beterræ, Agatha, Nemausus, Ugernum, Vindalum, Arelate, Tarasco, Aquæ Sextiæ, Massilia, Tauroëis, Albia, Forum Julii, portus Oxybiorum, Antipolis; Caballio, Avenio, Arausio, Æria (Vasio?), Ebudodunum, Brigantium, Scingomagus, Vienna. In *Aquitania:* Burdigala, Lugdunum Convenarum, Aquæ Onesimæ, Mediolanum, Nemossus, Gergovia. In *Lugdunensi et Belgica:* Lugdunum Segusianorum, Bibracta, Alesia, Cenabum sive Genabum, Corbilo, Duorum corvorum portus, Lutotocia, Durocortora, Itium, *q. v.* — Via per Galliam ex Hispania in Italiam ducens duplex, altera juxta oram, altera per Alpes, 155, 16 28. Viæ ex Italia per Pœninas Alpes Lugdunum ducentes, et ab hac quasi arce viæ ab Agrippa ductæ in Aquitaniam, ad Rhenum, ad Oceanum per Bellovacos, ad Narbonensem Galliam et litus Massiliense, 173, 14. Via per Pœninas Alpes in Helvetiam, hinc per Jurasum ad Sequanos et Lingones, apud quos ita bifurcatur, ut altera sit ad Rhenum, altera ad Oceanum, 173, 27. *Proventus:* Gallia Narbonensis eadem quæ Italia fructuum genera fert; cum Cemmeno monte regio ficum et olivam producens desinit; in sequente versus boream tractu etiam vitis ægre ad maturitatem pervenit; sed copia est frumenti, milii, glandium pecorumque, 147, 42. Fœcundissimum tractum Rhodanus perfluit, 147, 41. Sues Gallia nutrit præstantes, 163, 52; plurimum salsamenti Italiæ suppeditat, 164, 3; in Gallia arbor quædam ficui similis, quæ fructum edere perhibetur forma capituli columnæ Corinthiacæ, 165, 31. Auri metalla in Cemmeno monte et sub Pyrenen, 121, 19. — *Gallorum indoles et instituta:* A reliquis Gallis lingua et corporibus differunt Aquitani Hispanis similiores, 157, 32; 146, 27. Celtæ et Belgæ non eodem prorsus sermone nec eadem vitæ et reipublicæ ratione utuntur, 146, 27. Galli bello quam agricultura meliores, 147, 51; equitatu quam peditatu præstantiores, 163, 20; similes iis Germani et Britanni, 163, 2 et 33; 240, 38. Germani sunt quasi genuini Galli, 241, 1; Galli sunt mavortii, ad pugnam promti, feroces, ceterum ingenio simplici, 162, 34; 164, 32; adeo ut ad utilia facile adducantur, 162, 43; a pugna redeuntes capita hostium de collis equorum suspendunt; reportata vestibulis ædium affigunt, 164, 40; sin ducum sunt capita, cedrino ea inungunt, 164, 46; arrogantes sunt, ornatus studiosi, 164, 33; leves, 164, 37; contentiosi, 165, 36; de ratione qua controversias ad Duorum corvorum portum dirimere soleant, fabula, 165, 26; obesitatem cavent, 165, 42; flore ætatis abuti non turpe adolescentibus, 165, 36; virorum et mulierum officia ratione Romanorum moribus contraria sunt distributa, 164, 16; mulieres fœcundæ, educatrices bonæ, 147, 50. Humi decumbunt Galli, 136, 20; in toris sedentes cibum sumunt; cibus iis quinam? 163, 50. Vestitus, 163, 35; arma, 163, 41. Nonnulli essedis ad bella utuntur, 166, 37; nec non canibus tum gallicis tum britannicis, 166, 26; jacula succo lethali inungere dicuntur, 165, 34. Domus Gallorum, 163, 54; respublica, 164, 5; religio; bardi, vates, druidæ, 164, 20; Bacchi cultus in Samnitarum insula, 165, 7. Gallos Cn. Domitius Ænobarbus clade affecit ad Vindalum, 154, 5; et ad Isaræ et Rhodani confluentes Q. Fabius Maximus Æmilianus, 154, 13. Nunc omnes Romanorum jussis parent, 162, 50, qui a barbaris quibusdam moribus eos abduxerunt, 164, 49; minore quam Hispani negotio a Romanis subacti sunt, 163, 11. In humaniora studia magnam apud eos vim exercuit Massilia, 150, 22. Britannorum cum Gallis commercia, 167, 9. A validioribus pressæ Gallorum gentes sæpius emigrarunt, 163, 10; 51, 13.

Gallia Cisalpina, ἡ ἐντὸς Ἄλπεων Κελτική, quibusnam finibus includatur, 175, 49; 176, 14; 174, 37. Longitudo ejus 6300 stadiorum juxta oram et montes (Sumta hæc ex Polybio 2, 14; ubi ab intimo sinu Adriatico usque ad Senam 311 1/2, hinc juxta Apenninum 450 mill. computantur; unde summa 6100 fere stadiorum (6300 Str.) colligitur), latitudo ad 2000 stad., 175, 50. Galliæ Cisalpinæ et priscæ Italiæ terminus initio fuit Æsis fluvius, deinde Rubicon, 181, 23; 189, 14. Regionis præstantia; proventus varii, 181, § 12. Gallia Cisalpina in Cispadanam et Transpadanam distinguitur, 176, 26. Gentes Galliæ Cisalpinæ, 170, § 6 et 7; 176, 26 *sqq.* 177, 4; 180, 3. Iapodes, gens e Gallis et Illyriis mixta, 172, 42; 260, 39. Gallorum Adriæ accolarum ad Alexandrum M. legatio, 250, 40. Galli quando Romam ceperint, 238, 28. In Sabinorum regione prædam amittunt, Cæretanorum armis appetiti, 183, 22.

Galloligures. V. Celtoligyes.

Gallicus sinus, ὁ Γαλατικὸς ἢ Κελτικὸς κόλπος (*Golfe de Gascoyne*), quem Tarbelli accolunt, 158, 15; 113, 33.

Gallicus sinus ad Narbonensem (*Golfe de Lyon*), 158, 15; 105, 10; 113, 33; 87, 47; ad ejus recessum a parallelo per Columnas et Rhodum ducto sunt 2500 stadia, 95, 16. Ex eo in Africam trajectus 5000 stadiorum, 95, 13. Vocatur etiam Massiliensis sinus; pertinet a promontorio ad Massiliam sito (*cap Couronne*) usque ad templum Veneris Pyrenææ. Setio monte et Blascone insula in duas partes dirimitur, quarum major, in quam Rhodanus exit, κατ' ἐξοχὴν Gallicus sinus vocatur, 150, 45.

Gallinas non habet Arabia felix, 653, 46.

Gallinaria silva, ἡ Γαλλιναρία ὕλη; prope Cumas, 203, 13.

Gallus. V. Ælius Gallus.

Gallus, Γάλλος (*Lefke*), fluvius ad Modra in Hellespontica Phrygia ortus in Sangarium influit, 465, 27.

Gamabrivi, Γαμαβρίουοι, inter Chattos et Chattuarios aliasque minores Germaniæ populos recensentur, 241, 48. [Tacitus Germ. 2 memorat *Marsos*, *Gambrivios*, *Suevos*. Aliunde non nota gens; sedes prorsus incerta. Adelung et Wilhelm Gamabrivos non esse diversos a Chamavis, alii vetus nomen Sygambrorum subesse putant; quibus suspicionibus parum proficimus.]

Gambarus, Γάμβαρος, Arabum in Syria princeps, 641, 27.

Gandaris, Γανδαρίς, Indiæ regio, quæ sub Poro erat, trans Acesinen et Hyarotin, 596, 10.

Gandaritis, Γανδαρῖτις, Indiæ regio, quam Choaspes perfluit, 594, 29.

Ganges, ὁ Γάγγης, Indiæ fluvius maximus, ex Emodis montibus ortus ad austrum fertur usque ad Gangem urbem; inde ad ortum convertitur usque ad Palibothra et ostium; crocodilos et delphines nutrit; 612, § 72; influit in eum Œdanes, *ib.*; uno ostio exit, 388, 35. Ad Gangis et (*Erannoboæ*) confluentes sita Palibothra, 598, 32. (588, 35); ad eam urbem adverso fluvio navigatio 6000 stadiorum, 588, 2. Ganges urbs fluvio cognominis, 612, 19. Fluvii latitudo, 598, 27. Raro ad Gangem usque mercatores perveniunt, 585, 19. Alexander M. ad eum usque penetrasse in Cassandri epistola quadam perhibetur; 598, 20. Indi Gangis accolæ, 611, 27.

Ganges urbs ad Gangem fluvium, 612, 19.

Gangitis lapis, γαγγῖτις λίθος, qui serpentes fugat, ad Tigridem in Gordyæorum regione reperitur, 636, 25.

Digitized by Google

Gangra, Γάγγρα (*Kangreh*), cast. et opp. Paphlagoniæ, 481, 51.

Ganymedes, Γανυμήδης, ubi raptus sit, 502, 48.

Garamantes, Γαράμαντες, Libyæ gens, cujus regio est supra Gætuliam sita, eique parallela; hinc Carchedonii lapilli afferuntur, 709, 7. Garamantes ab Æthiopibus oceani accolis absunt decem dierum itinere, ab Ammone quindecim; vitæ ratio 709, 8 et 14; Cf. 711, 47; 712, 3; 108, 34.

Gareathyra, Γαρεάθυρα, Cappadociæ opp., 100 stadia a Coropasso Lycaoniæ distans, 487, 8. (Γαρεάθυρα ortum est ex Γαρσιάουρα, hoc vero ex Γαρσάουρα, *q. v.*)

Garescus, Γαρησκός, opp. Parorbeliæ in Macedonia, 281, 6. (Situs incertus; poni solet ubi nunc est *Manlik*.)

Garescus, Γαρησκός, unum ex oppidis quæ Cassander diruit, incolasque ejus in Thessalonicam conduxit, 277, 36. Novimus Garescum sub Orbelo monte (Ptol. 2, 13, 25); quam h. l. non posse intelligi, utpote longius dissitam, cum Tafelio dixeris, quum Crusidis et Thermæo sinui adjacentia oppida Cassandrum diruisse Strabo referat. Fortasse tamen hoc minus accurate dixit; certe non quadrat in Apolloniam, quæ inter ista erat oppida. De Garesco aliquo Thessalonicæ vicino non constat.

Garganus mons, τὸ Γάργανον ὄρος (*monte Gargano*), in Italia. A Brundusio et Ancona distantia, 236, 19 et 36. Ab eo versus boream sinus est profundus, quem Apuli, qui proprie sic vocantur, accolunt, 237, 6.

Gargara, τὰ Γάργαρα (ad hod. *Tchebni*), Æolidis urbs; 140 stadia ab Asso distans, in promontorio sita ad sinum Adramyttenum, 518, 33 et 51; sec. Hellanicum condita est ab Assiis, ac postea Miletopolitanos accepit, 522, 21; 499, 31. Cf. Gargarum. — Ἡ Γαργαρὶς regio Lelegum erat, 521, 43.

Gargaron, τὸ Γάργαρον ἄκρον, Idæ montis vertex apud Homerum. Etiam nunc ibi Gargarum locum monstrant, de quo Gargara urbs Æolica nomen habere fertur, 499, 29.

Gargarenses, Γαργαρεῖς, ad Caucasum gens, Amazonum finitimi, a quibus monte quodam dirimuntur, 432, 21 et 34. Una cum Amazonibus e Themiscyra huc venerunt; deinde ab iis defecerunt; composito bello communitatem quandam sacrificiorum et prolis causa pacti sunt, 432, 44 et 35.

Gargettus, Γαργηττός, Atticæ pagus, in quo Eurystheus sepultus jacet, 324, 21.

Garindæi, Γαρινδαῖοι, Arabes, quomodo Maranitas adorti sint, 661, 9.

Garmanes, Γαρμᾶνες, Indorum philosophi, 606, 24; 607, § 60.

Garsabora. V. Garsaura.

Garsaura, τὰ Γάρσαυρα vel Γαρσάουρα (codd. Γαρσάουρα 566, 26; Γαρεάθυρα, 487, 8; γὰρ σαύαρα et γὰρ σαύιρα, 460, 28; Γαρσκύρα, 462, 39. Γαρσάβορα, 486, 48.) Cappadociæ κωμόπολις ad Lycaoniæ confinia 120 stadia (sic p. 566, 26; 100 stadia p. 487, 8) a Coropasso, 680 stadia a Mazacis distans; non procul a Garsauris sunt Soatra Lycaoniæ, 566, 26; 487, 8; 460, 28; 462, 39; 486, 48. (Hodie *Ak-Serai*.)

Garsauritis, Γαρσαυρῖτις, una ex 10 Cappadociæ præfecturis, 458, 24.

Garum optimum fit e scombris Scombrariæ ins., 132, 8.

Garumna, V. Garuna.

Garuna, Γαρούνας (vulgo Latinis Garumna), Galliæ fluvius, borealis terminus Aquitanorum, 147, 8; 157, 13 et 33. Garuna et Liger quodammodo paralleli sunt cum Pyrene; cum oceano, Pyrene et Cemmenis montibus aream parallelogrammon includunt, 157, 40. Garuna tribus auctus fluviis inter Bituriges Oiscos (sive Vibiscos) et Santores exit, 157, 44. Per 2000 stadia navigabilis est, 157, 43. Cf. 158, 34. Ab ostio ejus in Britanniam trajiciunt, 166, 14.

Γαστερόχειρες. V. Cyclopes.

Gasys, Γάσυς, Paphlagoniæ vocabulum in Cappadocia obvium, 473, 43.

Gaudus, Γαῦδος (*Gozzo*), insula 80 a Pachyno pr. stadia dissita, 230, 32. Eam esse Calypsûs insulam, ab Homero in Oceano positam, Callimachus censuit, improbante Apollodoro, 37, 23; 248, 51.

Gaugamela, Γαυγάμηλα, Aturiæ pagus, unde nomen habeat; prœlium ibi commissum vulgo ab insigniore loco prœlium ad Arbela vocatur, 628, 11; 66, 13.

Gaza, Γάζα (*Azzah*), Phœniciæ urbs; sub qua portus; urbs ab Alexandro diruta, etiamnum deserta (?); hinc ad Ælana et sinum Arabicum, 1200 stadia, 646, 25. Cf. 654, 21; 644, 2. Gazæi, 638, 8.

Gazaca, Γάζακα, Atropatenorum regia per æstatem, 448, 50. Quodsi Vera urbs a Gazacis recte apud Strabonem distinguitur, eaque ad ruinas *Tachti Souleiman* referenda est, Gazacis vindicandæ sunt aut ruinæ quæ sunt ad *Leiban* vicum aut eæ quæ vocantur *Kalai-Zohak*, ad *Karanga* fl. inter *Spauta* lacum et *Migani* exstantes (v. Ritter. t. 9, p. 770 sqq.).

Gazacene, Γαζακηνή, Cappadociæ regio, 473, 46.

Gazaluitis, Γαζαλουῖτις, Cappadociæ regio, 473, 45. In Gazaluitide et Gazacena multa occurrunt nomina Paphlagonica, 473, 44.

Gazelonitis. V. Gadilonitis.

Gaziura, Γαζίουρα (*Turchal*), antiqua regia nunc deserta in Ponto, quam Iris præterfluit, 469, 14.

Gedrosia, Γεδρωσία, ejus situs, temperies, proventus, imbres æstivi; Alexandri per eam iter, 613, § 3 sq. Gedrosiorum in regiam ab Oris Alexander venit itinere 60 dierum, 615, 33. Gedrosiæ pars mediterranea, 615, 39. Ad occidentem Arii adjacent, 616, 31. Gedrosia parum differt a terra Ichthyophagorum, ut sæpe eam sterilitas opprimat, 618, 25. Gedroseni, Γεδρωσηνοί, 616, 23.

Γηγενεῖς Curetes, 405, 16.

Gela, Γέλα (*Terranova*), Siciliæ urbs nunc non incolitur 226, 41. Geloorum colonia Agrigentum, 226, 12.

Gelæ, Γῆλαι, Scythica gens, ad mare Caspium inter Albanos et Amazones habitantes, 432, 16; 436, 7; 438, 8.

Gelo, Γέλων, Eubœam urbem, ejectis civibus, castellum Syracusarum fecit, 386, 11. Ad eum venit magus quidam, qui se circumnavigasse Libyam dicebat, 81, 18.

Geminæ Indicæ, λίθοι πολυτελεῖς, partim in fluviis repertæ, partim effossæ, ex humore concretæ, ut apud nos crystalli, 81, 37.

Genabum. V. Cenabum.

Genauni, Γένουνοι, gens Illyrica, quæ cum Vindelicis et Noricis ad exterius Alpium latus habitat, 171, 45.

Genetes, ὁ Γενήτης, (*Vona Bouroun*) prom. et fl. Ponti, 469, 53.

Gennesaritis palus, ἡ Γεννησαρῖτις λίμνη, sec. Strabonem est inter Libanum et Antilibanum, 642, 51. Juncus ad eam odoratus, *ib.* Ad eundem lacum pertinent quæ leguntur p. 651, 3 de lacu Judææ, ad quem arbores frugiferæ malis similes sint, qui magnam salsamentorum copiam præbeat, et cui appositæ sint Ταριχέαι (*oppidum non longe Tiberiade situm*).

Genua, Γένουα, Ligurum emporium, a Sabatis 260 stadia distans; ad initium Apennini montis, 168, 6, 168, 41; 169, 30; 175, 96; 180, 3, 181, 1.

Geographia quam maxime cadit in philosophos viros; ac reapse qui primi geographiam attigerunt, philosophi erant, Homerus, Anaximander, Hecataeus, dein Democritus, Eudoxus; postea Dicæarchus, Ephorus, Era-

Digitized by Google

tosthenes, Posidonius p. 1, § 1; 13, 19. Utilitas geographiæ multiplex, *ibid.* De Homero primo geographicæ peritiæ auctore, 1, § 2, et geographica accuratius narrante quam ceteri poetæ qui incongrua componere solent, 22, 15. Anaximander primus tabulam geographicam edidit, et Hecataeus primus scriptum geographicum composuit, 5, 46. Multiplicem geographia sibi postulat rerum cognitionem, præcipue rerum cœlestium et geometriæ, 6, 10; 9, 35, et historiæ naturalis, 7, 2. Ceterum geographus non messori neque fossori scribens mathematica et physica multa pro notis ponere debet, 90, § 1. Major geographiæ pars ad civiles usus pertinet, 7, 35-9, 17. Periplorum auctores mathematica et astronomica perperam negligunt, 11, 6. Geographiæ cognitio magnopere aucta Alexandri M. expeditione, Romanorum Parthorumque imperio; quare Strabo multa quam priores geographi accuratius exponere potuit, 11, 35 sqq.

Geometriæ inventores Ægyptii, 644, 48; 670, 5. Ejus cognitio ad geographiæ studium necessaria, 6, 15.

Georgi, Γεωργοί, peculiari nomine vocantur Scythæ in Chersoneso Taurica agros colentes, quod qui supra eos habitabant, Nomades sunt, 258, 35. Georgi Nomadibus mansuetiores, 259, 1. Cf. Urgi.

Gephyra et Gephyrismi, ἡ Γέφυρα καὶ οἱ Γεφυρισμοί, ad Cephissum Atticæ (in via Sacra), 343, 31.

Gephyræi, Γεφυραῖοι; sic vocantur Tanagræi, 346, 50.

Geræstus, Γεραιστός (*Cap Mandili*), prom. et opp. Euboeæ, 381, 46; 382, 3 et 16; 383, 34. Neptuni in ea urbe templum, 383, 34.

Geranius, Γεράνιος, quidam Elidis Cavæ fl., 292, 6.

Gerena vel Gerenia, τὰ Γέρηνα ἢ ἡ Γερηνία, Messeniæ locus, 303, 35; 249, 1, olim bene habitatus, 295, 10; oppidum Pheris finitimum, 319, 19; secundum nonnullos Enope (h. *Zarnute*) Homerica, 309, 35. Hinc Nestor Γερήνιος, 295, 10; 309, 89. In Gerenia regione fanum Æsculapii Triccæi, 309, 22.

Γερήνιος Nestor unde dictus sit sec. Eleos, 292, 3, sec. Messenios, 292, 9. Cf, 309, 19; 295, 10.

Gerenus, Γέρηνος, locus quidam Elidis Cavæ, 292, 5.

Geres, Γέρης, Bœotus, Teon urbem Ioniæ colonis frequentavit, 541, 11.

Gergitha, τὰ Γέργιθα, olim fuit urbs Troadis, e Gergithibus Cumanis condita, 504, 37; cujus incolæ in Gergitha, ad Caici fontes pagum, transducti sunt, 527, 1.

Gergitha, Γέργιθα, prope Caici fontes pagus, in quem Attalus Gergithios e Troade traduxit, 527, 1.

Gergithes, αἱ Γέργιθες, Cumani agri urbs fuit, cujus colonia Gergitha Troadis; patria Cephalonis.

Gergithium, Γεργίθιον, locus in Lampsacena ditione, vitibus bene consitus, 504, 37.

Gergithium, ad Larissam in agro Cumano locus adhuc exstans, 504, 40.

Gergovia, Γεργοουία, Arvernorum urbs in alto sita; ubi Vercingetorix contra Cæsarem pugnavit, 158, 52. (Ruinæ prope castell. *Montrognon* inter *Perignal*, *Jussat* et *le Crest*, a *Clermont* meridiem et ortum versus.)

Germania, ἡ Γερμανία, et austrina et boreali sui parte magis quam Gallia versus septentriones vergit, 163, 6. Terminat eam Ister fl., 106, 31. Albi fluvio in duas partes dirimitur, 11, 42. Germaniæ meridionalis pars trans Albin sita a Suevis adhuc tenetur, quibus adjacet Getarum terra, 245, 7. Ultra Germanos septentrionales ortum versus num Bastarni, ut plurique putant, habitent, an alii sint interjecti, vel Iazyges vel Roxolani, non constat, 244, 47. A Germania usque ad Caspium mare pertinens regio septentrionalis omnis esse campestris videtur, 254, 35. Meridiem versus Germania attolitur et dorsum quoddam erigit contiguum Alpibus et versus ortum porrectum, adeo ut pars Alpium esse videri possit, 241, 16. Fluvii Germaniæ Rhenus, Albis, Amasias, Visurgis, Lupias, Salas, *quos vide*. Silvæ Hercynia et Gabreta, *q. v.* Populi nonnulli a Suevis pulsi trans Rhenum migrarunt, 161, 34; 240, 37; vel a Romanis transducti, 241, 7, ut Ubii, 161, 24; Nervii, 161, 26, Tribocci. De ceteris gentibus vid. v. Cimbri, Teutones, Cauci, Caulci, Ampsivarii, Sugambri, Bructeri, Chaubi, Usipi, Menapii, Gamabrivi, Chatuarii, Marsi, Cherusci, Hermonduri, Marcomanni, Landi, Sibini, Suevi, Semnones, Mugilones, Zumi, Butones. — Oceani accolæ noti sunt ab Rheno ad Albin; trans Albin incolentes ignoti, 244, 34. Germani Gallis similes moribus et victu; ab iis discrepant majore feritate, corporis proceritate, comæ colore flavo; *Germanorum* nomine significare Romani voluerunt Gallos *Genuinos*, 240, 36; 163, 2. Germani, præsertim orientales, solum facile mutant, ob victus tenuitatem et quod non colunt agros; cibus iis a pecore; rebus suis curribus impositis, abeunt quo visum fuerit, ut nomades, 241, 40. In Italiam invadentes socios habebant Sequanos, quorum discessus vires Germanorum minuit, 160, 9. Germanorum irruptionem Belgæ sustinuerunt, 163, 26. Germanis ne vacuam Helvetiæ regionem relinqueret Cæsar, 8000 Helvetios superesse passus est, deletis reliquis, 161, 2. Strabonis ætate bellum Romani Germanis movere cœperunt, et nonnullis jam triumphis Germanicis Romam ornarunt, 239, 10. Vari clades; Germanici triumphus, 242, § 10. In Germanorum contra Romanos ope spem ponunt Getæ et Daci, 253, 32.

Germanicus, Tiberii filius, patris exemplum imitatur, 239, 53. Ejus de Germanis clarissimus triumphus, 242, 23.

Geron, Γέρων, Cavæ Elidis fluvius quidam, 295, 5.

Gerrha, τὰ Γέρρα (*Gerrum* Plin. 6, 29; Γέρρας Hierocl. p. 727; Γέρας Sozom. 8, 19), Phœniciæ locus in via qua ab Casio Pelusium itur, juxta Chabriæ Χάραχα situs, 647, 3; in isthmo Arabico; hanc regionem olim in paludibus fuisse Eratosthenes censet, 46, 10.

Gerrha, Γέρρα, Arabiæ urbs ad sinum Persicum, 200 stadia a mari, 2400 stadia ab Euphratis ostio distans, quam tenent Chaldæi e Babylonia extorres, 652, 12. (Mensura ducit ad urbem *el-Katif*, ubi portus fuerit. Sec. Ptolemæi tab. Gerrha in intimo *Bahrain* sinus recessu ponenda foret ad hod. *Andjar*). Gerrhæi negotiationibus operam navantes, 652, 20, ditissimi, 662, 33, quadraginta dierum itinere in Chatramotitidem proficiscuntur, 654, 22. Petram aromata ferunt, 661, 6.

Gerrhæidæ, Γερραῖδαι, Ioniæ opp, triginta stadia a Teo distantes, 550, 5.

Geryones, Γηρυόνης, ejusque boves in Erythea insula, quas Hercules abegit, 18, 23; 123, 1; 124, 49; 141, 5; 192, 16; 204, 25. De bobus fabulæ ansam dedisse videntur pascua egregia, quæ sunt in insula Gadibus objecta, 141, 5.

Getæ, Γέται. De iis nihil accuratioris norunt Eratosthenes, Timosthenes et ceteri antiquiores, 77, 23; 97, 23. Geticus tractus, τὸ Γετικόν, 106, 32. Terra Getarum versus occasum Suevis contermina; initio angusta est; meridionali latere juxta Istrum porrecta, boreali juxta radicem montanam silvæ Hercyniæ; dein versus septentrionem dilatatur usque ad Tyrigetas, 245, 9. Getæ, Thracica gens, utramque ripam Istri accolebant, sicuti Mysi seu Mœsi, 245, 29. Regio Getis supra assignata etiam ita distribuitur, ut distinguatur inter Getas et Dacas, et Getæ dicantur qui versus Pontum et Orientem inclinant, Daci qui ad Germaniam et Istri fontes, 252,

Digitized by Google

44; 241, 35. Getæ Dacis notiores sunt apud Græcos ob crebras trans Istrum migrationes et quod Tracibus Mysisque permisti sunt, 253, 16. Per Getas Marisus fl. in Danubium labitur, 253, 9. Getæ et Daci eadem lingua utuntur, 253, 15. Ἡ τῶν Γετῶν ἐρημία, juxta Pontum ab Istro ad Tyram pertinet, 253, 35; 254, 24. Darii et Lysimachi in ea discrimina, 253, 35. Getas in boreali Istri ripa habitantes, transgresso fluvio, appetivit Alexander M., urbemque eorum cepit, 250, 35. Rex eorum Dromichætes, 253, 40, contra quem Lysimachus bellum gessit, 250, 50; 253, 35. Getarum res auxit Bœrebistes rex; Istrum transiit et Thraciam populatus est; Celtas vicinos evastavit, ex iisque Bojos et Tauriscos prorsus delevit; successores ejus in plures partes discesserunt; quo tempore Cæsar contra Getas expeditionem parabat, in quattuor partes divisi erant, 252, 17. Potentiam Getarum disjecerunt tum dissidia tum Romani, 253, 5. Nunc viribus fracti parum abest quin Romanis se submiserint, 253, 28. Ælius Catus quinque millia Getarum e regione trans Istrum sita in Thraciam transduxit, ubi Mœsi appellantur, 252, 8. Sacerdotes, quibus dei nomen indunt, regum sunt consiliarii inde a Zalmoxi, Pythagoræ æquali, 247, 28; 649, 7. Cæsaris ætate Decæneus Byrebistæ regis consiliarius erat, 247, 49; 649, 7. Getæ mulierosi, 246, 46. — Geta, servi nomen apud Atticos vulgare, 252, 51.

Gezatorigis, Γεζατόριγος, regio in Paphlagonia, 481, 42.

Gigantes, in Pallene penins., 278, 43; in Phlegræis Campaniæ campis; origo ejus fabulæ, 202, 47. Gigantes, qui e Phlegra Campaniæ evaserant, Leuternii dicti, in Leuternia Iapygiæ ora terra obruti, sanie sua fontem aquæ fœtentis ediderunt, 233, 50. Gigantes in Bosporo Veneris insidiis ab Hercule interfecti; hinc Venus ἡ ἀπάτουρος, 242, 50.

Gigartus, Γίγαρτος, opp. munitum sub Libano situm, in regione Bybli et Botryis; prædonum receptaculum, 644, 19. [Nomen ducere possit ad hod. *Gharsus* inter Botryn et Berytum situm (34° 10′). Sed quum apud Plinium 5, 17, § 78 ordo oppidorum sit: *Byblos, Berytus, Gigarta* (sic), *Trieris, Calamos* (hod. *Kulmon*): recte Thompsonus ad Gigartum referre videtur vestigia oppidi deleti, quæ ad latus boreale Theuprosopi montis exstant. Cf. Ritter. t. 17, p. 590.]

Gindarus, Γίνδαρος (*Dchindaris*), Cyrrhesticæ regionis arx; in propinquo est Heracleum; subjacent Pagræ, 639, 37 *sqq.*

Ginni vocantur equi et muli Ligustici, 168, 44.

Gladiatores Ravennæ aluntur et exercentur, ob aeris ibi salubritatem, 178, 6.

Glande quercus, quæ in mari ad Turditaniam et in terra nascitur, vescuntur thynni, 120, 33. Arboris descriptio; fructus mari ejectus sæpe litus Iberiæ et extra et intra Columnas opplet, 120, 38; usque in Italiam mittitur, nisi fortassis etiam Sardinia eam generat, 120, 42. Glandem quernam siccatam et contusam molunt, et ex farina panem conficiunt Lusitani, 128, 34. Glandem fert Gallia, 147, 47.

Glaucias, Γλαυκίας, tyrannus Sidenam confugit; quare locum hunc Crœsus diruit, 514, 49.

Glaucopium, τὸ Γλαυκώπιον, Athenarum, 249, 2.

Glaucus, Γλαῦκος, Anthedonius in cetum transformatur, 347, 53.

Glaucus Potniensis ab equabus Potniadibus discerptus, 351, 21.

Glaucus, Γλαῦκος (*Dchenis-Kali?*), fl. in Phasin influit, 427, 20; 429, 22.

Glaucus sinus prope Dædala ad Rhodiorum Perææ et Lyciæ confinia situs, portubus bene instructus, 556, 22.

Glechon, Γλήχων, Phocidis oppidum ad Cephissum, 364, 13.

Glissas, Γλίσσας, Bœotiæ vicus ad Hypatum montem, 354, 5.

Globi formam referunt cœlum, mundus, terra, 91, 9. — Globus arte factus terram repræsentans, si singulas terræ partes in eo exhibere velis, diametrum decem minimum pedum habere debet; confecit ejusmodi globum Crates, 96, § 10.

Glycera, Γλυκέρα, Thespiensis meretrix, Amoris statuam, quam a Praxitele acceperat, civibus suis dedicavit, 352, 28.

Glycys, Γλυκύς, sive Dulcis portus Epiri, in quem Acheron fl. influit, 269, 43 et 52; ei superjacet Cichyrus, 269, 47.

Gnomonis ratio ad umbram Byzantii, 111, 20. Gnomonicæ observationes. V. Massilia, Byzantium, Alexandria, Carthago.

Gogarene, Γωγαρηνή, Armeniæ provincia, 452, 47, ad Cyrum fl., quam Iberibus ademerunt Armenii, 453, 23.

Gonnus, Γόννος, Perrhæbica urbs sub Olympo, 378, 45.

Γονόεσσα αἰπεινή ap. Homerum inter Agamemnonis urbes, 324, 13.

Gorbeus, Γορβεοῦς, castellum ad Sangarium fl., Castoris Saocondarii regia, 486, 27; a Dejotaro dirutum, *ib.*

Gordium, Γόρδιον (ruinæ a *Nalichan* versus meridiem eunti occurrunt), vetus Phrygum domicilium ad Sangarium fl., 486, 26. Hinc oriundus Cleo, prædonum dux, qui e vico urbem fecit et Juliopolin denominavit, 492, 9.

Gordus, Γόρδος, Troadis locus prope Cleandriam, 60 a Cale Peuce stadiis; hinc Rhodius fl. defluit, 516, 14.

Gordyæa, Γορδυαία, vel Γορδυηνή, Babyloniæ finitima, 630, 1. Γορδυαῖοι, 66, 1; 454, 11, Mesopotamiæ gens in Assyriorum regno, 627, 6. Gordyenen incolis frequentasse fertur Gordys, 636, 26, postea autem Eretrienses, *ib.* Non procul a Gordyæa e terra rursus emergit Tigris, 635, 42. Τὰ Γορδυαῖα ὄρη, Tauri pars, 447, 41. Montes hos prætereunt Euphrates et Tigris, 66, 50. Gordyæi ab antiquis Carduchi vocantur; eorum castella ad Tigrin; urbes Sarisa, Satalca, Pinaca, 636, 11. Gordyæi architecti et machinarum bellicarum fabri egregii, quorum opera Tigranes usus est, 636, 17. Gordyæis olim subjectæ terræ magnam partem Tigrani dedit Pompeius, 636, 21. Itaque Gordyene Armeniæ provincia, sub Niphate sita, 452, 31.

Gordys, Triptolemi f., Gordyenen habitatoribus frequentavit, 636, 26; 639, 2.

Gorgipia, Γοργιπία (deb. Γοργιππία; hod. *Anapa;* Sinde ap. Ptolemæum), Sindicæ oppidum, 424, 38; 425, 4 et 16.

Gorgo, ἡ Γοργὼ μῦθός ἐστιν, 16, 1. Gorgones, 18, 23. Earum domicilium, 248, 40. Ἡ Γοργοτομία, 326, 13.

Gorgus, Γόργος, Cypseli f., cum Corinthiis Leucadis acten usque ad sinum Ambracicum obtinuit, colonisque frequentavit, 388, 21; 270, 17. Cf. Leucas.

Gortyna, Γόρτυνα (prope *Hagios Deka*), Cretæ urbs potentissima; ejus situs et ambitus; mœniis caruit; Ptolemæus Philopator murum quem ducere cœpit, ultra stadia octo non perduxit; navalia ejus Leben et Matalum, 410, 11. Gortynam perfluit Lethæus fl., 411, 9. Distantia ab ora Libyci maris, 409, 9; a Cydonia, 411, 35; a Phæsto, 411, 46. In Gortynam per aliquantum temporis transiit pristina Cnossi depressæ dignitas, 409, 1. Gortynii Phæstum diruerunt, agrumque urbis occuparunt, 411, 45. Ad Gortynios pertinet Rhytium, 411, 50. Got-

Digitized by Google

tynii in bello contra Cnossios vicuntur, ducente Cnossios Dorylao, uno majorum Strabonis, 410, 18.

Gortynium, Γορτύνιον (Γορτυνία Thuc.; Γορδυνία Ptol.), Pæoniæ urbs, 274, 23. (Si quid ex loco lacero concludere licet, Strabo Gortynium a borea angustiarum, per quas Axius fluit, collocare videtur. At e Thucydide et Ptol. patet Gortynium situm fuisse ab Idomene versus meridiem; ipsam vero Idomenen fuisse a meridie *Stenarum* liquet e Tabula Peuting.; adeo ut Idomene fort. cum hod. *Gradiska*, Gortynium vero cum *Koumi-Koi* componenda sint.)

Gorys, Γῶρυς (ad *Gauri* fl.?), Indiæ opp. ad Choaspen fl., 594, 28.

Gracchus (Tib.) 300 urbes in Celtiberia dejecisse a Polybio perhibetur, 135, 19.

Graea, Γραῖα, Bœotiæ locus Oropo vicinus, 346, 45; secundum nonnullos Graea non diversa est a Tanagra, 346, 48.

Græci. Num jam Homerus universos Græcos, an Hesiodus demum, Ἕλληνας vocarit, 318, 4. Græci universi ob Argorum claritatem Argivi et Danai et Pelasgiotæ vocati, 319, 31. Græci etiam si montes et saxa insedissent, bene habitarent propter industriam suam et prudentiam, 104, 54. Cur pueros primo omnium poesi instituant, 12, 52. Veram anni rationem ab Ægyptiis accepere, 685, 21. Græci astronomi etiamnunc multa ab Ægyptiis sacerdotibus et Chaldæis assumunt; juniores astrologi Ægyptii veterum sacerdotum monumenta in Græcam linguam transtulerunt, 685, 23. Græci geographiarum scriptores omnium loquacissimi; Romani ut plurimum transferunt a Græcis dicta, nihil fere novi addentes, ἐξ ἑαυτῶν οὐ πολὺ προσφερόμενοι τὸ φιλείδημον, 137, 46. Græci ad Trojam Cadmeam victoriam retulerunt, rebus eorum domesticis deperditis, et singulis præda exigua potitis, adeo ut latrocinia agere cogerentur, 124, 15. Quando in Siciliam colonias ducere cœperint, 222, 24. In Italia inferiore non oras modo sed magnam etiam mediterraneorum partem inde a Trojanis temporibus facto initio occuparunt, adeo ut ista regio una cum Sicilia nomine Græciæ Magnæ censeretur, 210, 53. Græci Italiæ diu cum Lucanis barbaris certarunt, 210, 49; a Siciliæ tyrannis et postea a Carthaginiensibus sæpe læsi sunt, 210, 50. Græci in Panticapæo aliisque Bospori opp. habitantes Scythas ex his regionibus ejecerunt, 424, 1. Græcos habitatores in Cirtam urbem Micipsa deduxit, 706, 13. Græci coloni in Como urbe, 177, 34.

Græciæ s. Helladis figura secundum Eudoxum, 335, 9. Græcia quattuor quasi peninsulis constat, quarum alia aliam continet, 287, 19. Græciæ gentes præcipuæ quattuor, quot etiam sermonis græci sunt dialecti, 286, 7. Major Græciæ pars olim a barbaris tenebatur, 266, 40. Terræ motus qui per Græciam acciderunt enumeravit Demetrius Callatianus, ex quo plurima Strabo exscripsit, 50, 21. Græciæ loca curiose admodum indicare solet Homerus, nullum epitheton inaniter projiciens, 13, 24. Ad Græciam pertinet etiam Macedonia, 274, 54.

Granicus, Γράνικος (*Kodcha-Tchai*), Troadis fl., 497, 19, ad quem cum Æolibus Gras Penthili f. venit, 498, 26; inter Æsepum et Priapum fluit per Adrasteæ campum; sita ad eum Sidene; prœlium ad Granicum, 502, 41. In Granicum fort. influit Rhesus apud Homerum memoratus, 515, 51. Fontes Granici in Cotylo Idæ colle, 515, 20.

Gras, Γρᾶς, Penthili filius natu minimus, Æoles duxit ad Granicum fl.; deinde in Lesbum trajecit, 498, 26.

Gratiarum templum Orchomeni ab Eteocle dedicatum, 356, 14.

Gravisci, Γραουίσκοι (rudera ad ripam dextram *Marta* fl., aut *S. Clementino* sive *Le Saline*), in Etruriæ ora opp., 188, 3; a Cossis 300 stadia, *ib.*, a Pyrgis supra 180 stadia distans, 188, 10.

Grion, Γρίον ὄρος, Ioniæ mons e regione Latmi montis; sec. nonnullos Φθειρῶν ὄρος Homeri Il. 2, 866, 543, 18.

Grues Pygmæos infestant, 29, 5; ubique versus meridiem volantes cernuntur, ut in Italia, Hispania, Caspia, Bactriana, p. 29, 9. Γερανομαχία, gruum et Pygmæorum sive Trispithamorum, 58, 49; 605, 27.

Grumentum, Γρουμεντόν (ruinæ ad ripam dextram Aziris (*Agri*) fluvii prope *Saponara*), Lucanorum urbs mediterranea, 211, 36.

Gryllus, Γρύλλος, Xenophontis pater, 346, 19.

Gryneus Apollo, Γρυνεύς, 529, 6.

Grinium, Γρύνιον, in Æolide Myrinæorum oppidulum, a Myrina 40 et ab Elæa 70 stadia distans, 531, 42 et 51; habet Apollinis templum et oraculum, 531, 51.

Guranii, Γουράνιοι, supra Armeniam, 455, 4.

Gummi quoddam odoratum apud Selgenses in Pisidia, 489, 6.

Gyarus, Γύαρος (hodie τὰ Γιούρα), una ex Cycladibus sec. Artemidorum; vicum habet; appulit in eam Strabo; paupertas incolarum, 417, 7.

Gygæa, Γυγαία (*Mermere*), palus, postea Coloë dicta, non longe a Sardibus; ad eam templum Dianæ Coloenæ; ibi calathi festis diebus saltare feruntur, 535, 18 et 27. Ad lacum sunt monumenta regum, 536, 15. Lacum manu factum esse nonnulli tradunt, 536, 21.

Gygas, Γύγας, Troadis promontorium prope Dardanum, 505, 45.

Gyges, Γύγης, Troadem universam in potestate habens Milesiis Abydum condere permisit, 505, 43. Ejus divitiæ, 580, 26; donaria Delphica, 361, 15.

Gymnesiæ, Γυμνήσιαι, Hispaniæ objacentes insulæ duæ, 101, 38; 106, 38; 119, 28; 132, 28; 139, 3; nomine phœnicio Βαλεαρίδες sive Βαλιαρίδες vocantur, 559, 3. Earum majorem post maximas insulas septem Timæus maximam esse putavit, 558, 52. Post bellum Trojanum a Rhodiis incolis frequentatæ sunt, 558, 50. Major insula 600 stadia longa, 200 stad. lata, oppida habet Palmam et Polentiam; minor a Polentia 200 stadia distat, 139, 10. Utraque est fortunata; portus habet optimos; incolæ in pace vivunt. Metellus Balearicus urbes condidit et ter mille colonos Romanos ex Hispania eo transduxit, 139, 20 et 48. Incolæ funditores optimi; artem fundatoriam eo maxime tempore exercebant, quo Phœnices insulas tenebant, 139, 28. Primi tunicas late prætextas gestarunt; eorum armatura; fundarum genera tria, 139, 30 et 43. Non habent animalia noxia, 139, 54, nisi quod cuniculi ex Hispania illati adeo ibi aucti sunt, ut infestati incolæ Romanorum opem implorare cogerentur, 140, 1; 119, 50.

Gymnetæ, Γυμνῆται, Æthiopiæ, quorum Endera oppidum; vita eorum, 656, 33.

Gymnetæ, γυμνῆται, Pramnarum in India philosophorum secta, 612, 1.

Gymnosophistæ, 649, 10.

Gynæcocratia quædam apud Cantabros est, 137, 33; bene constitutæ reipublicæ legibus repugnat, 137, 34.

Gynæcopolis, Γυναικῶν πόλις, *Mulierum urbs*, a Schedia Memphim naviganti ad dextram sita, 682, 34. (Plinius quoque urbem memorat, et Gynæcopolites nomus occurrit in numo Hadriani. Eadem esse urbs videtur Andro sive Andropolis, quam e serioris ævi scriptoribus novimus.)

Gyrton, Γυρτών, Homero Γυρτώνη, Thessaliæ urbs in ditione Polypœtæ, 377, 39; in campo Pelasgico, 381, 5; urbs Perrhæbica et Magnetis, Pirithoi et Ixionis sedes

Digitized by Google

ad dextram Penei ripam sita est, non ita longe ab ostiis fluvii; a Crannone distans 100 fere stadia, 276, 17 (*Fragm. Vatic.*); 377, 43. Circa Peneum et Pelium montem Gyrtonii (olim Phlegyæ dicti, 379, 48) habitant, 379, 40. Ad Gyrtonem Perrhæbi et Lapithæ habitant, 379, 16. Gyrtonem præeunte Leakio agnoscere nunc solent in ruinis quæ sunt prope *Tatari*, a sinistra Penei, inter hunc et Europum sive Titaresium fluvios. Quæ quidem sententia ut certioribus argumentis non nititur, sic Strabonis fragmento Vaticano (quod nondum noverat Leakius) infringi videtur. Quanquam Strabonis quoque locus haud promptam habet explicationem. Nam constat Crannonem a meridie Larissæ sitam fuisse prope hod. Hadjilar, ubi rudera supersunt, quæ vocantur *Eski-Larissa*. Hinc si centum stadiis dissita erat Gyrton, ponenda urbs foret ad eam Penei partem quæ est inter Larissam et Atracem; at repugnat quod Gyrton montibus et Penei effluvio vicina esse dicitur. Fortasse igitur numerus stadiorum parum accuratus esse videatur. Datur tamen et altera ratio, quam si admiseris, simul Hecatæi locus explicatur. Scilicet ut tres Larissas Thessaliæ novimus, sic etiam plures Crannones fuerint. Suadet hoc Stephanus: Κραννὼν, ait, πόλις τῆς Θεσσαλίας τῆς Πελασγιώτιδος ἐν τοῖς Τέμπεσιν, ὡς Ἑκαταῖος Εὐρώπῃ. Quæ urbs, nisi hariolari Stephanum opineris, a notissima Thessaliæ urbe diversa esse debet; componenda fuerit cum *Crania* loco, quem ad Tempe exhibent mappæ recentiores. Eandem Crannonem si apud Strabonem indicari censeas, ab eaque centum stadia metiaris, Gyrton sita fuerit supra Nessonidem paludem in montium radicibus et Magnesiæ confiniis, eo fere in loco ubi Titaresius fluvius ab occasu in Peneum exit.

Gythium, Γύθιον, Lacedæmonis navale, 295, 10; 312, 12. Ruinæ *Paleopoli* dictæ a *Marathonisi* sunt versus boream.

H.

Hades, Ἅδης, Homericum figmentum, 18, 4. Cf. Pluto.

Hadylium, Ἀδύλιον, Phocidis mons, 364, 8.

Hæmon, Oxyli pater, 398, 15. Thessali pater, a quo Hæmonia vocata Thessalia, 381, 13.

Hæmonia, priscum Thessaliæ nomen, 381, 13.

Hæmus, τὸ Αἷμον ὄρος, 173, 53, 250, 29; 281, 13, mediam fere Thraciam dividit; ex eo Polybius et Ponticum et Adriaticum mare cerni posse falso dicit, 260, 9. Hæmus ad Pontum usque pertinet, 265, 17. Ejus accolæ Coralli, Bessi, Mædi quidam et Dantheletæ, 264, 30. Ad Hæmi extremitatem Larisa vicus maritimus, 378, 39.

Halæ, Ἁλαί, Atticæ pagus, 347, 42.

Halæ Araphænides, Ἁλαὶ Ἀραφηνίδες, pagus Atticæ, ubi Tauropoli Dianæ fanum, 342, 35.

Halæ, Ἁλαί (sec. Leakeum rudera quæ sunt non longe ab hod. *Malesina* et *Proskyna*), Bœotorum opp., oppositum Ægis Eubœæ, 347, 42. Locrorum Opuntiorum opp. ad sinum Opuntium, 364, 47. Halus vocatur, p. 371, 37 et 41.

Halesius campus, Ἁλήσιον πεδίον, prope Lectum promont., 517, 47.

Halex, Ἅλης (*Alice*), fluvius Rheginum a Locrensi agro dividit. Quid de cicadis ab utroque ejus latere degentibus narretur, 216, § 9.

Haliacmon fl. (*Vistritza*, turcice *Inje-Kara*), Ἁλιάκμων, 277, 40; superiorem et inferiorem Macedoniam mari proximam disterminat, 275, 42. In sinum Thermæum influit, 274, 30, inter Dium et Methonem (quod falsum est), 277, 1. Cf. not. ad v. Erigon.

Haliartis, Ἁλιαρτίς, olim Copais lacus vocabatur, 353, 4,

Haliartus, Ἁλίαρτος (ruinæ prope *Mazi* vicum), Bœotiæ urbs; ποιήσεις ap. Homerum 13, 26; 248, 10; 349, 44; ad lacum Copaidem, 352, 53; 353, 4; prope Permessum et Olmium fluvios, 353, 43; olim per agrum Haliartium Melas fluebat, qui postea evanuit, 349, 40. Prope Haliartum Tilphossius mons, 353, 8. In Haliartia regione Onchestus, 354, 22. Ab Haliarto 30 stadia distat Ocalea, 352, 40. Haliartus eversa in bello contra Perseum; agrum, Romanorum permissu, Athenienses habent, 353, 39.

Halicarnasus, Ἁλικαρνασός (*Boudroun*, ruinæ), Cariæ urbs, 522, 34; regia dynastarum Cariæ, olim Zephyra dicta. Ibi Mausoli sepulcrum; Salmacis fons; arx; Arconnesus ins. Anthes (cf. 321, 50) et Trœzenii conditores; Halicarnasenses illustres Herodotus, Heraclitus, Dionysius, 560, § 16. In Halicarnasum Mausolus sex Lelegum urbes contraxit, 522, 45. Urbis historia inde ab Hecatomno usque ad Alexandrum Magnum, 560, § 17. Halicarnasenses Dorienses, 557, 40.

Halicyrna, Ἁλίκυρνα, vicus Ætoliæ, 395, 4; superjacet ei Calydon, *ib.*

Halieis, Ἁλιεῖς (ad *Cheli* portum), Argolidis opp. in Hermionensium ora, 321, 5. Eo Mideæ incolæ commigrarunt, 320, 50.

Halimusii, Ἁλιμούσιοι, Atticæ demus, 342, 14.

Halius, Ἁλιοῦς, opp. in Locrensi ora, 371, 37.

Halonnesus, Ἁλόννησος, insula Magnesiæ objecta cum urbe cogn.; insulam Philippus ad se rapuit, 375, 18.

Halonnesus insula Ioniæ, ad Erythræorum peninsulam, 550, 41.

Halus, Ἅλος, in Locrensi ora, 371, 37 et 41. Cf. Halæ.

Halus, ὁ et ἡ Ἅλος Φθιῶτις (*Kefalost*), Phthiotidis in Thessalia opp., 371, 50; in Protesilai ditione, 374, 2 et 21; cf. 369, 51; 371, 33. A Pheleo centum stadia, totidem a Thebis, sexaginta stadia ab Itono distat, 372, 11, 372, 1; 371, 45; ab Athamante condita est; postea deletam instaurarunt Pharsalii; sita est ad Amphrysum fluvium, supra Crocium campum, 371, 45. Philippus urbem Pharsaliis attribuit, 372, 1.

Halys, Ἅλυς (*Kizil Irmak*), Asiæ minoris fl., unde nomen habeat; fontes ejus et cursus, 468, § 12; 481, 1; ab Homero non memoratur, 248, 14; Paphlagoniam ab ortu terminat, 466, 11; ἡ ἐντὸς τοῦ Ἅλυος χώρα λεγομένη quasnam regiones contineat, 107, 19; tenuit eam Cræsus tyrannus, 457, 46. Mentio Halyis præterea occurrit, p. 126, 129, 287, 298, 492, 533, 534, 540, 541, 546, 552, 553, 560, 561, 572, 573, 677 *ed. Cas.*

Harmatus, Ἁρματοῦς, promontorium ad sinum Elaiticum, 531, 45.

Hamaxia, Ἁμαξία (ruinæ inter *Alaja* et *Iumik-koi*), Ciliciæ opp., 571, 29.

Hamaxitus, Ἁμαξιτός, Troadis urbs prope Lectum prom., 517, 9; 518, 35. In vicino sunt Tragasææ salinæ, 517, 48, et Larisa urbs, 378, 28. Hamaxitum migrarunt Cilices e Thebes regione, 523, 48. Quid ibi Teucris e Creta advenis acciderit, 517, 26. Hamaxitia Troadis nunc ad Alexandrensium territorium pertinet; in ea erat Corybantium, 406, 16.

Hamaxœci, Ἁμάξοικοι (qui currus pro domibus habent), Scythæ ad Tanain, Mæotin et Borysthenem, 104, 50; 249, 36 et passim (p. 126, 294, 296, 300, 307, 492, *ed. Casaub.*)

Hannibal, Ἀννίβας, Barcæ f., 131, 37. Hannibalicum bellum, 238, 39. Hannibal Saguntum delevit, 132, 12. Alpes transgressus est per Taurinos, 174, 8. Paludes Padanæ regionis transiit difficulter, 181, 6. Ad Trasimenum lacum Flaminium vicit, 189, 1. Ei se adjunxerunt Picentiæ urbis incolæ, 209, 28. Casilinum Campaniæ

Digitized by Google

oppugnavit, 207, 23. Exercitus ejus vita Campanica effeminatur, 208, 51. Terinam evertit, 212, 50. Temesam capit, 212, 35. Tarentinos libertate spoliavit, 233, 19. Ad Cannas Romanos vicit, 237, 13. Artaxata Artaxiæ regi condidit, 453, 30. A Prusia excipitur, 482, 43.

Harma, Ἅρμα, Atticæ locus; de eo dicitur : ὁπόταν δι' Ἅρματος ἀστράψῃ, 347, 4, 15.

Harma, Ἅρμα, Tanagricus Bœotiæ vicus; unde dictus sit, 347, 1 et 15; 348, 19. Incolis Argivi jus civitatis concesserunt, 347, 21.

Harmonia, Ἁρμονία, Cadmi uxor. Ejus monumentum in ora Illyrica, 38, 35. Cf. Cadmus.

Harmoza, τὰ Ἁρμοζα, Carmaniæ pr. ad ostium sinus Persici; ex eo conspicitur objectum Arabiæ prmontorium, 651, 46.

Harmozica, ἡ Ἁρμοζική (Harmastica Ptol.; armeniace *Armazi-Tziche*, i. e. Armazi vel Ormuzdi arx), Iberiæ urbs in rupe sita ad Cyrum, ubi influit Aragus fl. (*Aragwi*), cui 16 stadiorum intervallo imposita erant Seusamora. Ad eas urbes fauces erant, per quas Armenia Iberiam adibant, 429, 38. [Confluentes isti sunt prope ruinas *Mtzcheth* dictas, quæ pertinent ad priscum Iberum caput *Mtzcheta* (Μεστχῆτα, Ptol.), cujus in locum secundo ante Chr. seculo successit Harmozica, quæ juxta priorem urbem exstructa fuerit, adeo ut Seusamora cum Reichardo ad *Samthawro* referenda videatur. Ac revera prope istos fluviorum confluentes fauces montium esse quibus ex Armenia per loca *Karalissi*, *Lora*, *Achpatali* et *Schulaveri* et *Tiflis* in Iberiam via ducit, docet Eichwald (*Geogr. des Kasp. Meeres* p. 342). Groskurdius, Ukertus, alii, præeunte Reineggio (*Beschreibung des Kaukasus II*, p. 89), urbes illas ad ruinas *Horumziche* et *Tzumar*, quæ longe hinc versus occasum prope hod. *Akalziche* exstant, pertinere putant, Strabonemque volunt Aragum fl., cum alio quodam fluvio a meridie in Cyrum incidente confudisse. Quo admisso, via ea indicaretur qua ab *Erzrum* et *Kars* nunc Iberia adiri solet. Sed refragatur præter Strabonis verba etiam Ptolemæus, qui Harmasticam a Mestcheta meridiem et ortum versus ponit; facileque fieri potuerit ut eadem nomina essent castellis compluribus, quæ aditus Iberiæ tutarentur. Sic Plinius VI, 5 prodit in Caucasiis pylis (*défilé du Terek*) *e regione Caucasii castelli esse Harmastin*. Quodsi hanc Harmastin ab Harmastice Ptolemæi non diversam esse statuas, verba *e regione* ita forent interpretanda, ut Cumania ad initium, Harmastis vero ad finem sitæ essent ejus convallis, in qua Aragus a borea defluit. Quod ipsum quadraret cum eo quod de situ Harmoziæ apud Strabonem legitur.]

Harpagia, τὰ Ἁρπάγια, Troadis locus, ubi Ganymedes raptus, 502, 48.

Harpagus, Ἅρπαγος, Cyri dux, Phocæam cepit, 210, 16.

Harpalus, Ἅρπαλος, a Thibrone interfectus, 710, 48.

[*Harpasus*] fl., e Cosciniis versus Alabanda fluens 75 transitus habet, 502, 35.

Harpina. V. Arpina.

Hastæ usus varius, 385, 25.

Hebe, Ἥβη, apud Sicyonios et Phliusios Dia vocatur, ibique templa habet, 328, 37.

Hebrus fl., Ἕβρος (*Maritza*), 268, 17; 275, 4, terminat Macedoniam eam qua Perseum et Pseudophilippum Romani privarunt, 282, 36; 275, 10. Arisbum excipit, 505, 35. Ostium duplex habet; alteri adjacet Ænus, 283, 13. Adverso amne per 120 stadia navigatur usque ad Cypsela, 282, 35. Ab Hebro usque ad Byzantium et hinc ad Cyaneas oræ longitudo 3100 stadia sec. Artemidorum, 284, 22. Hebri accolæ Corpili, paullo superius Brenæ, ultimi Bessi; ad hos quoque adverso amne navigatur 28'ι, 42.

Hecatæus, Ἑκαταῖος, Milesius, ὁ τὴν ἱστορίαν συντάξας, 543, 2. Inter primos geographiam tractavit, 1, § 1. Scriptum geographicum reliquit; id revera Hecatæi esse ex altera ejusdem scripto apparere Eratosthenes censet, 5, 52. Hecatæi oratio ad poeticam proxime accedebat, p. 15, 4. Laudatur de Inacho Argolico et Amphilochico, 225, 47; 262, 48; de Æante sive Aoo fl., 262, 48. Peloponnesum olim barbaros tenuisse ait, 266, 40. Eleos ab Epeis diversos esse dicit, quum Epei Herculi affuerint in perdendo Augea et Elide; idem Dymen Epeorum et Achæorum urbem dicit, 293, 8. Ἐν τῇ γῆς περιόδῳ agit de Alazia urbe ad Odryssem fluvium, et de Alazonum ibi pagis, 471, 49; 472, 50. Ἐνετὴν ab Homero memorari, eaque Amisum significari putat, 473, 50. Τὸ Φθειρῶν ὄρος, ab Homero memoratum, esse Latmum montem statuit, 543, 15.

Hecatæus Teius, historicus, 550, 3. Cimmeridem urbem fingit, 248, 42.

Hecatæ orgia celebrantur, 402, 6. Ejus famuli Curetes, 405, 42; ejus fanum τὸ ἐν Λαγίνοις agri Stratonicensis in Caria, 563, 42.

Hecateri (?) et Phoronei filiæ prosapia, 405, 10.

Hecatesium, Ἑκατήσιον, Ephesi, Thrasonis opus, 547, 40.

Hecatomnus, Ἑκατόμνως, Carum rex, Mylasa regiam habuit, 562, 49. Ejus filii filiæque, 560, 38.

Hecatompylus, Ἑκατόμπυλος (*Damegam*), Parthyææ urbs, a Caspiis portis 1960, ab Alexandria Ariana 4530 stadia distat, sec. Eratosthenem, 440, 54.

Hecatonnesi, Ἑκατόννησοι (*Musconisi*), inter Lesbum et Asiæ continentem, i. e. Hecati sive Apollinis insulæ, 528, 53.

Hecatus, Ἕκατος, appellatur Apollo, 529, 5.

Hector, Ἕκτωρ, Scamandrii pater, 519, 32. Lycaonis frater, 530, 6. Ejus copiæ ab Homero ipso Trojanorum nomine memorantur, 500, 3. Ejus lucus in Ophrynio, 509, 33. (*Cf.* p. 585, 594, 595, 596, 619, *ed. Casaub.*)

Hecuba, Ἑκάβη. Ejus monumentum in Chersoneso, Cynossema, 284, 1; 509, 21.

Hedylus, Ἡδύλος, poeta laudatur, 582, 44.

Hedyphon, Ἡδυφών (*Djerrâhi*, ut videtur), Elymaidis fl., ad quem Seleucia, olim Soloce dicta, 634, 14.

Hegesianax, Ἡγησιάναξ, Gallos ex Europa in Asiam transgressos ad Ilium novum accessisse refert, 508, 25.

Hegesias, Ἡγησίας, rhetor e Magnesia ad Mæandrum oriundus quonam dicendi genere usus sit, 553, 24. Laudatur, 340, 20.

Helena, Ἑλένη, a Theseo rapta, a Dioscuris liberata, 340, 34. Cum Alexandro ad Sidonios venit, 34, 10; cum Menelao a Thoni hospitio excipitur, 680, 31. Quomodo Helenæ insulæ nomen dederit, 342, 6.

Helena, Ἑλένη (*Makronisi*), insula prope Sunium et Thoricum, deserta et aspera; quam Κρανάην dicere videtur Homerus; unde Helenæ nomen ei inditum sit, 341, 51; 416, 50.

Heleon, Ἑλεών, Tanagricus Bœotiæ pagus, a paludibus dictus, 347, 34; 348, 18; 349, 8; 377, 26.

Helei, Ἕλειοι, sive Palustres, Æthiopiæ gens; unde nomen habeant, 656, 21.

Ἑλεία Diana. V. Diana.

Heliadæ, Ἡλιάδαι, Rhodum insulam post Telchines obtinuerunt; unus eorum Cercaphus; a quorum filiis conditæ urbes ipsis cognomines, Ialysus et Lindus et Camirus, 558, § 8.

Heliades, Ἡλιάδες, ad Eridanum in alnos mutatæ, 179, 9.

Helice, Ἑλίκη (ad *Bukusi* fl.), Ægiali urbs, 324, 15,

Digitized by Google

Achaiæ civitas, quo Iones ab Achæis victi confugerunt; deinde hinc quoque ejecti sunt, 331, 21. Ex Helice oriundi Iones Prienenses, 330, 15; ibidem natus est dux eorum qui Sybarin condiderunt, 218, 44. Urbs in terræ motu aquis obruta, 330, 6; 49, 26; biennio ante pugnam Leuctricam, 330, 27. De eo casu narratio Heraclidis, 330, 31. Causa infortunii ira Neptuni, 330, 36. Ibi fuit Heliconii Neptuni templum, quod Asiæ Iones etiamnum venerantur, 330, 7. Helice Ægiensium est, 332, 25.

Helicon, Ἑλικών (*Palæovuni*), Bœotiæ mons altus et nivalis, 326, 19; 363, 7; 352, 15; 22, 6; in eo fanum Musarum, Hippocrene, antrum Libethridum nympharum, 352, 15; 326, 13. Thraces Heliconem Musis dedicarunt, 352, 19; 404, 40. Ex eo Permessus et Olmius fl. oriuntur, 350, 2. Ejus vicus Nysa, 348, 22; ad Heliconem Thespiæ, 351, 39; Coronea, 353, 23; Mychus, 363, 7; Onchestus, ut Alcæus opinatur, 354, 33. Mons Phocidi contiguus est, 351, 52; sinui Crisæo incumbit, 351, 41.

Heliconio Neptuno in Panioniis sacrificant, 546, 15.

Heliopolis, Ἡλιούπολις (*Balbek*), Syriæ urbs, 641, 10.

Ἡλιούπολις (*Matarjeh*), Ægypti urbs, supra Bubastum sita. Solis templum habet et Mnevin bovem; status urbis tempore Strabonis; templorum structura fusius describitur, 684, § 27 et 28. Obelisci duo inde Romam delati, 684, 19. Vidit ibi Strabo domos sacerdotum in quibus Eudoxus et Plato egerant. Studia sacerdotum philosophica et astronomica tunc prorsus defecerant, 685, 20. Ad Heliopolin Eudoxi specula, 685, 32. Heliopolitæ Mnevin bovem colunt, 682, 38.

Heliopolitæ ab Aristonico vocati sunt pauperes illi et servi, quos ad libertatem evocaverat, 552, 12.

Ἡλιοπολίτης Ægypti νομὸς supra Bubastiten situs, 684, 7; in Arabia est, 685, 30, utpote a Nilo orientem versus.

Helios, Ἥλιος, Persei filius, Helum Laconicæ condidit, 312, 21.

Hellanicus, Λέσβιος συγγραφεύς, 528, 49, fabulis abundat, 435, 36. Hellanico melius se fabulas narraturum profitetur Theopompus, 36, 15. Hellanicus de Eurysthene et Procle, 314, 22. Lycurgi mentionem non fecit, *ib.* Napen, Methymnæi agri locum, perperam Lapen scribit, 366, 8. De Oleno et Pylene Ætoliæ oppidis, item de Macynia et Molycria falsa tradit, in aliis quoque levem se ostendens, 387, 48. Dulichium Homeri eandem esse cum Cephallenia dicit præter Homeri sententiam, 392, 1. Varias Scytharum gentes memoravit, 471, 23. Novum Ilium a vetere non diversum esse dicit, 515, 6. Assum Æolicam facit urbem, 522, 20.

Hellas, Ἑλλάς, apud Homerum a Phthia distinguenda, 370, 37. Alii regionem indicari volunt ab antiqua Pharsalo ad Thebas Phthiotides pertinentem; alii urbem intelligunt, quam Pharsalii in ruderibus 60 a Pharsalo stadia dissitis agnoscunt, Melitæenses vero 10 stadiis ab ipsorum urbe, tunc Pyrrha vocata, fuisse, ex eaque Hellenes Pyrrham transmigrasse contendunt, 370, 38. Hellas dicta est meridionalis Thessaliæ pars, in qua Deucalion regnaverat, antea Pandora dicta, 381, 18.

Helleborus optimus nascitur in Anticyra Maliaca, in Phocensi autem Anticyra melius apparatur, admixto medicamento quodam sesami simili, 359, 23.

Hellen, Ἕλλην, Deucalionis f., circa Phthiam inter Peneum et Asopum regnavit; imperium filiorum natu maximo reliquit, reliquos, Dorum et Xuthum, emisit ad sedes quærendas, 329, 6. Ab Hellene Hellas Thessaliæ regio dicta, 381, 18. Ejus sepulcrum in foro Melitææ, 371, 2.

Hellenes, Ἕλληνες, apud Homerum nonnisi Thessalici Myrmidones vocantur, sec. Apollodorum; alii etiam totius Græciæ incolas ab eo sic vocari contendunt; quod Apollodorus ab Hesiodo demum et Archilocho factum esse ait, 318, 7. Cf. Græci.

Hellenes, Ἕλληνες, urbs græca apud Callaicos in Hispania fuisse fertur, 130, 25. (Cf. Plin. 4, 35, 112: *A Cilenis conventus Bracarum Heleni* (*Helleni* v. l.), *Gravii, castellum Tyde* (*Tuy*), *Græcorum sobolis omnia. Insulæ Cicæ.* Hellenes in hod. *Pontevedra* agnoscunt Mariana et Florez).

Helli, Ἑλλοί, Pindaro vocantur Dodonæ accolæ, 272, 35. Cf. Selli.

Hellespontum alii aliter definiunt, aut totam Propontidem ei assignantes, aut eam ejus partem quæ est intra Perinthum; porro etiam maris Ægæi partem ei tribuunt; nam initium alii sumunt a Sigeo, alii a Sigrio Lesbi promontorio; alii denique usque ad Myrtoi maris initium Hellesponti nomen extendunt, 284, 36. Hellesponti initium post Eleuntem opp., 283, 54. Hellesponti heptastadium prope Abydum, 505, 48. Latitudo minima 7 stadiorum; longitudo ejusdem 500 stadiorum, sec. Demetrium Scepsium, 284, 34. Hellespontum ubinam ponte Xerxes junxerit, 284, 3; 505, 48. Meridiani circuli pars ab Alexandria ad Hellespontum pertinens stadiorum 8100, ab Hellesponto ad Borysthenem stad. 5000, sec. Eratosthenem, 52, 27 (*Cf.* p. 46, 63, 68, 69, 70, 71, 124, 135, 295, 313, 331, 400, 571, 583, 589, 591, 643, *ed. Casaub.*).

Hellespontii Mysi, 485, 9.

Hellopia, Ἑλλοπία, dicta est Eubœa, item circa Dodonam regio, 272, 38.

Helos, Ἕλος, Eleæ in Nestoris ditione circa Alpheum vel locus vel urbs, vel palus juxta Alorium, 300, 47.

Helos, Ἕλος, olim urbs, nunc pagus Laconiæ, 312, 10; 300, 49; unde nomen habeat, 312, 13; 349, 9. Αὐλῶνά τινα μακρὸν κατὰ τὸ Ἕλος perlabitur Eurotas fl., 295, 8. Lacedæmoniorum contra Helotas bellum. Helotarum servorum ap. Lacedæmonios conditio, 313, 25; 598, 7. Helotes Lacedæmoniorum cum Partheniis conspirant, 232, 40.

Helvetii, Ἑλουήττιοι, gens populosissima, 163, 32, ad Rheni lacum, 243, 8. Rhætis et Vindelicis contermini, 171, 36; a Sequanis Jurasio monte distincti, 161, 7; ad Rheni fontes, 160, 9. Ex Italia ad eos aditus per Pœninas Alpes, 173, 29. Helvetii auri divites fuerunt; at latrociniis se dederunt Cimbrorum exemplo seducti. In tres divisi erant partes, quarum duæ bellis perierunt; tertiæ partis quadringenta millia Cæsar delevit, octo millia superesse passus est, 160, 49. Helvetii Tigurini et Toygeni Cimbris se adjunxerunt, 244, 15. Mulieres fecundæ et nutrices egregiæ, 163, 34.

Hemeroscopium, Ἡμεροσκοπεῖον, Hispaniæ urbs Sucroni fl. vicina, in promontorio habens Dianium (*Denia*, *Artemûs*), Massiliensium colonia; Dianæ fano pro arce usus est Sertorius, 131, 53; 134, 6. In propinquo sunt Planasia et Plumbaria inss. et lacus marinus (*Albufera*), 132, 5.

Ἡμίκυνες, Semicanes, populus fabulosus, ap. Hesiodum, 36, 1; 248, 35.

Hemisphærium septentrionale et meridionale, 91, 52.

Ἐνετή, Paphlagoniæ urbs, postea Amisus dicta sec. Hecatæum et Zenodotum, 473, 50.

Heneti, Ἐνετοί, Paphlagoniæ gens, a Parthenio orientem versus habitantes; urbs eorum Cytorum, 465, 1. Ex Henetis (post Troica multum vagatis, 51, 8) genus ducere nonnulli putant Venetos Italiæ, 176, 38. Heneti sec. plurimos primaria olim Paphlagoniæ gens fuit, ex qua ortus Pylæmenes, Paphlagonum dux ap. Homerum;

Digitized by Google

aliæ quædam de verbis Homericis ἐξ Ἐνετῶν (Il. 2, 852) sententiæ, 465, 47. Eversa Troja, per Thraciam in Venetiam abierunt; comes iis se adjunxisse fertur Antenor; nunc nulli in Paphlagonia Heneti sunt, 466, 2. E Leucosyris profecti Trojanis auxilium tulerunt; inde cum Thracibus in Adriæ recessum profecti sunt. Qui expeditioni non interfuerunt Cappadoces, evaserunt, sec. Mæandrium, 473, 35; 124, 26. Cum Antenore e Troade in Thraciam, inde ad Adriam profecti sunt, 520, 5; 176, 36. Equarum alendarum studiosi, 176, 36. Muli Henetorum, 176, 43.

Heniochi, Ἡνίοχοι Pontici, 422, 47; 712, 32; 107, 11; nomen habent a Dioscurorum aurigis, Rheca et Amphistrato Laconibus, 425, 25. Eorum ora maritima est post Achæorum oram pertinetque usque ad Pityunta magnum per 1000 stadia sec. Artemidorum, 426, 15. Heniochi sec. Mithridaticôn scriptores ab oriente Zygorum, ab occasu Cercetarum habitant, 426, 20; 425, 17. Colchis est a meridie Heniochorum, 422, 39. Eorum navigia et latrocinia, 425, 17. Quattuor reges sive σκηπτούχους habebant, quo tempore fugiens Mithridates regionem eorum transivit, 425, 50.

Heorta, Ἑόρτα (*Heortberg*), Scordiscorum majorum oppidum, 264, 21.

Hephæsteum, Ἡφαίστειον, in Memphi urbe, 686, 7.

Heptacometæ, Ἑπτακωμῆται, summas Scydisæ montis partes incolunt, 470, 14; ferocissimi; in turribus sive μοσύνοις habitant, unde Mosynœci vocantur; tres Pompeii cohortes conciderunt, 470; 19.

Heptaporus, Ἑπτάπορος, Troadis fl., apud Homerum memoratus, quem etiam Polyporum vocant, septies transitur in via qua a Pulcra picea ad pagum Melænas et Æsculapii templum itur, 515, 53; 475, 5; 502, 41. Ex Ida fluit, 499, 25.

Heptastadium. V. Hellespontus et Alexandria.

Heraclea, Ἡράκλεια, poema Pisandri Rhodii vel alius cujusdam, 559, 45; 587, 15.

Heraclea, priscum Carteiæ nomen, 115, 51.

Heraclea, Cariæ opp., 562, 22.

Heraclea, una ex octo Pisatidis urbibus, 40 ab Olympia stadiis juxta Cytherium fl., 306, 32. (Stadiorum numerus ducit ad hod. *Bruma*.)

Heraclea sub Latmo (ruinæ ad *Baffi* lacum), Ioniæ urbs, antea Latmus dicta, uti mons, cui adjacet, 543, 14; a Pyrrha 100 stad. distat, 543, 23.

Heraclea Lucaniæ. In eam Siridis incolæ transducti sunt, 219, 47. Ejus navale Siris, 219, 21. Heraclea a Metaponto 140 stadiis dissita, 219, 49; in Tarentina regione; celebrabatur ibi communis Græcorum in hoc tractu degentium conventus, 233, 18. De ea urbe Tarentinorum cum Messapiis bellum, 233, 26.

Heraclea (Lyncestis), Macedoniæ urbs in via Egnatia sita, 268, 30.

Heraclea, Mediæ urbs circa Rhagas sita, 441, 21. Situs incertus. Ptolemæus Heracleam sicut vicinam huic Arsaciam a Rhagis longe versus ortum removet. In tabula urbem retuli ad ruinas *Kala-Erig* quæ sunt prope *Weramin* oppidum, boream versus a ruinis *Scheri* (Arsaciæ). Ceterum cf. Droysen *Hellen.* II, p. 607.

Heraclea, Mytilenæorum pagus in continente, 519, 20.

Heraclea (*Erekli*) Pontica, in Mariandynis sita, Milesiorum colonia, 464, 24, et 38; nunc ad Pontum provinciam pertinet, 464, 10; 465, 17. Urbis situs et historia, 465, 4; coloniæ Callatis et Chersonesus, 465, 5; 265, 7; 256, 13. Distat urbs a Sinope 2000 stadia, 468, 11; a Chalcedonio fano 1500 stadia, a Sangario 500 stadia, 465, 34. Ejus tyrannus Dionysius, 466, 42. Ad eam usque Mithridatis Eupatoris regnum pertinuit, 463, 29. Heraclea patria Heraclidis Platonici, *ib.* In Heracleotide aconitum nascitur, 465, 33.

Heraclea, Syriæ castellum ab Antiochia orientem versus, viginti stadia a Minervæ Cyrrhestidis templo distans quod olim tenuit Dionysius tyrannus, Heracleonis f., 639, 30. (De castello hoc et templo aliunde non constat nisi quod apud Ptolemæum Heraclea ab Hierapoli centum viginti fere stadia distans boream et occasum versus memoratur quæ Reichardo est hod. *Ahcteram*; sententia hæc ad Ptolemæi numeros accommodata est. Ritterus, t. 10 p. 929, templum illud in Cyrrho oppido (hod. *Choros*) collocat, nescio qua de causa. Ceterum in seqq. Strabo Heracleum Cyrrhesticæ memorat Gindaro vicinum. Quod num ab Heraclea diversum fuerit, necne, quæritur.)

Heraclea (Sintica), usque ad quam ab Amphipoli in Strymonis convalli sunt Bisaltæ, 238, 1 et 9. Sita urbs fuit ubi nunc est *Zerookori* vicus, cujus in agro magna numorum Heracleæ copia reperitur (Leake N. G. p. 225.)

Heraclea Trachiniæ, Τραχὶν καλουμένη πρότερον, in Œtæa regione, Lacedæmoniorum opus, a vetere Trachine sex stadia distat, 367, 40; 372, 45; 334, 35; 380, 16. Pars ejus concidit terræ motu, 50, 29. Ejus pagus ad Asopum fluvium, 328, 33; 351, 14.

Heracleon, Ἡρακλέων, Dionysii tyranni f., 639, 31.

Heracleoticus nomus, Ἡρακλεωτικὸς s. Ἡρακλεώτης νομός, Ægypti in insula situs, Herculis urbem (Heracleopolim Magnam) habet, 687, 29; 689, 53; 671, 11.

Heracleoticum sive Canopicum Nili ostium, 670, 40; 71, 9.

Heracleotis, Ἡρακλειῶτις, in Ephesiorum ditione regio, quam ademtam Ephesiis reddiderunt Romani, 548, 37.

Heracleum, Ἡράκλειον, Cnossi navale, 409, 11; 416, 60.

Heracleum Siciliæ, inter Lilybæum et Agrigentinorum emporium, 221, 22.

Heracleum, ad Mæotidem opp. 424. 8.

Heracleum pr., Ἡράκλειος ἄκρα, in Ponto ab Amiso orientem versus, 469, 52.

Heracleum Syriæ non procul a Gindaro (*Djindaris*), in Cyrrhestica, 639, 39. (A meridie *Djindaris* assurgit *Amynli Dagh*, in cujus vertice est *Deir Mar-Semaan*; fortasse huc pertinet Heracleum Strabonis.)

Heraclion, Ἡράκλειον, locus Ægypti cum Herculis fano, ab oriente Canobi urbis et ab occidente ostii Canobici situm, 680, 50; 670. 32.

Heracleum, in ora Cyrenaica, pone quod Paliurus vicus 761, 30.

Heracleum. V. Herculis promontorium.

Heraclidæ, Ἡρακλεῖδαι, ab Eurystheo appetuntur, 324, 19; Dorienses in Peloponnesum reducunt, 286, 30. Quando? 498, 23. Unde profecti sint, 367, 7. Ad Naupactum classem compegerunt, 366, 25. Viæ iis dux fuit Oxylus, 307, 8. Quomodo Peloponnesi regiones inter se diviserint, 434, 46. Heraclidæ qui Argis potiti erant, etiam Mycenas tenebant, 320, 23. Comitati eos sunt Iones ex tetrapoli Attica, 322, 2. De Heraclidis Laconica potitis Ephori narratio, 313, § 4. Heraclidæ Atheniensibus, regnante Codro, bellum inferentes Megaridem eripuerunt et Megara condiderunt, 337, 34. Heraclidarum e genere Chersicrates Corinthius, 224, 5.

Heraclides Platonicus ex Heraclea Pontica oriundus, 463, 30; in dialogo narrat magum quendam ad Gelonem pervenisse, qui se Libyam circumnavigasse dixerit, 81, 16; 83, 6. Laudatur de Helice terræ motu aquis obruta, 330, 31; de muribus sacris circa Smintheum Chrysæ, 517, 30.

Heraclides, Herophileus medicus, sodales Apollonii Myos, Erythris natus, 550, 51.

Digitized by Google

Heraclitus ὁ σκοτεινός, Ephesius; ejus dicta, 548, 18; 667, 3. Per ursam arcticum circulum intelligit, 3, 8.
Heraclitus Halicarnasensis poeta, Callimachi socius, 560, 35.
Heræa, Ἡραία, Arcadiæ opp., 333, 39; e novem pagis a Cleombroto aut Cleonymo constituta, 289, 32. (Ruinæ ad vicum *Aianni*).
Ἡραῖα. Junonis templa. V. Juno.
Herculanum, Ἡράκλειον, Campaniæ castellum, quod tempore labente tenuerunt Osci, Tyrrheni, Pelasgi, Samnitæ, 205, 37.
Hercules, Ἡρακλῆς, unus ex Idæis Dactylis, certamen Olympicum instituisse fertur, 205, 5. 406, 17.
Hercules, Ἡρακλῆς, Jovis et Alcmenes f., Olympici certaminis auctor, 305, 5; pater Tlepolemi, ex Astyochea, 290, 36; Iolai, 187, 21; Thessali, 381, 21; 558, 15; Herculis et Omphales ex posteris Atys, 182. 42. Socius Herculis Hylas, 482, 50; et Cius, 482, 52. Herculis certamina, 16, 5; itinera, 40, 22. Hercules, μεγάλων ἐπιστωρ ἔργων, 7, 29, in Hispaniam expeditionem suscepit, quod de divitiis ejus terræ audiverat, 2, § 4; 123, 52; usque ad πύλας Γαδειρίδας venit sec. Pindarum, 141, 37. Carteiam Iberiæ condidisse fertur, 115, 51. Sociorum nonnulli in Hispania remanserunt, 130, 28. Hercules Geryonis boves abigens ad Evandrum Romam venit; acceptum ibi vaticinium et sacrificium, quale etiamnum Romani offerunt, 192, 16. In eodem itinere aggerem in Lucrino sinu duxisse dicitur, 204, 25. Gigantes e Phlegra Campaniæ expulit, 233, 53. Gigantes, i. e. barbaros, in Phlegra sive Pallene debellavit e Troja rediens, 278, 47. Gigantes necavit opera Veneris τῆς Ἀπατούρου, 424, 50. Ad Diomedis equas abducendas missus, quomodo hoste superior evaserit, 282, 4. E Troja rediens ventis in Coum defertur, 284, 47. Augeam evertit, 304, 44, Epeorum auxilio, 293, 10. Pylum vastat Nestoream, 302, 15; ad Tænarum pr. Cerberum protrahit, 311, 47. Aves Stymphalides expulit, 319, 5. Erginum Minyarum tyrannum interfecit, 356, 12; contra Centauros pugnavit, 298, 12; Dryopes e Doride ejecit, 321, 12. Ægimium Doriensium regem in regnum restituit; filius ejus maximus Hyllus ab Ægimio adoptatur, 367, 3. Hercules Œchaliam, Euboeæ urbem, diruit, 385, 2; 376, 36. Debellato Acheloo victoriæ præmium adeptus est nuptias Deianiræ; quomodo interpretanda hæc sit fabula, 393, 50. Ad Evenum fl. Nessum interfecit, 387, 39. Ejus in Indiam expeditio, 584, 46, quam fabulis accenset Eratosthenes, 586, 8. Hercules Aornum Indiæ petram frustra expugnare tentavit, 586, 43. Prometheum liberavit in Caucaso apud Paropamisadas vinctum, 586, 52. Herculis in India posteri Sibæ cur esse putentur, 586, 46. Hercules Ammonis oraculum adiit, 691, 20. Rogus Herculis, 367, 49. Herculis templum in Sacro Hispaniæ promontorio Ephorus finxit, 140, 42; 114, 4. Gaditanum ejus templum, 141, 24, in quo duæ erant columnæ æreæ octo cubitorum, quibus inscriptus erat sumptus in templi factus exædificationem; has dici Herculis Columnas censet Posidonius, 141, 43, obloquente Strabone, 142, 50-143, 9. Ejusdem templi fons vel putei duo memorabiles; de iis Polybii, Artemidori, Posidonii sententiæ, 143, 10. Herculis templum ad Rhodani et Isaræ confluentes a Romanis structum, 154, 16. Herculis Monœci templum in Monœci portu, 168, 52. Herculis fanum Tiburtinum, 198, 30. Herculis Macistii templum in Triphylia, 299, 12. Herculis fanum Alyziæ, 394, 41; in Heraclio prope Canobum, 680, 37. Hercules Κορνοπίων apud Œtæos, 524, 28; Ἱποκτόνος ap. Erythræos Asiæ, 224, 29. Hercules ap. Tyrios colitur, 644, 39; apud campestres (πεδιασίους) Indiæ philosophos, 606, 15. Herculem non venerantur Ilienses ob vastatam ab eo patriam; sacra faciunt Achilli, Patroclo, Antilocho, Ajaci, 510, 9. Hercules pelle et clava instructus ab antiquis temporibus alienus est; primus hunc habitum finxit Heracleæ auctor Pisander vel quicunque sit alius, 587, 13. Herculis certamina, Lysippi opus, in Alyzia urbe, 394, 12. Herculis colossus, Lysippi opus, Tarento abstulit Fabius Maximus et Romæ in Capitolio dedicavit, 231, 25. Herculis colossus, Myronis opus, in Samo, 544, 25. Hercules Dejaniræ tunica excruciatus, pictura, 327, 34. Herculis ara in sinu Emporico, 701, 32. Herculis columnæ, Στῆλαι, Ἡράκλειοι στῆλαι, 17, 28, a Malea prom. 22500 stadia distant sec. Polybium, 21, 6. Ad eas terra olim non erat perrupta, adeo ut maris interni superficies altior esset, et isthmus ad sinum Arabicum aquis tegeretur, suspicante Eratosthene, 32, 8. Extra Columnas Phœnices paullo post Troica progressi sunt, 40, 34. Parallelus per Columnas ductus, 56, 15.
Herculis columnæ in India, 142, 25.
Herculis insula sive Scombraria (*Escombrera*) ad Carthaginem novam, 132, 7.
Herculi sacra insula e regione Onobæ; quare ibi nonnulli Herculis Columnas posuerunt, 141, 20 (*Saltes* insula ad *Huelva*).
Herculis portus ad Cossam urbem (prope *Monte Argentaro*) in Etruria, 187, 51.
Herculis portus (*Tropea*) in Bruttio a meridie Hipponii urbis, 213, 21.
Herculis pr., τὸ Ἡράκλειον (*C. Spartivento*), Italiæ promontorium meridiem versus ultimum, 215, 25.
Herculis thermæ ad Thermopylas, 367, 13.
Herculis calida lavacra ad Ædepsum in Eubœa, 365, 10.
Herculis urbs, Ἡρακλέους πόλις (*Heracleopolis Magna*), in Heracleotico nomo Ægypti. Ibi ichneumon colitur, dum in vicino Arsinoite nomo crocodilus sacer est, 689, 53
Hercynia silva, ὁ Ἑρκύνιος δρυμός, dorsum montanum Germaniæ, Alpibus contiguum, versus ortum porrigitur, 241, 22. Magnum includit circulum; in medio sita regio habitationibus apta; prope silvam sunt Istri et Rheni fontes et lacus Rheni, 242, 45; 172, 36. E Gallia meridionali silvam petens primum transit lacum istum, deinde Istrum, et tum ad silvam per montanas planities accedit, 243, 1. Ad silvam H. usque pertinet Getarum terra, 245, 11. In silva Suevorum gentes nonnullæ, ut Quadi, 241, 22 et 34; 243, 15. Ab ea meridiem versus est Gabreta silva, 243, 15. Hercyniam silvam olim Boii tenuerunt, 244, 7.
Herdonia, Ἑρδωνία (*Ordona*), Apuliæ opp., 234, 52.
Hermas, Ἑρμᾶς, inter dona a Poro ad Augustum missa, 612, 39.
Hermæum, Ἑρμαῖα ἄκρα, promontorium (*Cap Bon*, *Ras Addar*) et urbs ad sinum Carthaginiensem, 706, 24; 708, 2.
Hermagoras, Ἑρμαγόρας ὁ τὰς ῥητορικὰς τέχνας συγγράψας, e Temno urbe Æolica oriundus, 531, 32.
Hermias, Ἑρμείας, eunuchus et Atarnitarum tyrannus. Ejus historia, 522, 4; 525, 25.
Hermione, Ἑρμιόνη (ruinæ in quibus nunc *Kastri* vicus est), Argolidis urbs ad sinum Hermionicum, 317, 13; 320, 31. In ejus ora maritima Halieis, qui vocantur; ad urbem descensus ad inferos esse dicitur; mortuorum oribus portorium imponitur, 321, 4. Olim Cares tenuerunt, 321, 52; tum Dryopes, 321, 9. Urbs ad amphictyoniam Calauriæ contribuebat, 321, 33. Vicinum est Scyllæum, 321, 13. Hermionica urbs Asine, 309, 11.
Hermionicus sinus, ὁ Ἑρμιονικὸς κόλπος, 49, 26; 288, 18;

Digitized by Google

326, 46; 316, 9 et 24. Adjacentia ei oppida, 317, § 3.
Hermocreon, Ἑρμοκρέων, aram Apollinis Parianam ædificavit, 503, 22.
Hermodorus, Ἑρμόδωρος, Ephesius, Romanis leges quasdam scripsisse videtur; a civibus ejectus est. De eo Heracliti vox, 548, 20,
Hermonactis vicus, Ἑρμώναχτος κώμη, ad Tyræ ostium, 254, 10.
Hermonassa, Ἑρμώνασσα, Bospori Cimmerii urbs, Hypanim innaviganti ad dextram est, in Sindice, 424, 35.
Hermonassa, Ἑρμώνασσα (*Platana*), Ponti opp. Trapezunti vicinum; 470, 2.
Hermondori, Ἑρμόνδοροι, gens Suevica, olim trans Albin, nunc citra eum habitans, 241, 38.
Hermonthis, Ἑρμωνθίς (*Erment*), Thebaidis urbs in qua Apollo et Juppiter coluntur, 693, 43.
Hermopolis, Ἑρμοῦ πόλις, Ægypti urbs in Deltæ regionis insula, non longe a Buto urbe, 681, 30. (Aliunde non nota).
Hermopolis alia in Delta regione non longo a Mendete et Lycopoli dissita, 681, 34 (Aliunde non nota).
Hermopolis, (Hermopolis parva, *Damanhour*), a Schedia Memphim naviganti ad dextram est, fluvio adjacens, 682, 33.
Hermopolitana Custodia, Ἑρμοπολιτικὴ φυλακή (*Bahr Jusu* ad Hermopolin Magnam sive *Esmoun*), locus Ægypti ubi vectigal exigitur earum rerum quæ e Thebaide deferuntur, 690, 32. Hermopolitæ Ægypti cynocephalum colunt, 690, 26.
Hermus, Ἕρμος (*Gedis Tchai*), Lydiæ fl., ab Homero memoratur, 474, 50. Ioniam ab Æolide dirimit, 498, 2. Ejus fontes et cursus, 535, 11. In eum influunt Pactolus et Hyllus sive Phrygius, 535, 8. Cf. etiam 498, 17; 502, 4; 531, 36; 540, 26. Hermi campus alluvionibus debetur, 534, 44; 536, 16; 589, 23.
Hernici, Ἕρνικοι, Latii gens, 190, 39; 192, 32; ad Lanuvium et Albam Romamque, 198, 41. Eorum caput Capitulum, 198, 24.
Herodes, Ἡρώδης, Judæorum pontifex, regis titulum assumpsit, Antonio primum et deinde Augusto permittentibus; de filiis ejus notitia; soror ejus Salome, 651, 8. Herodes Samariam urbem denominavit Sebasten, 647, 26.
Herodotus, Ἡρόδοτος, Halicarnasensis, etiam Thurius vocatur, 560, 32. Facilius Homero et Hesiodo et tragicis quam Herodoto credas, 435, 36. Herodoto melius se fabulas narrare ait Theopompus, 36, 15. Laudatur Herodotus (I, 6) 466, 13; 457, 44; de Arione (I, 23), 328, 40; de Alyattis tumulo et de Lydorum mulieribus (I, 93), 536, 18; 556, 48; (I, 163) 125, 17; (I, 102) 455, 32; (I, 173) 490, 48; (I, 175) 522, 47; (II, 5) 589, 30; De Ægypto fabulosa multa narrat, 695, § 52. Citatur de Ægypto Nili dono, (II, 5) 25, 4; 29, 47; 460, 2; (II, 36), 699, 29; (II, 51) 406, 12; (IV, 36) 51, 35; (IV, 42) 81, 15; 83, 7; (IV, 127) 250, 18; (V, 101) 535, 11; (IV, 101) 384, 42; (VII, 58) 283, 24; (VII, 91) 570, § 3; (VII, 92) 490, 45; (VII, 170) 234, 23; (VII, 198) 367, 61; (VIII, 104) 522, 47. Varias Scytharum gentes memorat, 471, 23.
Heroum urbs, Ἡρώων πόλις, ad recessum sinus Arabici, 682, 25; 71, 4; 655, 8; 646, 33; 687, 54. Arsinoæ et Cleopatridi vicina, 683, 49; in eodem parallelo in quo Syrtis majoris est recessus, 709, 52. Isthmus qui a mari interno ad Pelusium pertinet, mille stadiorum est, 682, 25. Ab Heroonpoli ad Ptolemaidem 9000 stadia, 654, 29; ab eadem per Petram et Arabiam desertam ad Babylonem 5600 stadia sec. Eratosthenem, 653, 29. Urbs quum defecisset, a Cornelio Gallo recipitur, 698, 1. (Heroopolis vulgo referunt ad ruinas, quæ sunt ad *Abou-Keycheid*, a lacu amaro boream versus. Quod alienum esse a Strabonis sententia patet. Cf. Letronne ad Strabon. vers. gall. lib. XVII, p. 369 not.)
Herophileus medicus Heraclides, 550, 51. Herophileæ sectæ medicorum schola Caruris, 496, 40.
Herostratus, Ἡρόστρατος, Dianæ templum Ephesium incendit, 547, 10.
Herpa, Ἥρπα, Sargarausenæ in Cappadocia opp., 460, 20; ad Herpa Carmalæ fluvii (*Charma Su*) alveum obturavit Ariarathes rex, 462, 1. (In novissimis quibusdam tabulis Herpa notantur ad initium Carmalæ fluvii; at non ibi Archelaus fluvium obturaverit, sed ad angustas istas fauces, per quas in Taurum intrat; ibi nunc est *Jarpus* locus, quem cum Herpis Strabonis componendum esse puto; Kiepertus Jarpum locum pro vetere Arabisso habet. Ceterum quod in Sagarausene Strabo Herpa ponit, id fortasse minus recte habet; alio loco Carmalam fl. Cataoniæ assignat.)
Herphæ, Ἥρφαί, Cappadociæ opp., in via situm, qua Mazacis Tomisa itur, 566, 31.
Herus, Ἡροῦς, turris prope Abydum, 506, 12.
Hesiodus, filius Dii qui e Cuma in Bœotiam migravit, 532, 25. Laudatur de Ascra patria, 351, 47. Primus universæ Græciæ incolas Hellenes vocavit, 318, 10. Homericam de Ulyssis circa Siciliam et Italiam erroribus narrationem referens præter loca ab Homero memorata etiam Ætnæ et Ortygiæ et Tyrrhenorum meminit, 19, 8. Nili fluvii nomen et ostia complura novit, 24. Laudantur Catalogi versus duo, 35, 25. Hesiodus falsa multa de locis populisque non ob ignorationem, sed consilio poetico profert, 35, 47. Gentes fabulosas memorat Hemicynes; Macrocephalos, Pygmæos, 36, 1; 248, 35. Laudatur de Pelasgo Lycaonis patre, 184, 26; de Scythis equimulgis, 249, 44. Hesiodus ἐν τῇ καλουμένῃ γῆς περιόδῳ, laudatur, 251, 22; de Hellopia circa Dodonam regione, 272, 40; de Piro fluvio, 294, 4; de Cephissi cursu, 264, 10; de Dotio campo et locis vicinis, 380, 10; 552, 51; de Hecateri (?) filiabus, 405, 10. Nondum novit Priapum deum, 503, 8. Amphilochium Solis interfectum esse ab Apolline dicit, 576, 44. Citatur de Mopsi et Calchantis certamine, 548, 49; de aliis quibusdam, 49, 45; 267, 37; 312, 35; 351, 50; 532, 28.
Hesione, Ἡσιόνη, ab Hercule liberata, 510, 20.
Hesperides, Ἑσπερίδες. Earum mala aurea, 124, 50; sedes earum fabulosæ, 248, 40. Iter a Caucaso ad Hesperides sec. Æschylum, 151, 52.
Hesperides, Libyæ urbs. Distantia a Zacyntho insula 393, 32. Ab iis ad Automala 1800 stad. sec. Eratosth., sec. alios 1500 st., 101, 53. Postea urbs dicta est Berenice, *q. v.*
Hesperidum portus, Ἑσπερίδων λιμήν, ad Berenicen, 710, 9, in quem Lathon influit. *ib.*
Hesperii, Ἑσπέριοι, Æthiopes. V. Æthiopes.
Hestiæa, Ἑστιαία, Alexandrina, quæ de Homeri Iliade scripsit, de situ veteris Ilii a Demetrio Scepsio laudatur, 512, 47.
Hestiæotis. V. Histiæotis.
Ἑτερόσκιοι ζῶναι duæ Posidonii, 79, 4; 110, 25; 112, 26.
Hibernia, Ἰέρνη, a Britannia versus boream sita, ob frigus ægre incolitur; parum nota est, 53, 16; 60, 11; 62. 8; 167, 19; 52, 39; 94, 45. Ibi finem terræ habitatæ statuendum esse Strabo censet, 94, 45; 62, 27. A Celtica Hibernia non ultra 5000 stadia abesse perhibetur, 60, 15. Incolarum indoles, 94, 45; 167, 19.
Hicesius, Ἱκέσιος, præses scholæ medicinæ Erasistrateæ, quæ Smyrnæ erat, 496, 44.
Hicetaon, Ἱκετάων, Melanippi pater, 501, 27.
Hidrieus, Ἱδριεύς, Hecatomni f., Artemisiæ sorori in regno

Digitized by Google

Cariæ successit; ipsi successit Ada soror et uxor, 560, 39.
Ἱερὰ ἄκρα, Lyciæ pr., 568, 38.
Hiera, Ἱερὰ νῆσος, una ex Liparæis inss., 229, 11; 230.
(Hiera?) insula inter Theram et Therasiam e fervente mari sublata, ambitu 12 stadiorum; primi eam adierunt Rhodii, in eaque Neptuni Asphalii fanum condiderunt, 48, 13.
Hieracon polis, Ἱεράκων πόλις (Accipitrum urbs), in Thebaide, ubi accipitres coluntur, 693, 48.
Hierapolis, Phrygiæ opp. (*Pambuk Kalessi*, ubi ruinæ), e regione Laodiceæ ad Mesogidem m.; ibi aquæ calidæ et Plutonium, τὸ ἐν Ἱεραπόλει Χαρώνιον, 495, 43; 538, 15. Marmor Hierapoliticum, 375, 36.
Hierapolis, Ἱερὰ πόλις, sive Bambyce, Mesopotamiæ urbs, quattuor schœnis ab Euphrate dissita, eadem quæ Edessa, 636, 48. Cf. Bambyce. Atargatis ibi colitur, *ib.*
Hierapytna, Ἱεράπυτνα (*Hierapetra*), Cretæ urbs, a Pytna monte dicta, 405, 52; a Cyrbante condita, 405, 27. In hanc urbem receptum est Larissæ oppidulum, 378, 22. Hierapytnii Prasum diruerunt, 411, 22.
Hiericus, Ἱερικοῦς (Jericho), e variis gentibus mixtos incolas habet, 647, 25. A Petra abest trium vel quattuor dierum itinere, 663, 23. Hiericus, planities montano tractu circumdata; ibi regia, palmetum, balsami hortus, 649, §41; in Hiericuntis ingressu sita castella Threx et Taurus, 649, 33.
Hiero, Ἱέρων, Syracusarum tyrannus, in Pithecussas colonos misit, 206, 30. Catanæ incolas ejecit, novisque colonis eo deductis urbem Ætnam vocavit, 223, 16. Post ejus mortem reversi Catanæi sepulcrum tyranni devastarunt, 223, 22.
Hiero Laodiceam Phrygiæ, urbem patriam, quomodo auxerit, 495, 12.
Hierocepis, ἡ Ἱεροκηπίς, in Cypro occidentali, 10 stadiis a mari, 583, 8; ἡ Ἱεροκηπία, 583, 28.
Hierocles, Ἱεροκλῆς, Alabandensis orator, frater Menecli, 364, 15.
Ἱερὸν ἀκρωτήριον. V. Sacrum prom.
Ἱερὸν ὄρος, Sacer mons (*Hagios Elias*), ad Propontidem in Thracia, 284, 11; asphaltum in mare emittit; objacet Proconneso insulæ, 284, 15.
Hieronymus, Ἱερώνυμος, (Cardianus) historicus, laudatur de Thessalia, 380, 54; de situ Corinthi, 325, 30; de Cretæ magnitudine, 407, 48.
Hieronymus Rhodius phil., 559, 38.
Hierophantæ, Ἱεροφάνται, Cereris ministri, 402, 17.
Hierosolyma, Ἱεροσόλυμα, Judæorum caput, ex Iope conspici tradunt, 646, 5; ideoque non longe a mari dissita sunt, 647, 20. Locum urbis saxosum et sterilem facile obtinuit Moses, 637, 51. Urbis sanctitas, 648, 21. Brevis urbis descriptio, 649, 23. Cepit eam Pompeius, 649, 29.
Hilesium, Εἰλέσιον, Bœotiæ, a paludibus dictum, 349, 9.
Himera, Ἱμέρα (*fiume grande*), fl. per mediam Siciliam fluens; distantiæ a Cephalœdio et Panormo, 221, 16.
Himera, Ἱμέρα (ruinæ prope *Termini*), urbs a Zanclæis Mylarum condita, 226, 43. Ad eam calidæ aquæ salsæ, 228, 28. Nunc urbs non incolitur, 226, 41.
Hipparchus, Ἵππαρχος, mathematicus e Bithynia oriundus, 485, 5. In libris mathematicis de rebus geographicis passim disputavit, 285, 35. Homerum primum geographicæ peritiæ auctorem prædicat, 1, § 2. Non eandem esse ubique in oceano fluxus et refluxus rationem dicit, neque, si hoc detur, inde effici Atlanticum mare in se refluere inque orbem redire, I, 1, 9, p. 4 sq. Ἐν τοῖς πρὸς Ἐρατοσθένη de rerum cœlestium studio ad geographiam necessario agit, 6, 1. Contra Eratosthenem disputavit, 12, 15. Ineptos esse dicit qui omnium artium et scientiarum cognitionem Homero vindicent, 13, 40. Homerum in recensendis populis et regionibus ordinem geographicum servare monuit, 22, 38. Effluxum maris in freto Byzantio aliquando subsistere ait, 46, 18. Male disputat contra Eratosthenem, verba ejus a sensu suo detorquens, 46, 37; 47, 15. Inscriptionem delphinorum, quam Cyrenæos in Ammonis templo posuisse Eratosthenes dixit, falsi arguit; oraculumque nunquam ad mare fuisse contendit; non posse fundum maris in tantum attolli, ut Pharus et multa Ægypti loca aquis tegantur; et hoc si factum esset, etiam alias multas Europæ et Asiæ partes inundandas fuisse. Denique de Istro scisso alveo in Pontum et Adriam exeunte pravam sententiam profert, 47, 20. Ad annotanda quæ secundum habitationes diversa in rebus cœlestibus observantur (πρὸς τὴν σημείωσιν τῶν κατὰ τὰς οἰκήσεις ἑκάστας φαινομένων) adhibet tradita ab Eratosthene intervalla in Meroes, Alexandriæ et Borysthenis meridiano, 52, 13. Observáto gnomone, reperisse sibi visus est Byzantium sub eodem quo Massiliam parallelo esse 53, 6; 87, 38; 94, 51.; unde, distantiarum ratione habita, Britanniam et Borysthenem sub eodem parallelo esse collegit, 53, 6. A Byzantio ad Borysthenem esse dicit 3800 stadia, 95, 1. Eratosthenis de boreali Indiæ termino sententiam impugnat, argumentis parum idoneis, 56, 20. De recta linea per Herculis Columnas ad Ciliciam versus ortum æquinoctialem tendente cum Eratosthene facit, 59, 17. Pytheam secutus Massiliam et Byzantium in eodem parallelo posita censet, 59, 46. A Byzantio ad Borysthenem 3700 stadia esse statuit, 59, 50. Ab æquatore ad Borysthenem computat stadia 34000, quorum 8800 pertinent ab æquatore ad Cinnamomiferam, 50, 1. Hoc si admiseris, Indiæ pars borealis, quum fertilis sit, in inhabitabilem zonam extendendus foret, *ib.* Hipparchus tradit ad Borysthenem inque Celtica totis noctibus æstivis lucem solis sublucere et sub brumam solem non ultra 9 cubitus attolli; magis hoc evenire apud eos qui a Massilia 6000 stadiis habitent in Celtica, et sic porro. In Britanniæ parte boreali (ut Pytheas statuit) longissimam diem esse horarum 19. (Britanniam magis quam Strabo boream versus ponit). Hæc vero demonstrant falsa esse ea quæ Hipparchus de Indiæ et Bactriæ situ statuit, 62, § 18. Male Eratosthenem reprehendit Deimachi errores refellentem, 63, 44. In secundo Commentario de Meroes climate bene constare ait; num vero in eodem cum Meroe parallelo ponenda sit Indiæ pars meridionalis, a nemine, ne ab ipso quidem Eratosthene, exponi. Quod impugnat Strabo, 64, § 20. Hipparchus de distantiis inter Babylonem et Thapsacum et montes septentrionales contra Eratosthenem male disputat, falsa assumens et falsa ex his inferens, 64, § 21; 66, 1. De tertio Eratosthenis sigillo disputans, non profert quæ Eratosthenes dixit, sed fingit quandam ejus sententiam, ad refellendum opportunam, 64, 50. Borealem tertii sigilli limitem ex Eratosthenis computo non posse in parallelo per Rhodum ducto collocari, sed multo septentrionaliorem esse demonstraturus, Eratostheni tribuit, quæ is non dixerat, ex iisque infert quæ non sequuntur, p. 68, 69, § 27-29. Persidem secundo Eratosthenis sigillo adscribendam fuisse et Indi fluvii cursum in vetustis tabulis rectius quam ab Eratosthene indicari studet probare. Sed inanis est argumentatio, quum Eratostheni affingantur, quæ ab eo aliena sunt, 71, § 34. Eratosthenis errores majores esse ait quam qui condonari possint, 72, § 35. Recte reprehendit Eratosthenem, qui quarti sigilli longitudinem definit linea a Thapsaco ad Pelusium ducta, quippe quæ potius sit parallelogrammatis diameter. Perperam vero ex sumptione non con-

Digitized by Google

cessa proficiscens, distantiam a Thapsaco ad Pelusium non 6000, sed 8000 stadiorum esse geometrice demonstrare studet, 73, § 36. Hipparchus si quos Eratosthenis errores deprehendit, etiam correctionem eorum afferre debebat; nec jubere nos vetustis tabulis intentos esse, quæ majore correctione opus habent quam Eratosthenica, 74, 52. Meridianus per Canobicum ostium et Cyaneas ductus a Thapsaceno meridiano sec. Hipparchum distat 6300 stad., 75, 27. Viam a Thapsaco ad Caspias portas, quam 10000 st. Eratosthenes dicit, ab eo temquam rectam lineam perhiberi hac mensura contendit, quum res secus habeat, et recta linea multo brevior sit. Quæ false dici ab Hipparcho probat Strabo, 75, § 39. A Cyaneis ad Phasin 5600 stadia, inde ad Caspium mare 1000 stadia Hipparchus computat, 76, 5. Eratosthenem de occidentalibus Europæ partibus falsissima plurima tradentem juste incusat, 77, 15. In secundo contra Eratosthenem Commentario de borealibus terræ partibus agit, quæ sunt a septentrione Tauri montis; deïn de tribus Europæ promontoriis, Peloponnesiaco, Italico, Ligustico; geometrice magis quam geographice, 76, § 40; quæ Strabo exponere operæ pretium non duxit, *ib.* et 77, 15. Hipparchus accuratius definire studet Hyrcaniæ a Bactria et ulterioribus gentibus distantiam et quæ sit a Colchide ad Hyrcaniam, 77, 35. Sub finem secundi Commentarii τῶν πρὸς τὴν Ἐρατοσθένους γεωγραφίαν πεποιημένων de Æthiopicis rebus Eratosthenem reprehendit; in tertio autem alt majorem partem disputationis fore mathematicam, nonnihil tamen etiam geographicum, 77, 43. Libro tertio justissime Timosthenem et Eratosthenem reprehendit, 78, 1. Eratosthenis de terræ magnitudine sententiam probat. Ejus de latitudine terræ habitatæ disputatio, 93, § 7. Circulum maximum 252000 stadiorum esse cum Eratosthene statuit, 109, 15. Hipparchus consignavit τὰς γιγνομένας ἐν τοῖς οὐρανίοις διαφορὰς καθ' ἕκαστον τῆς γῆς τόπον τῶν ἐν τῷ καθ' ἡμᾶς τεταρτημορίῳ τεταγμένων, 109, 5. Hinc potiora excerpsit Strabo p. 109-112, § 34-43.

Hippi, Ἵπποι, quattuor insulæ ante Erytheas Ioniæ sitæ, 550, 22.

Hippones (*Bizerta* et *Bona*) duo, ambæ regiæ, altera Uticæ propinqua, altera Treto prom. vicinior, 706, 16.

Hippobotæ, Ἱπποβόται, Chalcidensium, 384, 5.

Hippocles, Ἱπποκλῆς, Cumæus, cum Megasthene Chalcidensi dux coloniæ, qua Cumæ conditæ sunt, 202, 50.

Hippocoon, Ἱπποκόων, Tyndareon et Icarium Lacedæmone pepulit, 396, 29.

Hippocorona, Ἱπποκόρωνα, Adramyttenæ locus, 405, 53.

Hippocoronium, Ἱπποκορώνιον, Cretæ locus, 405, 53.

Hippocrates, Ἱπποκράτης, Cous medicus, tabulis in Æsculapeio asservatis utitur, 561, 36.

Hipponax Ephesius poeta, 292, 53; 541, 31; 543, 50; 548, 24.

Hipponiates sinus, Ἱππωνιάτης κόλπος, ab Antiocho vocatur Napitinus; isthmum efficit cum Scylletico sinu; 212, 7 et 24. *Cf.* Scylleticus sinus.

Hipponium, Ἱππώνιον (*Bivona*), a Romanis Vibo Valentia denominata, a Locris condita in Bruttio urbs; ejus prata; de Proserpina fabula; mos matronarum, 213, 11. Hipponii navale, Agathoclis opus, 213, 19.

Hippomolgi Ἱππημολγοί, Homeri sunt Scythæ, Thracibus mixti, 246, 5; 3, 27. (Cf. p. 296, 300, 302, 311; 553 *ed. Casaub.*)

Hippopotamus sec. Onesicritum etiam in India nascitur, quod negant ceteri, 588, 53. Hippopotami in lacu Æthiopiæ, 658, 41.

Hippothous, dux Pelasgorum qui Larisam Phriconidem tenebant, 530, 22; 184, 23.

Hippocrene, Ἵππου κρήνη, in Helicone fons, quem Pegasus elicuit, 326, 18; 352, 13.

Hippus fl. (*Abascie?*) in Phasidem influit, 427, 20; 429, 22.

Hira, Ἱρὴ ποιήσασα ap. Homerum, una ex urbibus quas Agamemno Achilli daturus erat, 308, 26. Nonnullis est ad montem prope Megalopolim, in via qua Megalopoli Andaniam itur (Parum accurate Strabo significat locum Homericum nonnullis esse Εἷραν Messeniæ). Aliis est in Messola, ad sinum Messeniacum (eo loco ubi postea erat Abia urbs prope hod. *Mantineia*), 309, 35.

Hirci mulieres ineunt in Mendete Ægypti urbe, 681, 35; a Mendesiis coluntur, 690, 30.

Hirpini, Ἱρπῖνοι, Samnitica gens, unde nomen habeant, 208, 42.

Hirpus Samnitum lingua lupum significat, 208, 44.

Hirudines (βδέλλαι) septem cubitorum in Mauretaniæ quodam fluvio, 701, 48.

Hispalis, Ἴσπαλις (*Sevilla*), Romanorum in Turdetania colonia; emporium ibi, 117, 11. Ad Hispalin usque grandibus onerariis Bætis navigatur, 117, 41.

Hispania sive Iberia. Fines, 113, 35. Figura similis bovis tergori in longum expanso ab occasu versus ortum 69, 30; 105, 54; 113, 19. Longitudo ad 6000 st.; latitudo maxima 5000 stad., alicubi multo minor 3000 stadiis, 113, 22 et 35; 105, 41; 88, 15. A Columnis ad Pyrenen per mediterranea 4000 stadia et paullo amplius, juxta oram 6000 st., 129, 37. A Columnis ad Carthaginem Novam 2200 st.; hinc ad Iberum fere totidem; inde ad Pyrenen 1600 st., 129, 40-46. Sacrum prom. 1500 stadiis quam Libyæ extrema pars occidentalius est, 114, 5, et a Columnis 3000 stadia distat, 87, 36. Turdetaniæ longitudo et latitudo 2000 stadia non excedit, 116, 50. Lusitaniæ longitudo 3000 stad.; latitudo multo minor, 129, 37. A Tarracone ad ultimos Vascones et Oceanum in Hispaniæ et Galliæ confiniis 2400 st., 134, 7. A Sacro prom. ad Anam 60 mill., hinc ad Bætin 100 mill., hinc ad Gades 70 mill., 116, 36; hinc ad Calpen 750 vel 800 stadia, 116, 6. Eratosthenes et ceteri scriptores antiquiores parum noverant Hispaniam, 77, 23; 88, 23. Ephorus pleraque Hispaniæ attribuit Celticæ regioni, 165, 39. Antiquitus Iberiæ nomine intelligebatur quidquid est extra Rhodanum et isthmum qui Gallicis sinubus coarctatur; nunc eam Pyrene terminant, ac promiscue Iberiam et Hispaniam vocant. Nonnulli priorum Iberiam nonnisi eam regionem dicunt quæ est intra Iberum fl., et ab antiquioribus scriptoribus Igletarum esse perhibetur, 138, 3 (cf. 133, 7). Romani Hispaniam Interiorem seu Citeriorem et Exteriorem seu Ulteriorem distinguunt; ceteram divisionem aliis temporibus aliter instituerunt, 138, 11. Strabonis ætate ita res habebat: Populi senatusque provincia erat Bætica, in qua prætor cum quæstore et legato; reliqua Hispania erat Cæsaris. Mittebantur in eam legatus prætorius et legatus consularis. Ad prætorium pertinebat Lusitania ad Durium usque; reliqua consularis administrabat tribus legatis, quorum unus in Callaica, alter in proximis usque ad Pyrenen, tertius in mediterraneis, in Celtiberia et quæ ad Iberum sunt utrinque usque ad mare, 138, § 12. Major Hispaniæ pars male inhabitatur, 113, 8. Felix et bene frequentata est pars meridionalis, 113, 5. Optimas regiones tenuerunt Phœnices (cf. Herculis in Hispaniam expeditio, 2, § 4) et Carthaginienses, antequam Romani imperium eorum abolerent, 125, 1; 131, 24. A Græcis quoque et Trojanis urbes ibi olim conditæ, ut Odyssea, Hellenes, Amphilochi, 130, § 3. Multaque Ulyssis (cf. 18, 1) aliorumque qui evaserunt e bello Trojano, exstant vestigia, 124, 12. (Haud ignota Homero Hispania, 2, § 4; 5, 22). Massiliensium

Digitized by Google

coloniæ, 131, 51. Nimirum Hispani quum in multas gentes exiguosque principatus distracti essent; nec facile coalescerent, ob fastum quendam ingeniorum sibi ipsi quique sufficere putantes, contigit ut extrinsecus invadentibus Græcis, Phœnicibus, Carthaginiensibus, Celtis, Romanis, essent viribus impares, 131, § 5. Ceterum diutius contra eos quam contra Gallos pugnatum est, quum bellum in exigua certamina discerpentes traherent, 163, 12. Hispanis similes sunt Aquitani, 146, 25. *Montes præcipui:* Pyrene, Idubeda, Orospeda (Argenteus m.), Calpe, *q. v.*; montes Bæti fluvio paralleli, 117, 46. *Promontoria:* Sacrum, Nerium, Barbarium, Columna Herculis, *q. v.* *Fluvii:* Anas, Bænis s. Minius, Bætis, Belon, Belion s. Lethes, Durius, Iberus, Limæa, Melsus, Minius, Mundas, Sucro, Tagus, Tartessus, *q. v.* Fluvii et torrentes in Turdetania auriferi, 121, 19. *Lacus* in quibusdam regionibus frequentes, 135, 50. Lacus 400 stadiorum in vicinia Hemeroscopii, 132, 6. Æstuaria, 116, 17 et 32; 119, 7; 138, 17; 118, 38. De æstu maris ad Hispaniam, 158, 29; 123, 16; 126, 50; 144, § 8 et 9. Maris interni ad Hispaniam tranquillitas et ventorum ratio, 119, 26. *Insulæ:* Balearides sive Gymnesiæ duæ, Pityussæ duæ, Planesia, Plumbaria, Scombraria s. Herculis ins., Junonis i., Gades, Erythia, (Cassiterides,) Ophiussa, alia Emporio objecta, ad Onobam insula Herculi sacra, *q. v.* *Gentes et regiones:* Allotrigæ, Artabri sive Arotrebæ, Aruaci, Astures, Bætica, Bæturia, Bardyetæ s. Barduli, Bastuli, Bastetani, Berones s. Verones, Callaici, Cantabri, Carpetani, Celtiberi, Celtici, Cerretani, Conisci; Cuneus; Edetani, Jaccetani, Igletes, Ilergetæ, Indigetes, Lartolæatæ, Lectani, Lusitani, Lusones, Oretani, Pleutauri, Saltigetæ, Turduli et Turdetani, Vaccæi, Vascones, Verones, Vettones, *q. v.* *Urbes, oppida, portus:* Abdera, Acontia, Ægua, Amphilochi, Asta, Astigis, Ategua, Augusta Emerita, Bætis (?), Belon, Bilbilis, Cæsaraugusta, Cæpionis turris, Calagurris, Carmon, Carthago Nova, Carteja, Cartalias, Castlon s. Castulon, Celsa, Chersonesus, Conistorgis, Corduba, Cotinæ, Dertossa, Dianium, Ebura, Ebusus, Egelastæ, Emporium, Exitanorum urbs, Gades, Hellenes, Hemeroscopium, Heraclea, Hispalis, Ilerda, Ilipa, Italica, Intercatia, Iulia Ioza, Mænaca, Mænoba, Malaga, Menesthei portus et oraculum, Menlaria (Mellaria), Moron, Mundos, Nabrissa, Noega, Numantia, Obulco, Ocella vel Opsicella, Odyssea, Œaso, Oleastrum, Olysipon, Onoba, Oria, Osca, Ossonoba, Pallantia, Palma, Pax Augusta, Pollentia, Pompeii tropæa, Pompelo, Rhodope, Sætabis, Saguntum, Segeda, Segesama, Segobriga, Sisapon vetus et novus, Sergontia, Sucro, Tarraco, Tartessus, Tuccis, Ulia, Urson, Varia, Vetteres, *q. v.* Fana Dianæ Ephesiæ, Herculis, Junonis, Luciferæ, Minervæ, Saturni, *q. v.* Quodsi supra mille Hispaniæ urbes esse nonnulli tradiderunt, pagos urbium loco censuerunt. Urbium frequentia in plerisque regionibus tum a soli natura tum a vita incolarum abhorret. Plerique Hispani vicatim habitant, 135, 27. *Via Romana* quæ Pyrenæis in Bæticam duxit, modo juxta oram modo longius ab ea recedens, per Pompeii tropæa, campum Juncarium, Vetteres, campum Fœnicularium, Tarraconem, Dertossam, Saguntum, Sætabin, etc., usque ad Gades, 133, 7. *Proventus: Animalia*, equi, quos in genua subsidere docent, 135, 46; equi Celtiberici variegati, 136, 5; equi feri, capreæ, 135, 48; boves, 118, 54 (butyrum, 128, 16), oves eximiæ, 118, 51; 119, 42, egregiis in Erythia pascuis utentes, 141, 1; (lana coraxa, 119, 40;) galeæ, 128, 9; castores, 135, 51; multi per totam Hispaniam cuniculi, 119, 48; inde etiam in Gymnesias inss. illati, 140, 1. Murum multitudo interdum regiones infestat, quam non raro subsecuta est lues pestifera, 137, 19. Pernæ Cerretanæ et Cantabricæ insignes, 134, 29; apes; mel, 119, 33; cera, 119, 21; olores, 135, 48; cornices non nigræ, 136, 4; otides, 135, 50; ostreæ, balænæ, oryges, buccinæ, congri, muræna, scombri, thynni, teuthides, purpuræ, 119, 21; 120, 17; 126, 16; 128, 36; 132, 8. Salsamenta, 115, 53; 119, 39; 130, 6 et 13; 131, 37. *Plantæ:* oleæ, vites, ficus, plantæ tinctoriæ, 136, 9; 128, 36; 119, 21. Frumentum, 119, 21; fœniculum, 133, 19. Juncus et spartum, 133, 4 et 20; pix, 119, 23; coccus, 119, 34; linum, 133, 1. Quercus tum in mari tum in terra nascens, cujus glande thynni saginantur, 120, 26. Farina e glandibus facta, 128, 34. Arbores memorabiles in Gadium insula et ad Carthaginem Novam, 145, 31. *Metalla:* Hispania non solum πλουσία, sed etiam ὑπόπλουτος, adeo ut Hades ibi reapse Pluto sit, 121, 49. Nam tota metallis plena, 120, 54, maxime Turdetania, de qua vid. § 8. Cf. v. Turdetania. Metalla ap. Artabros, 122, 19; ad Carthaginem Novam, 122, 26. Silvis incensis quondam terra ejecisse metalla fertur, non improbante Posidonio, 121, 43. Aurum, 121, § 8, 47, 51; 127, 8; 130, 3; aurum album 122, 20; argentum, 131, 40; 122, § 10; 117, 49; 121, 6; æs, 117, 51; 121, 7 et 38; ferrum, 132, 4; plumbum, 122, 44; stannum, 122, 5; minium, 119, 34; sales fossiles, 119, 36; sal purpureus, 129, 4; aluminosa terra, 121, 25. Terra argillacea, qua vasa argentea abstergunt; ex eadem lateres faciunt aquæ innatantes, 525, 36. *Hispanorum indoles, mores, instituta.* Præcellit apud eos ἡ αὐθάδεια, τὸ πανοῦργον φύσει καὶ μὴ ἁπλοῦν. Sunt ἐπιθετικοὶ, λῃστρικοὶ, τὰ μικρὰ τολμῶντες, μεγάλοις δὲ οὐκ ἐπιβαλλόμενοι, 131, 6. Attamen pro amicis devovere se solent, 137, 33. Quid de diis quædam gentes sentiant, 136, 21. Hecatombas ritu græco diis offerunt Lusitani, 128, 28. Sacrificia humana, 128, 19. Marti capros immolant, 128, 27. Amputatas captivorum dextras diis consecrant, 128, 23. Divinationis genera, 128, 16. Lapides sacri ad Sacrum prom., 114, 15. Alia Lusitanorum instituta, 128. De septentrionalium Hispanorum fortitudine et feritate multa narrantur inflatius, 136, 46. Lingua et grammatica non una omnes utuntur, 115, 31. Doctissimi Iberum Turdetani, qui vetusta poemata et leges versibus conceptas habent, 115, 37. Hispani, qui Romano more vivunt, togati appellantur, in quibus sunt etiam Celtiberi, 125, 37; 138, 41. Arma, 135, 42. Peditatum equitatui miscent in prœliis, 135, 45. Bini equo vehuntur, quorum alter pugnam pedes obeat, 137, 18. In terra decumbere, χαμευνεῖν, solent, ut Celtæ, 136, 20. Urina lavantur et dentes tergunt, 436, 18. Toxicum absque dolore necans in casus acerbiores seponunt, 137, 35. Mulierum in pariendo et laborando strenuitas, 137, 3; quarumdam ornatus, 136, 31. Hispani Columnas Herculeas Gadibus vindicant, 141, 40. Ex Hispania 3000 coloni Romani in Gymnesias inss. missi, 139, 48. Ex Hispania Iberes in Iberiam Asiæ migrarunt, 51, 3.

Hispanicum pelagus, Ἰβηρικὸν πέλαγος, 101, 26.

Histi, Ἱστοί, Icariæ ins. navium statio, 545, 54.

Histiæa, Ἱστίαια, Euboeæ urbs, quam Ellopiæ Ellops adjunxit, 382, 35. Ellopienses Histiæam migrarunt, 382, 39; Secundum nonnullos deducta est ex Histiæensium pago Attico, 382, 45. Oritæ a Ellopiensibus urbe sua ejecti migrarunt Histiæam, 383, 5, quæ dein vocata est Oreus, 382, 44. Histiæenses plurimi a Perrhæbis in Thessaliam abducti sunt, 383, 8. Euboea a Pericle subacta, Histiæenses in Macedoniam migrarunt; duo autem millia Atheniensium Oreum, pagum Histiæensium, frequentarunt, 382, 48

Digitized by Google

Histiæensium, Ἱστιαιέων, ex pago Attico colonia deducta Histiæa Eubœæ, ut nonnulli ferunt, 382, 45.

Histiæotis, Ἱστιαιῶτις, Histiæensium in Eubœa regio, 382, 34; a Perrhæbis vastata, 375, 48.

Histiæotis, Ἱστιαιῶτις et Ἑστιαιῶτις, Thessaliæ pars, 369, 26, olim Doris dicta, nomen habet ab Histiæotidis Euboicæ incolis, quos Perrhæbi in Thessaliam transduxerant, 375, 46. Histiæotis et Dolopia Thessaliæ superioris nomine comprehenduntur, 375, 52. Nomen Histiæotidis sæpius occurrit; v. p. 430, 434, 437, 438, 441, 446. *ed. Cas.*

Historia. Τῆς ἱστορίας τὸ τέλος ἀλήθεια, 20, 42. Historiographia post poetarum fabulas demum in medium prodiit, 16, 25. Historici solent καλλωπίζειν τὰς πράξεις, 135, 25.

Holmiæ, Ὁλμιαί, Corinthiæ prom., a Creusa 120 stadiis distat, 352, 10.

Holmi, Ὅλμοι, ad initium Phrygiæ Paroraeæ siti, a Caunis Cariæ 920 stadia distantes, 566, 20.

Holmi, Ὅλμοι, Ciliciæ opp., cujus incolæ Seleuciam migrarunt, 572, 1.

Holmius, Ὁλμειός, Βοιωτίας fl. e Helicone oriens, cum Permesso confluens, exit in Copaidem, 350, 3.

Homarium, Ὁμάριον, Jovis lucus apud Ægienses; fœderis Achaici comitiis destinatus, 330, 49; 332, 26.

Ὁμήρειον, nomisma æreum ap. Smyrnæos, 551, 49.

Ὁμήρειον, stoa Smyrnæ, 551, 46.

Homeridæ in Chio, 551, 20.

Illyria, ἡ Ἰλλυρίς, 89, 40; 102, 15; 106, 35, fertilis sed ab hominibus neglecta, 263, 37. Ora et objacentes insulæ portus habent commodos, 263, 34. Illyriæ oræ longitudo sec. Theopompum, 263, 23. Oræ longitudo a Ceraunii montibus (*ad sinus Adr. recessum*) stad. 6150 sec. Polyb., 87, 18; 236, 46. Mons Illyr. Candavia, 268, 27. In via Egnatia Illyriam a Macedonia distinguit Pylon locus, 268, 28. Illyricæ gentes, Brygi, Bylliones, Taulantii, Parthini, Dyestæ, Encheleæ, Dasarethii (*qui et*) Sesarethii, 271, 19. Autariatæ, Ardiæi, Dardanii ad imam redacti conditionem, 262, 23; Breuni et Genauni, 171, 43. Iapodes et Scordisci gentes ex Illyriis et Gallis mixtæ, 260, 39; 172, 41; 260, 30. Illyricæ gentes Istrum accolentes; earum cum Aquileja emporio commercia, 178, 37; 253, 26. Illyrii in Emathia, 275, 25. Ad Illyricum pertinet ager quem olim Boii tenuerunt, 177, 22. In Illyricum exciderunt Euboenses e Troja redeuntes, 386, 7. Illyrii, Thraces, Iapodes notis corpora compungunt, 261, 36.
Ilus, Ἶλος, Ilium condidisse fertur; ejus sepulcrum, 507, 31 et 36, in campo Troico, 511, 20.
Imandes. V. Ismandes.
Imaus m., Ἴμαον ὄρος, 438, 21, Tauri pars, 587, 34. Ad eum usque progressus est Menander rex, 448, 5. Τὸ Ἰμάτον ὄρος, 107, 7.
Imbrasus, Ἴμβρασος, Sami fl., olim Parthenius dictus, 393, 3; 544, 17.
Imbres Æthiopici Nilum implent, sec. Posidonium, 80, 54. Imbrium ratio in India, 589, § 17.
Imbrus, Ἴμβρος, insula, 23, 19; 102, 52; 282, 32. In qua Cabiri colebantur, 406, 10, et quam Pelasgi tenuerunt, 184, 37.
Imbrus', Ἴμβρος, castellum τῆς παραίας Rhodiorum, supra Caunum situm, 556, 28.
Immundi, Ἀκάθαρτοι, a Nomadibus Æthiopiæ vocantur οἱ ἐλεφαντοφάγοι, 657, 1.
Immundus sinus, Ἀκάθαρτος κόλπος, in sinu Arabico, e regione Thebaidis; unde nomen habeat; adjacet Berenice urbs, 655, 20.
Inachus, Ἴναχος, Argos præterfluens, fontes habet in Lyrcio monte, 318, 24. De fontibus fabula, 318, 26; De Inacho Peloponnesi fl. idem nomen inditum fluvio Acarnaniæ, 270, 2.
Inachus sec. Sophoclem et Hecatæum e Pindo, Lacmo, Perrhæbis fluens in Amphilochos et Acarnanes Acheloo miscetur, indeque per mare ad Argos penetrat, 225, 34; 271, 53; 225, 48. In eodem tractu fontes sunt et Inachi et Æantis, sec. Hecatæum, 262, 50. Amphilochiam perfluenti et in sinum exeunti nomen Alcmæon dedit de Inacho Peloponnesiaco, 270, 54. (Fort. est hod. *Krikeli*, qui a borea in sinum Ambracicum influit.)
Inarus, Ἰνάρως, Ægypti rex, a Milesiis Naucratis conditoribus navali prœlio superatus, 681, 28.
India, ἡ Ἰνδική. Cur cognitio ejus sit manca admodum, 584, § 2-6. Non novit eam Homerus, 32, 41. Indicarum rerum scriptores, 35, 15, ut Megasthenes, Deimachus, Onesicritus, Nearchus pleraque de India mentiti sunt, 58, 37. Fide inter eos eminet Patrocles, 59, 3 Multa de India inflatius et portentosius narrantur, 598, 47. E scriptoribus alter alterum redarguit, 58, 53. Indiæ limites, figura, latitudo et longitudo, singulorum laterum dimensiones sec. Eratosthenem, 587, § 11; aliorum de

Digitized by Google

his rebus sententiæ, ut Ctesiæ, Onesicriti, Nearchi, Megasthenis, Deimachi, 588, § 12. Indi e quattuor terræ partibus Ephoreis obtinent orientalem, 28, 19. Figura Indiæ rhombi similis; latus orientale valde est versus ortum productum, maxime ultimo promontorio, quod et magis versus meridiem vergit quam reliquum litus, 72, 21. Desinit in mare orientale et in austrinam Atlantici partem, 107, 32. Indiæ pars maxime ortum versus porrecta est ea ubi Imaus, ultima Tauri pars Indicum pelagus attingit, 445, 1. Indiæ apposita tota Sogdiana et Sacarum regio et pars quædam Bactrianæ, 440, 33. In antiquis tabulis geographicis nimis boream versus extendebatur, 56, 29. Sec. Deimachum sita est inter æquinoctium autumnale et ortum hibernum; quod tum per se falsum est, tum refragatur iis quæ de Indiæ latitudine (3000 stad.) idem Deimachus prodit, 63 22. Latitudo nonnullis in locis ad 30000 stadiorum, sec. Megasthenem et Deimachum, 57, 23; 60, 34; longitudo in latere boreali 16000 stad. sec Megasthenem, 15000 stad. sec. Patroclem, 58, 13; Eratosthenes neutrum horum secutus est, sed σταθμῶν quandam ἀναγραφήν, 58, 15. Montes septentrionale Indiæ latus definientes in eo parallelo sunt qui per Athenas et Rhodum ducitur, 56, 12. Termini meridionales in eodem sunt parallelo in quo Meroe, 56, 34; id tamen a nullo demonstratum esse Hipparchus ait, 64, 17. Indiæ in partibus austrinis Ursa occidit, et umbræ in diversam partem cadunt, monente Megasthene, falsoque obloquente Deimacho, 63, 25; 64, 28. A boreali Indiæ latere ad mare septentrionale 4000 fere stadia sec. Strabon., 62, 21. Ad fines Indiæ a portis Caspiis 15300 stadia, ab Ortospanis 1000 stadia sec. Eratosthenem, 441, 6. India ab occasu Europæ euro vento peti potest, 84, 35. Ex India in Caspium mare circumnavigari posse asserit Patrocles, 62, 19; 444, 54. Mons Indiæ apud poetas Merus, in quo Bacchus enutritus sit; eidem deo sacer Nysa mons, 586, 17. Indiæ petra Aornus, 586, 40. Fluviorum exhalationibus et Etesiarum flatu India madet æstivis imbribus, 588, 44. Imbrium rationes sec. Aristobulum, 589, § 17. Fluviorum exundationes, *ib. et* § 18. India quam Arabia et Æthiopia udior et fœcundior, 592, 35. Ora maritima palustris est, 591, 15. Indiæ fertilitas, 591, 18; regio fertilissima trans Hypanim sita esse fertur, 598, 45. Regiones Musicani, Sabi, Porticani, 597, 29. Assacani terra, 589, 48. Fluvii multi, quorum maximi Ganges et Indus, 588, 27; in Gangem influens Œdanes, 612, 21. Cf. v. Cophes, Choaspes, Acesines, Hyarotis, Hypanis. Habet etiam fluvios auriferos, 606, 3; 611, 33; et Silam fl. cui nihil innatat, 599, 23. Indiæ animalia eadem fere habet quæ Æthiopia et Ægyptus, excepto hippopotano, 588, 50. Elephantes; eorum venatio, 600, § 42; animalium natura, 600, 43. Leones, pardales, bonasi, 611, 42; tigres, cercopitheci, serpentes ὑμενόπτεροι, scorpii alati, canes validissimi, 598, § 37; 596, § 31; cercopitheci, 605, § 56; 395, 14; formicæ χρυσωρύχοι, 58, 50; 601, § 44; e quibus nonnullæ sunt alatæ, 611, 32. Aves oriones et catrei, 611, 47. Serpentes ingentes, 58, 51; viperæ aliaque reptilia malefica, 601, § 45. Crocodili in Indo non multi nec adeo timendi, 602. Pisces e mari in Indum adscendunt multi, 602, 19. India πολυφάρμακος et πολυχρώματος, 592, 24. Arbores laniferæ, 591, 34; 592, 15. Aliæ arbores mirabiles quædam, 591, § 21. Ebenus, 599, 15; arundines magnæ et melliferæ, 591, 26 et 49. (Indici calami in Æthiopia, 656, 30.) Byblus, 698, 52; oryza; ejus plantæ cultura, 590, 31; linum, milium, sesamus, oriza, bosmorum, 588, 46; cinnamomum, nardum, alia aromata, 592, 29. Vino Indiam carere dicunt; Onesicritus tamen vites in Musicani regno memorat, 592, 18. Lapides pretiosi; crystallus, carbunculi, nec non margaritæ, 610, 40; smaragdi, berylli, carbunculi, 611, 40. Lapides thureo colore, ficu et melle dulciores, 599, 10. Auri et argenti metalla, 596, 32, quæ tamen recte tractare Indi nesciunt, *ib.* Sales fossiles, 596, 31. Quod eorum ablatum est, id sponte succrescit, 186, 30. Indiæ gentes fabulosæ Ἐνωτοκοῖται, Ὠκύποδες, Μονόμματοι, Ἀμύκτηρες, Ὑπερβόρειοι, 605, § 57. Πεντασπίθαμοι et Τρισπίθαμοι, cum gruibus et perdicibus pugnantes, 605, 24. Panes σφηνοκέφαλοι, 58, 50. Sibæ, Herculis posteri, ut nonnulli ferunt, 586, 41; 597, 24; Malli, *ib.* Sydracæ, 597, 25, Bacchi posteri cur esse putentur, 586, 36. Indiæ gentes novem et urbes 5000 inter Hypanin et Hydaspen esse ferunt, 597, 18; 589, 48. (Regionem hanc Poro Alexander tradidit, 585, 15). Hypasii (Aspasii?), 589, 48. Derdæ, 601, 23; Prasii, 598, 37; Arbies, 613, 17. Inter Cophen et Indum fluvios Astaceni, Masiani, Nysæi, Hypasii, et Assacani ditio cum Massaga regia, et Peucolaitis civitas, 594, 53. Inter Indum et Hydaspen Taxilæ regio, Abisari regio, 595, § 28; inter Hydaspen et Acesinen Pori regio, et sec. nonnullos etiam Cathæa et Sopithis regio, quas alii trans Acesinen et Hyarotin ponunt, finitimas alterius Pori regioni, 596 § 28 et 29. Nysæos et Nysam urbem a Baccho conditam eique imminentem Merum montem fabulantur, 586, 30. Indiæ urbes: Palibothra ad Gangen, 587, 51; 598, 32; Bargosa (*Barygaza*), Zarmani patria, 612, 50, Taxila, 589, 50. Indi meridionales Æthiopibus, boreales Ægyptiis colore similes sunt, 588, 54. Indi Libycis Æthiopibus robustiores minusque æris siccitate adusti sunt, sec. Posidonium, 85, 5. Indorum ordines septem sec. Megasthenem recensentur, 599, § 39 *sqq.* Indi virtute excellunt, 54, 28. Victus frugalis, morum probitas, literarum neglectus, litium apud eos raritas, cibus, etc., 603, § 53; corporis exercitationes, sepultura; mundi amor, variaque ejus instituta legesque, 604, § 54 *sq.* Instituta in Cathæa et Sopithis regno, 596, § 30; in Musicani terra, 597, § 34; in Taxilæ regno, 608, § 62. Indorum leges non scriptæ, 610, 15. Epistolas in sindonibus scribunt, sec. Nearchum, quum alii negent ullis eos uti literis, 610, 32. Vestes, 612, 12; armatura, 610, 23. Ære fuso utuntur, ductili nequaquam, 510, 34. Indorum pompæ describuntur, 611, 34. Barbæ et comæ cultus, 612, 14. Apud nonnullas gentes virgines proponuntur præmium in pugillatus certaminibus, 610, 17. Indi Jovem pluvialem et Gangem et indigetes genios colunt, 611, § 69. Festum agunt quando rex capillos abluit, 611, 28. Soli reges elephantos et equos possident, ut nonnulli tradunt, 601, 19. Indi quomodo spongia apud Macedones visa imitati sint, 610, 23. Indorum lex quædam, 592, 25. Indorum philosophi, ὀρεινοὶ et πεδιάσιοι, Βραχμᾶνες et Γαρμᾶνες et Πράμναι, eorumque ordines varii et doctrinæ vivendique ratio secundum Megasthenem, Aristobulum, Onesicritum, Nearchum, 606, § 58-71. Nominatim ex iis memorantur Mandanis et Calanus, et qui postea ad Augustum venit Zarmanus, *q. v.* Calanus coram Alexandro se combussit; idem fecit Athenis Zarmanus Augusti ætate, 585, 26. Sec. Megasthenem nemo unquam præter Herculem et Bacchum et Alexandrum cum exercitu Indiam aggressus est, neque Indos unquam foras exercitum miserunt, 585, § 6. Bacchi et Herculis expeditiones fabulis accenset Eratosthenes, 586, 8. Alexander M., Herculem et Bacchum imitatus, aras in ultimis expeditionis Indicæ posuit, 142, 16. Herculis et Bacchi columnas non viderunt Macedones, nihilominus loca quædam crediderunt esse eas columnas, 142, 24. Quænam de Cyri et Semiramidis in

Digitized by Google

Indiam expeditionibus ferantur, 585, 34; Semiramis cum viginti hominibus, Cyrus cum septem fuga evaserunt, 614, 35. Indos nonnullos cum Hercule in Libyam venisse, eorumque posteros Mauros esse perhibent, 703, 26. In Indiam usque Menelaus venit ex Cratetis sententia, 31, 37. Indi posteriore ætate magnam etiam Arianæ partem tenuerunt a Macedonibus acceptam, 587, 28. Indi ad latus occidentale habitantes olim Persis subjecti erant; Arianis eam regionem ademit Alexander et peculiaria oppida constituit, Seleucus vero Nicator dedit Sandrocotto, 616, 25. Majorem quam Alexander Indiæ partem occuparunt Græci Bactrianæ reges; Eucratidas 1000 urbes sub se habuit, sec. Apollodorum, 585, 12. Cf. 443, 1. Indorum, qui sub Pandione vel Poro erant, ad Augustum legatio, 585, 23. Indus quidam in Arabici sinus recessum delatus ad Evergeten II regem adducitur, 81, 25. Indos adiisse fertur Eudoxus Cyzicenus cum Ægyptiis quibusdam, 81, 34. In Indorum emporia e Taprobane importantur testudo, ebur, aliæ merces, 60, 25. Indicæ merces (Ἰνδικὸς φόρτος) per Oxum fluvium deportantur in Hyrcaniam, 61, 21; 436, 54. Indica commercia Aorsorum, 434, 37; Alexandrinorum, 97, 32. Merces Indicæ Berenice et Myoshormo Coptum et hinc Alexandriam devehuntur, 664, 49; 692, 30. Indica commercia a Romanis magnopere aucta sunt, 678, 31. Strabonis ætate vel centum viginti naves, sub Ptolemæis perpaucæ duntaxat Myoshormo in Indiam proficiscebantur, 97, 39.

Indicetæ, Ἰνδικῆται (al. Indigetes), Hispaniæ gens in quattuor partes divisa oram quæ est inter Pyrenen et Iberum fl. incolit, 129, 48. Eorum nonnulli Emporium urbem una cum Græcis incolunt, 132, 47.

Indus, Ἰνδός, versus meridiem a montibus fluit, sec. Eratosthenem; inter meridiem et ortum æquinoctialem cursum tenet, sec. vetustas tabulas, probante Hipparcho, 72, 10. Indus Indiæ et Arianæ terminus, 587, 26. Duobus ostiis Patalenen complectitur, 588, 40; 597, 9. Ostiorum distantia, 597, 35. Gentes inter Indum et Cophen fluvios habitantes, 594, 53. Non procul a fontibus Indus radices Aorni petræ alluit, 586, 41. Indum ponte Alexander trajecit prope Peucolaitin, 595, 3. Inter Indum et Hydaspen Taxila urbs, 595, 5. Influunt 15 fluvii majores, quorum sunt Hydaspes, Hypanis, Acesines, Hyarotis, 597, 2. Ejus latitudo, 597, 4. A Caspiis portis ad Indum linea recta 14000 stadiorum, 616, 11.

Inferi. Cur ad inferos Theseus et Pirithous descendisse perhibeantur, 40, 28.

Ingauni, Ἰγγαυνοι, Ligures, Albingauni opp. incolæ, 168, 13; 22.

Innesa, Ἴννησα, in Ætnæ montanis, postea Ætna vocata, 25 (Cf. Ætna). A Catana 80 stadia distat, *ib.*

Inopus, Ἰνωπός, Deli fl., 416, 32; de ejus origine fabula, 225, 42.

Inscriptio Panticapæensis ab Eratosthene laudatur, 61, 34. Inscriptio columnæ in isthmo Corinthio positæ, 142, 12; 337, 3; tumuli Mnasalcæ poetæ, 354, 2; in columnis τοῦ πολυανδρίου Thermopylarum, 365, 5; 368, 22; inscriptio Eretriensium in columna fani Dianæ Amarynthiæ, 384, 47; alia in Amarynthio, 385, 19; in basi statuæ Ætoli, quæ erat Thermis, 398, 20; in basi statuæ Oxyli apud Eleos, 398, 26; in statua Anaxenoris citharœdi, 553, 44. Inscriptio Assyriaca in Sardanapalli imagine, quæ est Anchiales, 573, § 9; in sepulcro Zarmani Indi, qui Athenis se concremavit, 612, 49; in Cyri sepulcro, 621, 49; 622, 1; in Darii sepulcro, 622, 5.

Insubres, Ἴνσουβροι, Galli ad Padum, 177, 16. Etiam nunc sunt; caput eorum Mediolanum, 177, 23. Insubres (Symbri *codd.*) supra Venetorum regionem, 179, 51; contra eos Romanis auxiliati sunt Veneti et Cenomani, 179, 53. Ap. Insubres (Symbros *codd.*) lana aspera, 181, 40. Insubres attingunt a borea Rhæti, 243, 13.

Insulæ in alto sitæ e fundo maris elatæ sunt; promontoriis adjacentes a continente abruptæ sunt, 214, 53; 45, 16; 49, 14. Cf. v. Hiera. Insula inter Theram et Therasiam terræ motu in altum elata, 48, 13. Septem insulæ maximæ, 558, 52.

Intemelii, Ἰντεμέλιοι, Ligures, Albii Intemelii incolæ, 168, 15 et 22.

Interamna, Ἰντεράμνιον (*Terame*), Latii opp. ad Liris et alius fluvii confluentes sita in via Latina, 197, 48.

Interamna, Ἰντέραμνα (*Terni*), Umbriæ opp., 189, 41.

Intercatia, Ἰντερκατία, in Hispania Celtiberorum (potius Vaccæorum) oppidum, 135, 14 (Sec. Itineraria ad hod. *Belver* locus pertinere videtur, ut cum Mannerto et Lapieo statuo. Lopez locum ponit ad *Rio Seco*, Florez circa *Benevente*, Cortez ad *Villagarzia*).

Interocrea, Ἰντεροκρέα (*Antrodoco*), Sabinorum vicus Rheatæ vicinus, 190, 7.

Io, Ἰώ, ubi Epaphum pepererit, 382, 6. A Triptolemo quæritur; apud Tyrum e conspectu subducitur, 638, 49.

Iol, Ἰώλ (*Cherchel*), Massæsyliæ urbs, quam Juba Cæsaream vocavit; portum et ante eum insulam habet, 705, 31.

Iolaenses, Ἰολαεῖς, postea Diagesbenses dicti, Sardiniæ gens montana, quos Iolaus huc deduxit, 187, 21.

Iolaus, Ἰόλαος, Herculis f., quosdam in Sardiniam deduxisse, et inter barbaros Tyrrhenos, ejus insulæ cultores, habitasse fertur, 187, 22. Contra Iolaum Eurysthei expeditio, 324, 19.

Iolcus, Ἰωλκός (*Volo*), Thessaliæ urbs, quam Minyæ Orchomenii colonia frequentarunt, 356, 4. Olim potens urbs seditionibus et tyrannorum dominationibus dejecta, 374, 54; nunc est pagus Demetriadis, 374, 45; a Pagasis 20, a Demetriade 7 stadia distans, 374, 32 et 40. Inde Jasonem Pelias emisit, 374, 32. Iolci celebrabatur Pylaica (?) panegyris, 375, 5. Iolcus vocatur etiam litus propinquum, *ib.*

Iomanes, Indiæ fl. V. Œdanes.

Ion, Ἴων, Xuthi f., devictis qui cum Eumolpo erant Thracibus, Atheniensium civitati præfectus est; populum in quatuor tribus, deinde in totidem vivendi genera divisit; regioni a se nomen Ioniæ reliquit, 329, 16; 341, 4.

Ion tragicus, Chius, 551, 17; laudatur ejus Omphale fabula satyrica, 50, 17. Mentio Ionis alia, 312, 17.

Ion, Ἴων (*riv. de Cratzova*, sec. Leakeum), Thessaliæ fluvius, in Peneum exit; adjacet ei Oxynia urbs, 272, 14 et 17.

Ionæus lucus, Ἰωναῖον ἄλσος, in Triphylia, 297, 46.

Iones, Ἴωνες, ex Attica in Ægialum migrant, eamque regionem Ioniam vocant et in duodecim civitates dividunt, 329, 24. Hinc ab Achæis Laconicæ ejecti redeunt Athenas, indeque cum Codridis in Asiam migrant, ubi in Cariæ et Lydiæ ora alias duodecim civitates condunt, 329, 28; 286, 12 et 30; 313, 50. In Achaia sive Ægialo per vicos habitabant; urbes ab Achæis conditæ sunt, 331, 25. Iones olim Megaridem tenebant, 336, 36. Iones, qui Atticam et Megaridem occuparant e Peloponneso pulsi, suæ ditionis et Peloponnesiacæ limites columna in isthmo Corinthio posita indicarunt, 142, 7. Iones ex Attica tetrapoli Heraclidas in Argos comitati Epidaurum incolis frequentarunt, 322, 1. Ionum in Asiam migratio, 51, 10, non ignota fuit Homero, 392, 41. Ἰάονες ἑλκεχίτωνες, 401, 1. Iones Asiæ templum Neptuni Heliconii venerantur, ad quod Panionia agunt in agro Prienensi, 330, 9. Iones, Lydorum imperium fugientes, in Italiam venerunt, ibique Sirin urbem, quæ Cho-

Digitized by Google

num erat, ceperunt et Polieon, Πολίειον, denominarunt, 219, 28. Ionum nonnulli, Theocle auctore, in Siciliam migrarunt, 222, 32. In Pontum colonias deduxerunt, 218, 25. (Nomen Ionum aliis occurrit locis quam plurimis. Videsis editionis Casaub. pag. 61, 65, 149, 171, 179, 264, 267, 299, 321, 333, 341, 357, 365, 372, 374, 383, 386, 392 sq. 504, 534, 550, 552, 565, 577, 582, 621, 629, 632, 633, 639, 644, 647, 648, 655, 661, 662, 679.

Ionia, Ἰωνία, priscum Atticæ nomen ab Ione inditum, 329, 22; 336, 46. Columna Ioniæ et Peloponnesi fines indicans, 337, 2.

Ionia, olim Ægialea, postmodum Achaia, Peloponnesi regio, de Ionibus Atticæ, qui huc commigrarunt, 329, 25. Cf. Achaja.

Ionia Asiæ, cujus ora a Cariæ finibus sive a Posidio Milesiorum usque ad Phocæam et Hermum pertinet; ejus longitudo, 540, § 2; 498, 2; 566, 12. Ioniæ oram olim Cares et Leleges tenuerunt, 267, 19; 540, 19. Urbes Ioniæ duodecim eorumque conditores recensentur, 540, § 3. Cimmeriorum in Ioniam incursiones, 123, 41; 5, 18; 51, 27. Terræ motus in Ionia, 48, 47.

Ἰωνιάδες nymphæ, aquis morbos depellentes, juxta Cytherium Pisatidis fl. fanum habebant, 306, 35.

Ionica dialectus, ἡ Ἰάς, eadem quæ antiqua dialectus Attica, 286, 10.

Ionicis legibus utuntur Massilienses, 149, 21.

Ionius sinus, Ἰόνιος κόλπος, Ἰόνιον πέλαγος, Adriatici sinus sive maris pars meridionalis, 102, 15; 263, 15. Unde nomen habeat, 263, 18. Ionii et Adriatici sinus ostium ad montes Ceraunios, 263, 12. (Cf. p. 259 et 326 *ed. Casaub.*).

Iope, Ἰόπη (*Iaffa*), in Phœniciæ ora urbs, in loco edito, ex quo Hierosolyma conspici tradunt; portu urbis utuntur Judæi; Andromeda ibi exposita; silva prope Iopen, 646, 1; 647, 21; 35, 44.

Iordanes, Ἰορδάνης, fluvius sec. Strabonis opinionem inter Libanum et Antilibanum fluens Cœlesyriam irrigat, 642, 49. Per Jordanem onerariis navibus adverso alveo subvehuntur Aradii, 643, 1.

Ioza. V. Julia Ioza.

Iphicrates, Ἰφικράτης, Stymphalum obsidens Erasinum fl. ne terram subiret impedire tentavit, 334, 23.

Iphidamas (Ἀμφιδάμας codd.) e Cisso oriundus ap. Homerum, 277, 38.

Iphigenia, Ἰφιγένεια, cum Oreste Comana venit, 459, 18.

Iphitus, Ἴφιτος, Olympicum certamen instituit, 307, 34.

Ipni, Ἴπνοί, locus asper sub Pelio, 380, 45.

Ἰποκτόνος Hercules ap. Erythræos, 524, 29.

Iris, Ἶρις, fl. (*Kasalmak, Iekil Irmak*), in Pontica regione oriens transit Comana urbem, Dazimonitidem, Gaziura, excipit Scylacem, præterfluit Amasiam, perque Phanarœam et recepto Lyco per Themiscyram planitiem in Pontum exit, 469, 10. Ad ejus cum Lyco confluentes Eupatoria sive Magnopolis, 476, 35. Amasiæ vallem permeat, 480, 24. Ad ostia fluvii ora humilis et aggesta, 44, 2.

Irrha, Ἴρρα (al. Sirrha), Arrhabæi filia, mater Eurydices, 271, 32.

Isadicorum pagi, Εἰσαδίκων κῶμαι, a Caucaso boream versus, 434, 25.

Isander (Πείσανδρος Strab.), Bellerophontis f., contra Solymos pugnans a Marte occiditur, 491, 1; 539, 7.

Isara, Ἰσάρα, Galliæ fl. ex Apennino(?) Alpium monte supra Carnos sito e lacu defluens, postquam Atagin recepit, in Adriam effluit, 172, 23. [Strabonem *Isar* fluvium in Danubium influentem cum Athesi (*Etsch*) confudisse vel librarios verba Strabonis miscuisse putarunt; perperam. Isara Strabonis hod. est *Etsach*; qui fl. ap. Pedom. Albin. Cons. ad Liv. *Isargus*, in Actis S. Cassiani ap. Resch. Annal. Sabion. 4, 7 *Ysarche* vocatur; accolæ ejus ap. Plinium *Isarci*. Sequitur *Atagin* esse Athesin aliorum (*Etsch*).

Isara, Ἰσάρας (*Isère*), Galliæ fluvius, usque ad quem inde a Druentia juxta Rhodanum habitant Cavari et pone hos Vocontii, Tricorii, Iconii, Medulli, 153, 48. Ab Isara ad Viennam 320 stadia, 154, 16. Prope Isaræ in Rhodanum influxum Cemmenus mons ad Rhodanum appropinquat, 153, 48. Ad confluentes illos Q. Fabius Maximus Æmilianus Gallos clade affecit, et Martis Herculisque templa exstruxit, 154, 13; 159, 6.

Isaura, τὰ Ἴσαυρα, duo Isauriæ pagi, vetus et novus sive εὐερκής, 487, 23. Isaura vetera (τὴν παλαιὰν Ἰσαυρίαν h. l.) evertit Amyntas, novaque condidit regiamque sibi constituit, 487, 58; Isaura nova Servilius Isauricus diruit, 567, 43. [Ad Isaura nova pertinent ruinæ prope *Olubunar* sitæ, quæ vocantur *Sengibar Kalessi*. Vetera Isaura ubi fuerint, parum liquet. *Eski Serai* sunt nonnullis. Fort. eo referendæ sunt ruinæ in *Karedagh* monte extantes (31° long.).

Isauria, ἡ Ἰσαυρική, Lycaoniæ pars, 487, 12. Isauros debellavit P. Servilius, 487, 17.

Ischopolis, Ἰσχόπολις, Ponti opp. dirutum, a Cotyoro orientem versus, 470, 1.

Isinda, Ἴσινδα (al. Isionda), Pisidiæ opp., a Termesso versus mediterranea sita, 539, 44. (V. Fellow *Asia m.* p. 194).

Isis, Ἶσις. Ejus templum Solis in Cypro, 583, 18. Fanum a Sesostri conditum in ora Troglodytica ad *sinum* Arabicum, 655, 49. Isis multis in locis sub terram Osiridis loculos posuit, uno tantum Osiris recondens; idque illa fecit, ut falleret Typhonem, 682, 53. Isidis templum Tentyræ, 692, 17. Ἴσιδος ποταμία in thurifera Æthiopiæ regione, 658, 47.

Ismandes, Ἰσμάνδης, qui labyrinthum exstruxit, secundum nonnullos idem est cum Memnone, adeo ut eidem regi attribuenda sint Memnonia Abydi et Thebarum, atque ipse labyrinthus quoque Memnonium sit, 690, 52. Ismandes (vel Imandes) in Labyrintho sepultus, 689, 28.

Ismara. V. Ismaros.

Ismaris, Ἰσμαρίς, Thraciæ palus prope Ismarum opp., 282, 11.

Ismarus, Ἴσμαρος, locus in ora Thraciæ, nunc Ismara, Ἰσμάρα, vocatur; prope abest Ismaris palus, 282, 9.

Ismenus fl., Ἰσμηνός, per planitiem Thebanam fertur, 351, 19.

Isocratis discipulus Ephorus, 532, 23.

Isodromæ Matris, τῆς Ἰσοδρόμης μητρός, fanum, in via qua Trallibus Larisam itur, 378, 35.

Ispellum, Εἰσπέλλον (Ἴσπελον Ptol.; ceteris *Hispellum*, hod. *Spello*), Umbriæ urbs, 189, 44.

Issa, Ἴσσα (*Lissa*), ins. ad oram Illyricam, 102, 23; 261, 46. Ejus incolæ Tragurium frequentarunt, *ib.* Ex ea oriundus vir, qui ad Adriaticum sinum regnans nomen huic mari indidisse fertur, 263, 19.

Issicum pelagus, τὸ Ἰσσικὸν πέλαγος, 100, 32; 103, 50. Issicus sinus nostrorum marium omnium maxime versus orientem situs sec. Eratosthenem, 40, 5, quum tamen sit in meridiano Amisi et Themiscyræ, 104, 31; 445, 18. Ab eo ad Pontica circa Amisum et Sinopen loca circa 3000 stadia sec. Erat. 57, 5. Issicus sinus in parallelo a columnis Herculis per Taurum ducto, 56, 15. Ab eo ad oceanum Indicum 40000 stadia; 445, 13; ad extrema Hispaniæ occiduæ paullo minus 30000 stadiis,

Digitized by Google

87, 28; ad Rhodum 5000 stadia, 87, 29. Issici sinus urbes, 577, § 19.
Issus, Ἰσσός, Ciliciæ opp.; prœlium ibi commissum, 577, 4. Ab eo ad Amisum vel Sinopen isthmus peninsulæ Asiaticæ, 566, 46. Isthmus ille non recta linea ab Amiso ad Issum pertinet, sed ad Tarsum et Cydnum. Nulla via Amiso ad Issum ducens brevior est quam ea qua per Tarsum itur, 574, 15.
Ister, Ἴστρος, fl., 253, 35, ab Homero non memoratur, 248, 13, quamquam non ignotus ei fuit, 5, 25. Europæ fl. maximus, 169, 52; 240, 15. Ejus fontes in Alpium dorso trans Rhenum sito et orientem versus porrecto prope Suevos et Hercyniam silvam (a meridie silvæ Hercyniæ, in extremis Germaniæ, non procul a recessu sinus Adriatici, 240, 19), 172, 26 et 36; 242, 49. Istri fontes a Rheni lacu unius diei itinere absunt, 243, 6. Cursus fluvii quosnam populos dirimat, 106, 29. Europam quæ est inde ab Rheno, in duas partes dividit, 240, 15. Ab Adriatico mari 1000 fere stadia abest, 240, 19. Initio meridiem versus, deinde ortum versus labitur, 240, 17. Exit non procul a Tyræ et Borysthenis ostiis, 240, 23. Fluvii superiores partes, quæ sunt usque ad catarrhactas, Danubii nomine, inferiores ad Pontum usque Ister vocantur, 253, 15. Ister a Ponticis partibus divisus in Pontum et Adriam influit, ut cum pluribus opinatur Hipparchus, 47, 41. Uno ostiorum eum in Adriam exire Theopompus quoque et Eratosthenes putarunt, 263, 30. Cf. 38, 42. Quinque ostia fluvio tribuit Ephorus, 254, 4. Septem ostiis effunditur, quorum maximum est Sacrum, per quod ad Peucen navigatur 120 stadiis, 253, 48. Ostium primum a septimo distat 300 st., 254, 1. Ostium sacrum, 264, 43, ab Istro oppido abest 500 stadia, 265, 5. Circa Istrum brevia sunt quæ nautis vocantur Pectora, τὰ Στήθη, 42, 1. A locis Istro superiori vicinis nonnulli Tanaim oriri putarunt, 88, 45; 423, 13. Ab Istro ad Tyram 900 stad., 254, 5. Ad Maleas promont. Artemidorus 6500 stadia, Polybius parum accurate 10000 stadia computant, 334, § 5. Ex Alpibus supra Vindelicos sitis in Istrum influunt torrentes Clanis et Duras (*Glan et Würm?*), 172, 38; Atesinus (al. Ænus, *Inn.*), 172, 23; influunt etiam Savus fl., 172, 48; Parisus (*Pathissus*), 260, 27; Marisus, 253, 9; Noarus, 261, 2 (quod falsum est). Istri insula Peuce, 253, 45. Istri partem adverso fluvio subvecti Argonautæ, 38, 39. Ubinam fluvium ponte junxerit Darius, 253, 51. Ad Istrum usque Alexandri M. ætate pertinebant Triballi, 250, 30; cf. 264, 5. Ad utramque fluvii ripam sunt Getæ et Mysi, 245, 30. Istrum accolentes gentes Illyricæ, 178, 38; aliæ accolæ ab Illyriis sæpe oppressi, 253, 26. Plerasque fluvii insulas olim Scordisci tenuerunt, 264, 21. Ad Istrum e Padana regione migrarunt Boii, 177, 20. Istrum sæpius transgressi sunt Bastarnæ, Scythæ et Sauromatæ, 253, 23; 258, 19. Quæ usque ad Istrum boream versus sunt Alexander M., quæ ab Istro usque ad Tyram fl. sunt, Romanorum arma geographis aperuerunt, p. 11, 43.
Isthmicum certamen ditavit Corinthum, 325, 7. Ubinam celebretur, 326, 49.
Isthmus mare Ægyptium a Rubro distinguens aliquando fortassis ruptus est aut subsedit, sec. Eratosth., 49, 5. Isthmus inter Rubrum mare et Ecregma intercedens Asiam a Libya sec. nonnullos disterminat, 54. 30. Cf. Arabicus sinus.
Isthmus inter Pontum et Caspium mare sec. nonnullos Europam ab Asia disterminat, 54, 30.
Isthmus Corinthius neosholcum habet; latitudo isthmi, 287, 50. Ejus ad partem angustissimam Schœnus portus et ὁ δίολκος et Neptuni Isthmii fanum, 317, 25; 326, 43. Isthmii Neptuni templum et ludi Isthmii, 326, 47. Cf. Corinthus.
Istria, Ἰστρία, Italiæ regio, 174, 32; ejus ora maritima a Timavo fl. usque ad Polam pertinet, quæ Italiæ accensetur, 179, 37; oræ paraplus 1300 stad., 261, 25; urbs Pola, 261, 21; 174, 32.
Istrus, Ἴστρος, urbs a Sacro Istri ostio 500 stad. distans, 265, 35. Milesiorum colonia, *ib.*
Isus, Ἴσος, oppidum Bœotiæ prope Anthedonem, cujus vestigia quædam supersunt, 348, 2.
Italia. Eam parum accurate noverunt Eratosthenes, Timosthenes, alii antiquiores, 77, 27. Italia, sec. Eratosthenem, unum est de tribus Europæ promontoriis, quæ cum Peloponneso et Ligystico Adriaticum sinum et Tyrrhenum includunt, 76, 20. Italia antiquissimis temporibus dicebatur meridionalis Bruttii pars, quæ est inde a Napetino et Scylletico sinu; deinde ea Œnotriæ regio quæ est usque ad Tarentinum et Posidoniaten sinum et usque ad Laum et Metapontum urbes; deinde nomen prolatum est usque ad Alpium radices et Varum Liguriæ fl. et Polam Istriæ urbem, 211, 50; 174, 25; 261, 22; 179, 37. In modum insulæ tuto maris præsidio cingitur; ora in plerisque locis importuosa est (cf. 263, 37); portus vero, quos habet, magnos et præclaros habens contra exterorum incursiones facile defenditur, commerciisque peraccommodata est. Insignis est aeris temperie, fluviorum copia, aquarum calidarum et frigidarum præstantia solique fertilitate (cf. 690, 20); situ suo ad imperium virtute obtinendum quam maxime adjuvatur, 237, § 1. Situs Italiæ, 106, § 29. Figura Italiæ geometricis figuris accuratius æquiparari nequit. Perperam nonnulli triangularem esse dixerunt, quum neque Alpes neque Italiæ latus occidentale lineas rectas referant, multo minus vero latus orientale, quod ad Ariminum habet angulum. Accedit alter angulus, quo ab Iapygia in fretum Siculum ora deflectitur. Potius quadrangulum Italia refert, 175, § 2. Italia inde a Gallia Cisalpina angusta, exit in duos vertices, 175, 54; similis est mari Adriatico. Ejus longitudo et latitudo, 175, 54; 106, 23. Pertinet usque ad Varum fl. et Polam Istriæ, 174, 30; 261, 22; 179, 37. Italiæ urbibus accensetur etiam Antipolis Galliæ Narbonensis, quam a Massiliensium jurisdictione Romani liberarunt, 153, 20. Isthmus Italiæ inter Tarentinum et Posidoniaten sinum, 176, 6. Italia inferior et Sicilia olim Græciæ Magnæ nomine comprehendebantur, 211, 3. — Ad Italiam usque evagati sunt Jason, 17, 15; 38, 30, et Ulysses, 17, 53. In Italiam trajecit Antenor cum liberis et Ocelo, 130, 33. Meridionalem ejus partem novit Homerus, 5, 31. Tyrrheniam Italiæ primus memorat Hesiodus, 19, 13.
Italica, Ἰταλική. Sic bello Marsico appellatum est Corfinium, 201, 26.
Italica, Ἰτάλικα, Turdetaniæ urbs, 117, 16. (*Sevilla vieja;* ruinæ quibus impositus *Santiponce* vicus, cujus campi vocantur *campos de Talka.*)
Ithaca, Ἰθάκη, insula describitur, 390, § 11 sq. sec. Homerum, 22, 50; 28, 60. Cf. 288, 8. 102, 33. Ithacæ demus, 249, 1. Insula nunc non habet Nymphæum antrum quale Homerus descripsit, 49, 51; a Corcyra 300 stad., sec. Eratosthenem; super 900 stad., sec. Polybium distat, 88, 5.
Ithaca, urbs Ithacæ ins., 390, 22.
Ithome, Ἰθώμη, arx Messenæ urbis, 309, 15; 310, 28.
Ithome, Ἰθώμη κλωμακόεσσα, 375, 45, olim Θώμη, nunc vero Θαμαί (Θούμαιον? Cf. Steph.), Histiæotidis opp., natura munitum, inter quattuor positum castella, Triccam, Metropolin, Pelinnæum, Gomphos; est regionis

Digitized by Google

Metropolitarum, 376, 4; unum oppidorum, e quibus conflata est Metropolis, 376, 14. (Sita urbs fuit in colle prope hod. vicum *Fanari*).

Itium, Ἴτιον (*Vissant* ab ortu promontorii *Grisnez*), apud Morinos Galliæ locus, quo pro navali usus est Julius Cæsar; inde in Britanniam trajectus 320 stadiorum, 166, 17.

Itonia Minerva, Ἰτωνία Ἀθηνᾶ. Ejus fanum ad Itonum in Thessalia, 376, 26; ad Coroneam in Bœotia, 353, 27. Cf. v. Arne.

Itonus, ὁ Ἴτωνος, Thessaliæ Phthiotidis in campo Crocio urbs, cum fano Minervæ Itoniæ, a quo originem traxit illud in Bœotia, 374, 11. Ab Itono ad Halum 60 stadia, 371, 45.

Ituræi, Ἰτουραῖοι, Syriæ populus in montibus qui sunt juxta Massyam planitiem; multa habent castella; prædones; 643, 13 et 41. Eorum montana tenuit Ptolemæus Mennæi filius, 641, 11.

J.

Juba I, Ἰούβας, Massæsyliorum rex, 704, 20; ejus regia Zama, 701, 21. Contra Cæsarem cum Scipione bellum gessit, 703, 32; pater Iubæ II, *ib.* et 704, 20; in bello Africano mortuus, 705. 51.

Juba II, nuper defunctus, Jubæ I filius, 704, 20; 703, 30, ab Augusto præter paternum regnum accepit regnum Bocchi, 703, 30. Mauretaniam multasque reliquæ Africæ partes obtinuit propter studium in Romanos, 239, 13. Ditio ejus usque ad Saldam fluvium pertinet, 705, 35. Iol urbem Juba restauravit et Cæsaream nominavit, 705, 31. Ex Antonii et Cleopatræ filia suscepit Ptolemæum, qui patri nuper mortuo successit, 703, 34; 705, 32.

Judæa, Ἰουδαία, Syriæ regio, quæ supra Phœniciam jacet inter Gazam et Antilibanum, 644, 3. Ejus partes plurimæ habitantur a gentibus mixtis Ægyptiis, Arabibus et Phœniciis, ut Galilæa, Hiericus, Philadelphia et Samaria sive Sebaste, 647, 22. Judææ extrema occidentalia Casio proxima lacus (Sirbonis) et Idumæi obtinent, qui, Nabatæi genere, patria pulsi Judæorum leges amplexi sunt, 647, 14. Judæa palmam tum caryotam tum reliquam fert, 695, 13. Caput Judææ Hierosolyma, 646, 17.

Judæi ex Ægypto oriundi, 647, 29; 699, 44. Narratio de Mose ejusque doctrina, quam postea Judæi accitis variis superstitionibus turparunt, 647, § 35 sqq. In Phœniciæ ora tenent Iopen, Carmelum et silvam magnam, 646, 6, et Gadarin, 646, 17. Quum jam tyrannide Judæa premeretur, primus pro sacerdote se regem declaravit Alexander; ejus filios dejecit et Hierosolyma cepit Pompeius, 649, § 40. Idem Judæis ademit regiones quasdam, quas armorum vi occupaverant, sacerdotemque constituit Hyrcanum. Postea Herodes Romanorum favore pollens, denuo regis titulum assumpsit, 651, 6. Quingenti Judæi in Ælii Galli expeditione Arabica, 664, 18. — Judæi pueros circumcidunt, puellas excidunt, 699, 43. Judaica versutia palmas et balsamum nonnisi certis quibusdam in locis coli permisit, ut pretium mercis augeretur, 680, 2.

Jugurtha, Ἰουγούρθας, postquam Adherbalem Uticæ interfecerat, plurima in Africam accivit bella, 705. 46. Gazophylacium Jugurthæ Capsa opp., 705, 53.

Julia Ioza, Ἰουλία Ἰοζα (*Tarifa*), Bæticæ urbs, Romanorum colonia e Zelis et Tingis urbium incolis et Italis nonnullis conflata, 116, 5. [Julia Ioza aliis vocatur *Iulia Transducta*, nimirum *iozat* significat *emigrans*. Eadem urbs Tingentera (i. e. *Tingis altera*). V. Movers *Phœniz. Col.* p. 641 et 639.

Juliopolis, Ἰουλιόπολις, Phrygiæ vel Galatiæ oppidum, ortum e Gordio vico, quem auxit et denominavit Cleo, 492, 60.

Julis, Ἰουλίς, Cei urbs, in quam Coressia translata; patria Simonidis, Bacchylidis, Erasistrati, Aristonis, 417, 40.

Julus, Ἴουλος, unus ex Julii Cæsaris majoribus, qui ipse ab Julo, uno ex Æneæ posteris, genus duxit, 509, 8.

Juncarius campus, τὸ Ἰουγκάριον πεδίον, ad Pyrenæos et Emporium Hispaniæ (ubi est *Iunquera*), 133, 5 et 12.

Juncus aromaticus, ἀρωματῖτις σχοῖνος, ad Gennesaritem lacum, 642, 50. Junci palustris campi in Hispania, 133, 4.

Juno, Ἥρα, Argis nata, 355, 17. Apud Tyrrhenos Cypra vocatur, 201, 7. Cum Somno in Idam ascendit, 499, 18; eam a Latona parturiente arcent Curetes, 546, 35. Quomodo Homerus deam describat, 304, 33. Junonis Argivæ templum, Ἡραῖον, ab Argis quadraginta, a Mycenis decem stadia distans, 316, 44, commune fuit templum Danaidarum, qui Argis regnabant, et Amythaonidarum, quorum regia erat Mycenis, 320, 5. Polycleti in eo templo opera, *ib.* Junonis Prosymnæ in Argolide templum, 320, 46. Junonis Pharygææ templum Pharygis Argolidis et Locrorum Epicnemidiorum, 366 15. Junonis Argivæ fanum ab Jasone conditum in Lucania, 209, 40; 50 stadiis a Posidonia, *ib.* Junonis Argivæ lucus ap. Venetos, 179, 16. Junonis templum in Lacinio Italiæ, 217, 27. Junonis Acrææ oraculum inter Pagas et Lechæum, 326, 39. Sami Heræum nunc est pinacotheca, 544, 18.

Junonis insula ad Calpen montem cum fano deæ; quam insulam nonnulli pro altera Columnarum Herculearum habent, 140, 11; 141. 33.

Jupiter, Ζεύς. Ejus natales sec. fabulam Creticam. Curetes, quidam Jovis quasi Satyri, 402, § 11. Curetes Jovis altores, 405, 23. Cum Calliope Corybantes genuit, 405, 31. Jasionem fulmine necavit, 283, 3. Minervam pariens auro pluit in Rhodo ins., 559, 13. Ad ejus antrum nono quoque anno Minos accessit, Διὸς μεγάλου ὀαριστής, 409, 29; indeque leges Cretensibus attulit, 414, 29. Jupiter Dodonæus, Pelasgicus, 184, 14; 272, 28, unde dictus sit, 273, 37. Jovi juncta Dione in Dodona, 273, 31. Jovis interpretes Dodonæi, 273, § 11 et 12. Romani cum Latinis in Albano monte Jovi sacrificant, 190, 11. Cf. 431, 33. Jovis colossus æreus Tarenti, post Rhodium colossum maximus, 231, 19. Jovi Olympio sacri sunt Elei, 286, 39. Ejus statua eburnea, Phidiæ opus, Olympiæ; proportionum ratio; Panænus coloribus simulacrum ornavit, 304, 10. Dei templum in Larisa Argorum arce, 318, 24; lucus apud Ægium in Achaja, ubi a capra Jupiter nutritus est, 332, 18 et 26. Jovis Lycæi fanum ad Lycæum m. Arcadiæ adhuc honoratur, 333, 44. Jovis Soteris templum Atheniense, 340; 6. Jupiter ἀστραπαῖος, 347, 12. Ejus ἰσχάρα in muro inter Pythium et Olympium, *ib.*; τοῦ ἐλευθερίου templum Platæis, 353, 53. Trophonii oraculum Lebadeæ, 355, 38. Jupiter Larisius, 378, 37. Ænesii templum in Cephallenia, 392, 27. Dictæi fanum Prasi, 411, 18. Jovis Δακιήνου (?) cultus in Cappadocia, 460, 6. Jovis τοῦ ἐν Οὐηνάσαις templum in Morimena Cappadociæ, 460, 30. Jovis colossus æneus Tavii, 485, 46. Jovis Abretteni apud Mysos sacerdos Cleo, latronum antea dux 492, 20. Jovis colossus, Myronis opus, in Samo, postea in Capitolio Romæ, 544, 26. Jupiter Sosipolis Magnesiæ, 553, 41. Atabyrius in Rhodo, 559, 26. Τοῦ Ὀσογῶ καλουμένου templum in Mylasorum urbe, 562, 36. Τοῦ Στρατίου simulacrum et templum Labrandis in Caria, 562, 40. Τοῦ Καρίου templum, omnium Carum commune, cujus etiam Lydi et

Digitized by Google

Mysi, utpote fratres, participes sunt, 562, 45. Τοῦ χρυσαορέως fanum prope Stratoniceam Cariæ, commune omnibus Caribus, qui eo ad sacrificia et deliberationes de rebus publ. conveniunt, 563, 44. Jovis templum Olbæ in Cilicia, a Teucri filio Ajace conditum; pontificis dignitas, 573, 44. Jovis lucus ad Arsinoen Cypri, 583, 18. Jovem τὸν ὄμβριον colunt Indi, 611, 27. Jovi apud Thebæos Ægypti virgo genere clarissima et specie pulcherrima sacratur, 693, 35. Jupiter Hermonthi colitur, 693, 44.

Jurasius, ὁ Ἰόρας et ὁ Ἰουράσιος (*Jura*), mons Sequanos ab Helvetiis dirimens, 161, 7. 173, 31.

Ius, Ἴος, insula maris Cretici, in quo Homeri sepulcrum esse ferunt, 416, 13.

Ixia, Ἰξία, Rhodi locus, 559, 24.

Ixion, Ἰξίων, Lapitha, Pirithoi pater, Perrhæbos ex locis maritimis in mediterranea ejecit, 477, 46. In Gyrtone urbe regnavit, 276, 18. Ejus frater Phlegyas, 378, 49.

L.

Labanæ aquæ, τὰ Λαβανὰ ὕδατα, Latii in agro Nomentano (*Mentana*) et circa Eretum, 198, 51. *Bagni di grotta Marozza.*

Labicana via. V. Lavicana.

Labienus Asiæ præfectus, cui Cleo latro negotium fecit 492, 14. Mylasa Cariæ urbem male multavit; adversarius ejus Hybreas Mylasensis orator, 563, 22 sqq.

Labotas, Λαβώτας (*Aswad* ap. Abulfedam), Syriæ fl., per Antiochenum agrum fluit, 639, 47.

Labranda, τὰ Λάβρανδα, Cariæ pagus inter Mylasa et Alabanda situs, templum habet Jovis Στρατίου, 562, 40. Situs incertus. V. Leake Asia minor, p. 232.

Labyrinthus Cretæ 409, 38. Labyrinthus Arsinoitæ nomi describitur, 689, 1. Memnonium est, sicuti illa Abydi et Thebarum, si quidem sec. nonnullos Ismandes idem est cum Memnone, 690, 52. Labyrinthi aulæ pauciores quam 36, sed tot, quot præfecturas Ægyptus sec. nonnullos habuit, 669, 50.

Lac equinum. Eo tum dulci tum acido utuntur Scythæ Nomades, 258, 37; quare γαλακτοφάγους poeta vocat, *ib.*

Lacedæmon, Λακεδαίμων, vox et de urbe et de regione usurpatur, 315, 38. Lacedæmonis urbis descriptio, 311, 37. Limnæ suburbium, in eoque Bacchi templum, 311, 43. ἡ Μεσσόα et τὸ Λιμναῖον, 312, 28. Dianæ Limnææ fanum, 310, 47. Urbem hanc regiam sibi destinarunt Procles et Eurysthenes, 313, 13. Ejus navale Gythium, 295, 10. Lacedæmonii sub Icario, Penelopes patre, colonis Acarnaniam frequentasse videntur, 396, 16. Lacedæmone profecti tres fratres, Athymbrus, Athymbradus et Hydrelus, cognomina sibi oppida in Caria condiderunt, 555, § 46. Lacedæmonii Cretensium instituta accuratius elaborarunt, non vero sua Cretenses a Lacedæmoniis acceperunt, 413, § 17. Cf. 409, 49. Lycurgi institutis principatum adepti sunt; summa Lacedæmoniorum historiæ capita perstringuntur; præsens rerum status, 314, 1. Lacedæm. legibus usus est Zaleucus, 216, 11. Lacones in Samnitum regione consedisse, quosdamque eorum Pitanatas vocatos esse finxerunt Tarentini, 208, 28. Lacedæmoniorum colonia Formiæ in Latio, 194, 33. Ab iisdem etiam Caietam sinum dictum esse perhibent, 194, 36. Lacones Cantabriæ in Hispaniæ partem occupasse perhibentur, 130, 30. Selgen condiderunt, 488, 37; Lapathum Cypri, 582, 13. Cum Eleis Phidonem evertunt, 307, 54. Pro Prasiensibus ad amphictyoniam Calauriæ contribuebant, 321, 35. Lacedæmoniæ virgines ad rem sacram missæ in Limnis a Messeniis stupratæ, 214, 8; 310 § 10. Hinc orta contra Messenios bella, quæ obiter perstringuntur, 310, § 10. Dux eorum Tyrtæus, 311, 3. Ob Teleclum regem interfectum Messeniis bellum inferunt; anno decimo nono Messenen capiunt. Quosnam Parthenias dixerint; eorumque conspirationem quomodo diluerint, sec. Ephorum, 232, § 3; 231, 30; 310, 37. Post debellatos Messenios Eleis ipsorum sociis Pisatidem et Triphyliam attribuerunt, et Lepreatis, quod non contra ipsos stetissent, Pylum Triphyliæ adjunxerunt, 305, 35; 307, 54. Cum Argivis de Thyrea controversia, 54, 40. Trecenti Lacedæmonii cum totidem Argivis pugnantes Othryadæ stratagemate vincunt, 323, 31. Ob plenilunii observationem non interfuerunt prœlio Marathonio, 342, 39. Lacedæmoniorum columnæ ad Thermopylas inscriptio, 368, 22. Æginam Atheniensibus ademptam pristinis incolis restituerunt, 323, 8. Heracleam Trachiniam condunt, 367, 42. Trecenti Lacedæmonii in Sphacteria ins. ab Atheniensibus expugnati, 308, 47. Ampla ditione potiti, quam aliis eripuerant, in ea collocarunt quos ad se confugientes reciperent, ut Asinæos et Nauplienses, 320, 54. Delphos a corpore Phocensium separarunt et seorsum remp. habere jusserunt, 363, 53. Duobus prœliis a Thebanis vincuntur, 345, 50, ad Leuctra et Mantineam 355, 42; 333, 36. De Pamiso fluviolo cum Messeniis litigaverunt, Philippo judice, 310, 13. Actia certamina procurant, 270, 40. Eorum Hyacinthia, 231, 39. Proverbialis locutio: ἐλάττω ἔχειν γῆν τὸν ἀγρὸν ἐπιστολῆς Λακωνικῆς, 30, 31.

Lacertæ bicubitales in Masæsylia, 705, 14.

Laceter, Λακητήρ, Coi ins. promontorium, 561, 23.

Lacinium, Λακίνιον (*Capo delle Colonne*), Italiæ pr., 233, 39, cum Junonis templo quondam divite, 217, 27. A Siculo freto 1300 stadia distat, 217, 31; Tarentini sinus facit initium, 217, 39.

Lacmus, Λάκμος (*Zygos*), mons Ætoliæ, ex quo Inachus et Æas oriuntur, sec. Sophoclem et Hecatæum, 225, 35; 262, 49.

Lacones. V. Lacedæmon.

Laconica regio etiam Lacedæmon vocatur, 315, 18. Laconica olim κατ' ἐξοχὴν vocabatur totus Peloponnesus, 313, 43. Belli Trojani tempore Laconiæ pars erat Messenia, 308, 13. Solum regionis quale sit sec. Euripidem, 314, 44. Quid sit Λακεδαίμων κητώεσσα vel καιετάεσσα ap. Homerum, 315, 23. Laconica terræ motibus obnoxia, 315, 32. Marmoris lapicidinas habet, 315, 36. Laconicæ litus ad sinum Argolicum describitur, 316, 35. In Laconicam e Lemno venerunt Minyæ, Argonautarum posteri; hinc in Triphyliam et in Callisten ins. migrant, 298, 25. De Achæo in Laconicam fugiente incolæ Achæi dicti sunt, 329, 39. Tenuit regionem Menelaus, 320, 16. Laconica ab Eurysthene et Procle in sex partes divisa; Amyclæ Philonomo proditori datæ; Sparta regia; Las navale; Ægys propugnaculum; Pharæa ærarium; 313, 7. Periœcorum conditio; bellum contra Helotas; helotarum servorum ratio, 313, 20. Laconicam Heraclidis prodidit Philonomus, 313, 48. Olim 100 oppida habuit, nunc 30 fere habet, 311, 23.

Laconicus sinus, ὁ Λακωνικὸς κόλπος, 288, 17; 311, 28; 316, 36.

Lactivori Scythæ Nomades. V. Galactophagi.

Lade, Λάδη, insula ante Miletum sita, 543, 10.

Ladon, Λάδων (*Ruphia*), Arcadiæ fl. Ejus barathris apud Pheneum quondam obturatis, stagnavit fluvius, 334, 10. Aliter de his narrat Eratosthenes, 334, 13. Ladon fluxum aliquando inhibuit, 50, 12. In Alpheum exit, 295, 12 (ubi pro Λάδων in codd. est Κελάδων).

Lænæ Gallorum, 163, 39

Digitized by Google

Laertes, Λαέρτης, Neritum cepit, 388, 16, et Crocyleam et Ægilipem, *ib.* Cf. 49, 19. In Acarnania et Cephallenia regnavit, 391, 50; 396, 1.

Laertes, Λαέρτης, Ciliciæ castellum, 571, 34.

Læstrygones, Λαιστρυγόνες, inhospitales quidam circa Ætnam et Leontinorum regionem, 16, 50; 33, 31. Vasta eorum corpora figmentum Homeri, 18, 6.

Lagaria, Λαγαρία (*Nocara?*), Phocensium in Italia colonia, inter Thurios et Heracleam sita. Celebre vinum Lagaritanum, 219, 15.

Lagetas, Λαγέτας, Dorylai et Steropes f., Stratarchi frater; ejus neptis mater erat Strabonis. E Cnosso Cretica, ubi degebat, in patriam rediit a Mithridate evocatus, 410, 25.

Lagina, τὰ Λάγινα (*Lakena*), locus agri Stratonicensis in Caria, ubi Hecates fanum et quotannis conventus, 563, 39. A Physco 850 stadia, ab Alabandis 250 stad., 565, 50.

Lagusa, Λάγουσα, ins. maris Cretici, 416, 15. [Insula quum inter Sicinum et Pholegandrum apud Strabonem memoretur, referenda est ad hod. *Cardiolissa*. Kiepertus hodiernam *Polino* ins., juxta Melum sitam, Polyægum et Lagusam vocatam esse censet. Sed Polyægos insula, quam ἐρημον Ptolemæus dicit, haud dubie est hod. *Antimilo*, quæ etiam nunc caprarum copia abundat, neque unquam habitata fuisse videtur, monente Le Bas ad Delect. Inscript. not. p. 3.]

Lamia, Λαμία (*Zituni*), Thessaliæ urbs a Spercheo 30 stadia abest, 372, 20; a Phalaris 30 stadia, 373, 35; terræ motu diruta est, 50, 31; propinquus ei Achelous fl., 372, 40; 386, 41. Bellum Lamiacum, 272, 32; 383, 31.

Lamia. Ἡ Λάμια μῦθός ἐστιν, 16, 1.

Lampea, Λάμπεια, Arcadiæ mons, Scolli contiguus, ab Elide 130 (l. 230), a Tritæa 100 st. distans, 293, 37. (Lampeam esse hodiernum *Astras* montem vel nominum ratio suadet, ut bene monet Rossius, frustra obloquente Curtio, qui Strabonem neglexit.)

Lampenses, Λαμπεῖς, Lampes urbis Creticæ incolæ, 408, 2.

Lampsacus, Λάμψακος (*Lampsaki*), Troadis urbs, 284, 43; olim Pityussa; situs urbis et portus; a Callipoli et Abydo distantia, 504, § 18; 284, 8. Milesiorum colonia, 504, 22. Lampsacena in regione est Gergithium, 504, 37, et Colonæ, 504, 30. Lampsacum migrarunt Pæsani, diruta Pæso, 504, 21. Lampsacus vini ferax; a Xerxe Themistocli data, 503, 6. Leonem, Lysippi opus, ex urbe abstulit Agrippa, 504, 49. Lampsaceni Charon, Adimantus, Anaximenes, Metrodorus, Idomeneus, Leoneus, 504, 43, quodammodo etiam Epicurus, *ib.*

Lamptrenses, Λαμπτρεῖς, Atticæ pagus, 242, 15.

Lamus, Λάμος (*Lamas*), Ciliciæ fl. et pagus; ibi finis est Ciliciæ Asperæ, 573, 7.

Lana coraxa, ἰρια κοραξά, pulcerrima in Turdetania, 119, 40. Lana longa et aspera in Gallia, 163, 38; in Italia septentrionali, 163, 40. Lana in regione circa Mutinam et Scultannam fl. optima; durior in Liguria et apud Symbros (Insubros); mediocris Patavi, 181, 38. Lana Brundusina, 234, 36; Laodicena optima, 492, 20; item Colossena, *ib.*

Lancobardi, Λαγκόβαρδοι, gens Suevica, olim trans Albim, nunc citra fluv. habitantes, 241, 38.

Landi, Λανδοί, cum Cheruscis, Chattuariis, Chattis, Tubattiis, aliis, inter Germaniæ populos recensentur, ex quibus captivi in Drusi Germanici triumpho ducebantur, 242, 40. (Aliunde de hoc gentis nomine non constat. Cluverius pro Λανδῶν legi voluit Μαρσῶν, contra quos Germanicum pugnasse constat. Ipsas codicis literas eo ducere opinatus Cramerus. Ledebur ab Ukerto, 3, 1, 367 citatus indicari putat hodiernos *Lahngauer*. Legendum esse suspicor Δανδοί, adeo ut sint Δανδοῦτοι Ptolemæi p. 1 52 15, Wilb., qui a meridie ponuntur Chattorum et Casuarorum, ab oriente Tubantorum.)

Laniferæ arbores in India, 591, 34; 592, 15.

Lanuvium, Λανούιον (*civita Lavinia*), Romanorum urbs in dextro viæ Appiæ latere; ex eo mare et Antium conspiciuntur, 199, 40. Cf. 192, 42; 193, 8.

Laodice, Λαοδίκη, Seleuci Nicatoris mater, nomen dedit urbi cognomini, 638, 29.

Laodicea, ἡ πρὸς τῷ Λύκῳ (*Eski hissar*, ruinæ prope *Denisli*), Phrygiæ Magnæ urbs, 494, 2; 566, 18; quam obsessit Mithridates Eupator; amplificarunt eam Hiero et Zeno et Polemo cives; oves ibi egregiæ; urbs terræ motibus obnoxia, 495, § 16; 496, 17. Inter eam et Apameam palus est, 496, 32; inter eam et Carura Menis Cari fanum, 496, 39. In vicino est Hierapolis, 538, 42. Laodiceam contra Labienum excitavit Zeno, 563, 25.

Laodicea Combusta, Λαοδίκεια ἡ κατακεκαυμένη (*Ladik*), Lycaoniæ opp., in via qua Coropasso Tyriæum itur, 566, 24.

Laodicea ἡ ἐπὶ θαλάσσῃ (*Ladikieh*), una ex quattuor Seleucidis urbibus maximis, Seleuci Nicatoris opus; a matre ejus nomen habet, 638, 25. Ad mare sita in agro fertili, vino abundat; afflixit urbem Dolabella, in eam confugiens, 640, § 9. Propinqua ei oppida, 641, 40.

Laodicea prope Libanum urbs, a qua Massyæ montis initium est, 643, 12. [Ruinæ hujus urbis sunt ad *Djussi el Djedede*, ut recte statuunt plurimi. Impugnavit hanc sententiam Droysenius, *Hellenism.* 2, p. 694, innitens ille Itinerarii p. 198 et 199 mensuris; ex quibus colligit multo magis versus boream urbem ponendam esse. Perperam. In Itinerario a Lybo (hod. *Lubbi*) ad Laodiceam sunt 32 m. p., eaque distantia est a *Lubbi* ad *Djussi*. A Laodicea ad Emesam (*Homs*) in editt. numerantur 18 m. p., quum sint 38 m. p. Sicut in his desunt 20 m. p., sic abundant 20. m. p. in distantia quæ est ab Heliopoli ad Lybum; nam quum sit 12 fere m. pass., editiones præbent 32 m. p., adeo ut recte quidem ab Heliopoli ad Emesam putentur 82 m. p., in singulis autem pro XXXII. XXXII. XVIII. corrigendum sit XII. XXXII. XXXVIII. Neque desunt in codd. nostris corruptorum numerorum indicia; nam pro XVIII optimus codex Paris. habet XXVI.]

Laodicea, græca Mediæ urbs, 450, 4. (Situs urbis incertus).

Laomedontis equi, 510, 20.

Laothoe, Λαοθόη, Altæ f., Lycaonis mater, 530, 10.

Lapathus, Λάπαθος (*Lapitho*, *Lapta*), Cypri opp., 582, 12; ejus situs et conditores, *ib.*.

Lape. V. Nape.

Λαπέρσαι. V. Dioscuri.

Laphrii, Λαφρίου, Apollinis fanum prope Calydonem, 395, 6.

Parnassus, Παρνασσός, Phocidis mons, 274, 32; 329, 10; 352, 14; 357, 34; 364, 44; 386, 30. Altus et nivalis, 326, 18. Montis situs, 357, 50. Totus sacer; inter alia habet Corycium antrum nympharum, 358, 11. Parnassi accolæ, 358, 15, Thraces Bœotia ejecti, 345, 5. Parnassii indigenæ, 362, 28, cum Apolline Pythonem tyrannum aggrediuntur, 362, 37. Ad Parnassum est locus Neon, nullus vero Ἐλεών, sec. Demetrium Scepsium, 377, 21.
Parnes, Πάρνης, Atticæ mons, 343, 17.
Parni, Πάρνοι, cognominantur Daæ Scythæ, maris Caspii accolæ, 435, 50. Parnas Daas emigrasse aiunt a Dais supra Mæotidem habitantibus, qui Xandii (Xanthii) vel Parii vocantur, 442, 4. Parnis imperavit Arsaces, qui Parthyæam occupavit, 441, 40.
Paropamisadæ, Παροπαμισάδαι, 107, 29, quibus Paropamisus imminet, Indum habent ad latus orientale, 616, 21; ad occidentem adjacent Arii, 616, 30. Per eos Alexander Caucasum transcendit contra Bactros movens, 616, 35. Apud eos sacram speluncam quandam (unum

Digitized by Google

ex vastissimis antris quæ sunt ad *Bamyan*, v. Ritter, t. 7 p. 277) viderunt comites Alexandri, in qua Prometheum vinctum esse, et ibi esse Caucasum fabulabantur, 586, 52.

Paropamisus, ὁ Παροπάμισος, 438, 20; Tauri pars, 587, 33; Arianæ terminus borealis, 615, 41. Paropamisi partes Indicæ, Arianæ, Bactrianæ, Sogdianæ, 617, 5. Ei adjacet pars major Bactrianæ, 440, 34. Ab eo usque ad Indi ostia 12000 stadia, quæ est Arianæ latitudo 615, 50.

Paroræa, Παρωραία, Epirotica regio. Ex ea et e Tymphe monte Aratthus oritur, 270, 20. Παρωραῖοι Epirotis accensentur, 271, 10.

Paroræa Phrygia, V. Phrygia.

Parorbelia, ἡ Παρορβηλία (Ὀρβηλία ap. Ptol.) Macedoniæ regio, Agrianum regioni adjacens; in convalle quæ ab Idomene incipit, urbes habet Orthopolin, Philippopolin et Garescum, 281, 4.

Paroreatæ, Παρωρεᾶται, in Triphylia circa Lepreum et Macistum habitant, et ad mare pertingunt prope Samiacum fanum Neptuni, 297, 40.

Parorius, ἡ Παρώρειος Φρυγία, Phrygiæ Magnæ pars, 493, 53; 494, 8.

Parrhasii, Παρράσιοι, gens Arcadica, 333, 21; 289, 5. Parrhasii quidam apud Anariacas ad mare Caspium sedes fixisse, ibique nunc Parsii dici feruntur, 436, 9.

Parrhasius, Παρράσιος, pictor Ephesius, 548, 25.

Parsii, Πάρσιοι, Anariacarum in regione ad mare Caspium habitantes, a Parrhasiis Arcadiæ oriundi feruntur, 436, 10. Partheni, τῆς Παρθένου, in Chersoneso urbe fanum, 256, 16.

Parthenia, Παρθενία, priscum Sami ins. nomen a Parthenio fl., 393, 3; 544, 29.

Partheniæ Παρθενίαι, quinam a Lacedæmoniis dicti sint, 231, 32. Eorum conspiratio; qua detecta, de colonia deducenda oraculum petunt; datum iis responsum; sub Phalantho duce in Iapygiam trajiciunt, ubi a barbaris et Cretensibus ibi degentibus recepti Tarentum condunt, 231, 34. cf. 232, 39.

Parthenias, Παρθενίας, Pisatidis fl., 306, 38.

Parthenium, Παρθένιον, Chersonesi Tauricæ prom., 100 stadiis ab urbe Chersonesi, 258, 19.

Parthenium, Bospori Cimmerii opp. ad fauces Mæotidis, 424, 8; a Myrmecione 40 stadia distans, ad Bospori partem angustissimam, 257, 52 (prope *Jenikale*, ubi in extremo Bospori promontorio veteris phari ruinæ). Objacet in Asia Achilleum, *ib.*

Parthenius, Παρθένιος, Ponti fl., unde nomen habeat, 465, 39. Ab eo versus ortum Heneti, 465, 1; ad eum usque inde a Mariandynis Caucones habitarunt, 464, 41; etiam nunc ad eum Cauconitæ quidam esse feruntur, 465, 3.

Parthenius, Παρθένιος, Sami fl., qui postea Imbrasus dictus, 393, 3.

Parthenius mons, Παρθένιον ὄρος, Arcadiæ, a Tegeatide regione versus Argolidem porrectus, 333, 50. Per eum Tegea Argos itur, 323, 38.

Parthenon Παρθενών, Athenis, Ictini opus, 339, 25; 340, 15.

Parthenope Παρθενόπη, in Opicis, Rhodiorum colonia, 558, 48.

Parthenope, una Sirenum, cujus monumentum Neapoli monstratur, 13, 51; 21, 34; 205, 7.

Parthi, Πάρθοι, Παρθυαῖοι, 107, 29 et 45. Hyrcaniam, Bactrianam et Scythas ultra eam habitantes notiores nobis reddiderunt, 11, 45. Parthici imperii finis Euphrates, 637, 15. In Parthorum planitiem Dæ Scythæ invaserunt, 438, 43. Regibus Parthorum Arsacis nomen commune est, 596, 43. Parthi φιλαρσάκαι, 637, 37; Mediam et Babyloniam tenent, nec non Mesopotamiam, 636, 37; 634, 35; non item Armeniam, 634, 35. Parthorum regio Indiæ proxima Chaarene, 617, 17. Parthi Aspioni et Turiuam provincias Bactriæ regibus eripiunt, 443, 18. Parthorum regum dicto audientes sunt reges Persarum, 620, 10. Cum Parthis affinitatem contraxerunt reges Atropatenes, 448, 30. Parthorum reges in Ctesiphonte hiemare solent, æstatem vero Ecbatanis et in Hyrcania degunt, 633, 15. Æstatem Ecbatanis, hiemem Seleuciæ transigere solent, 448, 20. Parthorum rex (Mithridates I) in Elymaidem invasit ex eoque mille talentorum gazam abstulit, 634, 10. Apud Parthos obses fuit Tigranes; ab eo 70 Armeniæ convalles acceperunt, reditus præmium; quas deinde Tigranes recuperavit, Parthorum etiam ditionem populatus, 356, 14. Parthi Crassum, qui belli initium fuit, ulti sunt; ipsi bellum moverunt, misso in Asiam (Romanam) Pacoro; male contra eos pugnavit Antonius; Phraates IV, Augusti amicitiam summopere colebat, remissis tropæis, datisque obsidibus, 637, § 28. Nunc Parthi Romanis ita cesserunt, ut non spolia modo de Romanis olim reportata remiserint, sed et filios Phraates nepotesque Augusto crediderit obsides, 239, 33. Parthici equi, 450, 26; quibus similes sunt Celtiberici, 136, 7. Παρθικῶν scriptores, οἱ περὶ τὸν Ἀπολλόδωρον τὸν Ἀρτεμιτηνόν, Straboniana ætate de Hyrcania et Bactriana primum accuratiora tradiderunt, 97, 27. Cf. Parthia.

Parthia, Παρθυαία, olim Hyrcaniæ pars, regio exigua et inops.; postea aucta; partes ejus Comisene, Chorene et quidquid est usque ad portas Caspias et Rhagas, olim Mediæ partes; regia Hecatompylus, 441, § 1. In potestatem deinde redegerunt quidquid est intra Euphratem; Bactrianæ etiam partem ademerunt Scythis, Romanis potentia suppares; origines imperii ab Arsace Scytha, Parnis, Daarum genti, imperante repetuntur, 441, § 2. De vita et institutis Parthorum plura Strabo disseruit in opere historico; quibus nunc addit quædam ex Posidonio, 442, § 3.

Parthini, Παρθῖνοι, Illyriæ pop., 271, 20.

Parthyæa. V. Parthia.

Parus, Πάρος, Cycladum una, 417, 4, Archilochi patria, 418, 12, et Scopæ statuarii, 517, 19. Insulæ fluvius Asopus, 328, 34. Ἡ Παρία λίθος, 418, 15. Ejus quantum excisum, tantum succrescere fertur, 186, 30. Parii Thasum condiderunt et Parium in Propontide, 418, 12; 503, 45. In Parum seu Pharum insulam sinus Adriat. coloniam deduxerunt, 261, 47; 262, 12.

Parus, priscum nomen Phari insulæ in sinu Adriatico, 261, 47; 262, 12.

Paryadres mons, ὁ Παρυάδρης, 447, 29; 455, 3; 476, 28, Caucasi ἀπορρώξ, attingit extrema Caucasi, 426, 46. A locis Sidenæ et Cappadociæ finitimis usque ad minorem Armeniam pertinet, 470, 14. Castellis struendis multas habet opportunitates, 475, 43. Paryadræ ad latus Cabira urbs, 476, 38. Ad Paryadram sitam regionem Iberibus Armenii ademerunt, 453, 22.

Parysatis, Παρύσατις, etiam Pharziris vocatur, 667, 41.

Pasargadæ, Πασαργάδαι (ruin. *Tasa* aut *Darabgerd* Persarum regia, 620, 1. Ad Pasargadas Cyrus Astyagem ultimo prœlio superavit, 622, 13. Pasargadis Cyri sepulcrum, 621 § 7 Prope Pasargadas Cyrus fluvius, 621, 14

Pasiani, Πασιανοί, Scythæ trans Iaxartem, 458, 32.

Pasitigris, Πασίτιγρις, ex Uxia defluit, 621, 12. In Pasitigri rates est, per quam e Perside Susa itur, a Susis 600 stadia distans, 620, 44. Pasitigris ab Oroati abest 2000 stadiis, 620, 46. Cf. Tigris.

Patalene, Παταληνή, Delta inter duo Indi ostia, Ægyptio Delta similis regio 588, 41; 590, 8; 597, 9; 613, 11. Ejus magnitudo 597, 33. Ad Patalenam est terra Musi-

Digitized by Google

cani, 597, 29. Patalene a Bactriæ regibus græcis occupatur, 443, 6.
Patara, τὰ Πάταρα, Lyciæ urbs, 567, 29; a Pataro condita, Apollinis fanum habet; auxit eam et Arsinoen nominavit Ptolemæus II, 568, 20.
Patarus. V. Patara.
Patavium, Παταούιον, Galliæ transpadanæ urbs magna; ejus frequentia et commercia; e Medoaco portu et per Medoacum fluvium ad eam navigatur stadiis 250, 177, 44; 140, 27. Patavium producit lanam mediocrem, 181, 42.
Patischores, Πατισχορεῖς, Persidis gens (aliunde non nota), 619, 22.
Pathissus fl. (*Theiss*). V. Parisus.
Patmus, Πάτμος, una e Sporadibus inss., 418, 52, in mari Icario, 419, 5.
Patræ, Πατρεῖς, Achaiæ civitas, 331, 23; 332, 39; 288, 33; una ex quattuor urbibus quæ primæ in fœdus Achaicum coierunt, 330, 2.
Patræ e septem pagis conflatæ, 289, 34.
Patraeus, Πατραεύς, pagus Asiæ ad Bosporum Cimmerium prope Satyri monumentum situs, 424, 12.
Patricidæ ap. Lusitanos e finibus regionis vel urbis educti lapidibus obruuntur, 128, 51.
Patrocles, Πατροκλῆς, descriptionem regionum Indicarum accepit a Xenocle gazæ præfecto, 58, 5. Minime similis est reliquis Indicôn scriptoribus, vulgo levissimo, 59, 3. Rerum geographicarum peritus ac fide dignus, Indiæ latitudinem esse ait 15000 stadiorum, 56, 37. 58, 13. Cf. 588, 6. Cadusios ad mare Caspium oram 5000 stadiorum obtinere refert, 436, 18. Patroclis fidem contra Hipparchum defendit Strabo, 57, 20; 57, 51. Posse censet ab India in Caspium mare circumnavigari, 62, 19. De Oxo fluvio, 436, 53, cujus ostia ab Iaxartis ostiis 80 parasangis abesse dicit, 444, 32.
Patrocli vallum, Πατρόκλου χάραξ, insula ad Atticam sita, 342, 29.
Patroclus, Opuntius, necato Æane, exsul ad Peleum profugit, patre Menœtio remanente, 365, 20. Ejus sepulcrum ad Sigeum, 510, 8.
Paulus Æmilius 70 urbes Epirotarum, Molossorum maxime, evertit, sec. Polybium, 268, 5. Persei debellator, Macedoniæ adjecit Epirotarum gentes totamque hanc regionem in quattuor partes divisit, 282, 38.
Pausanias, Παυσανίας, Lac. rex, quum patria excidisset, contra Lycurgum orationem in exsilio scripsit, 314, 34.
Pax Augusta, Παξαυγούστα, Celticorum in Hispania urbs, Romanorum colonia, 125, 32. (Eadem quæ Plinio *Colonia Pacensis*, Itinerario *Pax Julia*; hod. *Beja*; nonnullis hod. *Badajoz*.)
Pecora Liguriæ, 168, 41; Galliæ, 147, 47; 164, 3; Britanniæ, 166, 24; Turdetaniæ, 118. 51; 119, 44. Pecus cicur non educant Medi, 451, 38. Pecora apud Ichthyophagos Arianæ piscibus vescuntur, 613, 26. Æthiopum pecora parva, 697, 24.
Pectora. Vide Στήθη.
Pectoroculati. V. Στερνόφθαλμοι.
Pecuniæ loco permutatione utuntur Lusitani mediterranei, aut de lamina argentea aliquid abscissum dant, 128, 49.
Pedalium, Cypri prom., Πηδάλιον, cui superjacet collis mensæ forma, Veneri sacer, 582, 29. A Olidibus distat 680 stadia, *ib.*
Pedasa, τὰ Πήδασα, Cariæ urbs, 522, 36. Quid de Minervæ antistite Pedasensium tradat Herodotus, 522, 47. Cf. Pedasus Troadis.
Pedasis, Πηδασίς, Cariæ regio, in qua octo Lelegum urbes, 522, 36.
Pedasus, Messeniæ urbs a Homero memorata, eadem esse quæ Methone perhibetur, 309 3. Πήδασος ἀμπελόεσσα, una e septem urbibus quas Agamemno Achilli promisit, 308, 28. Nonnulli eam quærunt in Corone urbe, 309, 49.
Pedasum, Πήδασον, oppidum in hodierna Stratonicensium ditione, 522, 50.
Pedasus, Πήδασος, Troadis urbs, quæ Lelegum erat, ab Achille vastata, 500, 11; 267, 23; 530, 2. Ad Satnientem fl. sita erat; urbs non amplius exstat; locus ejus monstratur, 518, 16; 522, 35. Ab ea urbe nomen habent Pedasa Cariæ, 522, 35.
Pediculi (Ποίδικλοι gr.), Iapygiæ gens, i. q. Peucetii, 230 q. v.
Pediculi quomodo a vite arceri possint, 263, 5.
Pedonia, Πηδωνία, insula Libyca portum habens inter Phœnicuntem et Antiphras, 679, 13.
Pegasus ad Pirenen a Bellerophonte captus, 326, 13.
Peium, Πήιον, Tolistobogiorum castellum, 486, 7.
Pelagones, i. q. Titanes, 281, 36.
Pelagones, Epirotica gens, Macedonibus accensentur, 373, 11. E Pelagonibus orti fluvii in Erigonem se infundunt, 272, 3. Pelagonibus unam de quattuor Macedoniæ partibus assignavit P. Æmilius, 282, 42. Usque ad Pelagoniam et Pieriam olim Pæoniam pertinuisse dicunt et Orestiæ nomine vocatam esse Pelagoniam, ipsosque Pæones appellatos esse Pelagones; quare Asteropæus, Pæonum dux, ap. Homerum Pelegonis filius perhibeatur, 281, 25. Pelagonia etiam Macedoniæ superiori vel M. liberæ tribuitur, 271, 38.
Pelagonia tripolis (quæ est Thessaliæ) inter regiones Epiro accensitas male enumeratur, confusa cum altera Pelagonia, 271, 24. Tripolis hujus est Azorus urbs, 272, 7.
Pelamydum e Mæotide palude usque ad Cornu Byzantii migrationes et piscatio eorum, 365, 51. Piscatio ad Pharnaciam, 470, 33.
Pelargi. V. Pelasgi.
Pelasgi Πελασγοί, quod avium instar modo hæc modo alia loca adirent ab Atticis πελαργοί (ciconiæ) dicti esse feruntur, 184, 42; 341, 5. Gens antiqua, per universam Græciam diffusa, maxime inter Æoles Thessaliæ clara, 183, 49, Pelasgi in Creta, teste Homero, 184, 4; in Thessalia, cujus pars Argos Pelasgicum dicitur, 184, 9. Circa Dodonam, 184, 13; multæ Epiroticæ gentes Pelasgicæ vocantur 184, 15. Lesbus etiam Pelasgica; Pelasgorum patriam Æschylus dicit Argos et Mycenas, 184, 28. Peloponnesus Pelasgica vocata est, 184, 30. Pelasgi, sec. Ephorum, prima stirpe Arcades erant, qui militarem amplexi vitam alios multos in societatem perduxerunt, et quocunque venerint, magnum sibi nomen pararunt, 183, 5?. Pelasgi barbari in Peloponneso, 266, 47. Condiderunt oraculum Dodonæum, 272, 25; 273, 34; 345, 21. E Thessalia in Italiam sunt expulsi, 381, 3. Pelasgi nonnulli cum Tyrrheno in Italiam navigarunt, 184, 37. Thessalici Agyllam Etruriæ condidere, 193, 39, et Regis villam, 188, 8. Herculanum et Pompeios Campaniæ tenuerunt, 205, 41. Ilithyiæ sive Lucinæ fanum in Cæretanorum navali struxerunt, 188, 12. Pelasgi, ejectis vi Bœotis, Bœotiam habitarunt, 352, 24; 344, 48. A redeuntibus Bœotis e Bœotia ejecti Athenas abierunt, ubi urbis pars Pelasgicum vocatur; habitabant sub Hymetto, 345, 3 et 14. Cf. 184, 40. Totam oram maritimam, quæ nunc Ionia dicitur, sumpto a Mycale initio, itemque vicinas insulas olim tenuerunt, 351, 10. Pelasgi in Lesbo, 531, 12. Pelasgi e Thessalia profecti in Chio, 531, 15. Multum regionis iis eripuerunt Cares ex inss. in Asiæ continentem transeuntes, 564, 20. Pelasgos primos frequentasse vicina Lemno et Imbro Anticlides ait, 184, 36. Pelasgi Lemnii in Athonis peninsula quinque oppida habuerunt Cleonas, Olophyxin, Acrothoos, Dium et Thyssum, 280,

Digitized by Google

30. Pelasgi ab Homero vocantur Cilicum in Troade finitimi, 184, 20. Pelasgorum in bello Trojano duces Hippothous ex Larisa Phriconide ad Cumam sita, et Pylæus et Lethi filii duo, 530, 21. Contra Pelasgos Larisam tenentes Neontichos exstruxerunt Græci Cumæ conditores, 530, 53. Pelasgi genere sec. nonnullos sunt Caucones Pontici, 464, 43. Pelasgicus rex Maleus, q. v.

Pelasgicum Argos ab Homero dicitur Thessalia, 317, 42; Thessaliæ pars quædam, 184, 9.

Pelasgicus Juppiter, 272, 25; 273, 37.

Pelasgicus Thessaliæ campus ejusque oppida, 381, 4. Pelasgici campi Thessaliæ in Pheras desinunt, et ad Pelium usque montem per stadia 160 porriguntur, 374, 29.

Pelasgiotæ, Πελασγιῶται, olim Græci universi dicebantur; deinde Danai, 319, 21 et 28. Pelasgiotæ Thessaliæ, 379, 15.

Pelasgiotis, Πελασγιῶτις, Thessaliæ pars, 369, 27.

Pelasgus, Πελασγός, Lycaonis pater ap. Hesiodum, 184, 27.

Πελειάδες Dodonææ an aves an mulieres? 274, 1.

Pelegon, Πηλεγών, pater Asteropæi Pæonum ducis, 281, 28.

Pelethronium, Πελεθρόνιον, in Pelio opp., 249, 1.

Peleus, Πηλεύς, ex Ægina in exilium abit, 372, 27. Ad eum profugerunt Patroclus, 365, 21, et Phœnix, 377, 1.

Pelias, Πελίας, Iolci rex, cujus jussu expeditio Argonautica suscepta est, 38, 7; 374, 33. Iasonem in Oceanum ad Æeten proficisci jussit, sec. Mimnermum poetam, 39, 12. Peliæ filiarum præstantissima Alcestis, 38, 1.

Peligni, Πελίγνοι, Italiæ pop., finitimi Marrucinis, 201, 39. Utraque gens tanquam navali utitur Aterno oppido Vestinorum, 201, 41. Pelignos a Frentanis dirimit Sagrus fl., 201, 49. Urbs eorum primaria Corfinium, 198, 35; 201, 23. Cf. 182, 29; 193, 3.

Πελιγόνες ap. Molossos et Thesprotos vocantur senes qui honoribus funguntur, 274, 7.

Pelinnæum, Πελινναῖον, Thessaliæ opp., 376, 28.

Pelinæus m., Πελιναῖον ὄρος, in Chio ins., 551, 14.

Pelion, Πήλιον, Thessaliæ m., 22, 27; 173, 52; 276, 32; 380, 25; 381, 6.; εἰνοσίφυλλον, 379, 37; ad eum usque porriguntur campi Pelasgici, 374, 30. In Pelio Pelethronium, 249, 2. Pelio subjacent Ipni, 380, 45, et Casthanæa pagus, 380, 41. E Pelio Centauros ejecit Pirithous, 377, 46. Tota præter Pelium navigatio aspera est, 80 fere stadiorum, 380, 48. Ἡ Πηλιὰς μελίη Achillis, 385, 35.

Pella, Πέλλα, inferioris Macedoniæ urbs, quam Bottiæi tenuerunt, 277, 12. Ad eam per Ludiam fl. 120 stadiorum navigatio, 278, 5. Pellæ erat Macedoniæ ærarium; urbem auxit Philippus in ea educatus; arcem habet ad Ludiam paludem, 277, 14. Sita est in via Egnatia, 268, 31. Pellæam regionem perfluere Erigon falso dicitur, 277, 4. Pellæ unam ex quatuor Macedoniæ partibus assignavit P. Æmilius, 282, 41.

Pella olim a Macedonibus vocata est Apamea urbs Syriæ, 640, 33.

Pellana, τὰ Πέλλανα, Messeniæ locus, quem nonnulli Enopen ab Homero vocari putant, 309, 34; Laconiæ, 332, 10.

Pellene, Πελλήνη, in Agamemnonis regno, 324, 14, Achaiæ civitas, 331, 17, a mari (debebat : ab Aristonauta navali) 60 stadia distat, 332, 5.

Pellene, pagus inter Ægium et Pellenen urbes, 332, 7; unde nomen est Pellenicis chlænis, *ib.*

Pelles e Cassiteridibus exportantur, 145, 53; e Britannia, 166, 25; ab Illyriis Aquilejam importantur, 178, 40. Pelles Liguriæ, 168, 41. Pellibus insidentes de Caucasi et Masii verticibus delabuntur, 434, 13.

Pelodes, Πηλώδης, sive Cœnosus portus Epiri, ad quem Buthrotum, 269, 36.

Pelopidæ, Πελοπίδαι, a Pisatide Mycenas profecti, 320, 10; 324, 25.

Pelops, Πέλοψ, Pisatidis rex, 505, 46. E Phrygia populum duxit in Peloponnesum, quæ ab eo nomen habet, 366, 44. Adduxit etiam Achæos Phthiotas, 313, 38; condidit Leuctrum et Charadras et Thalamos nunc Bœotos dictos, quum Nioben sororem Amphioni elocans Bœotos quosdam arcessivisset, 309, 23. Pater Trœzenis et Pitthei, 321, 47. Ejus auriga Cillus, 524, 22.

Peloponnesus, unum ex tribus Europæ promontoriis, apud Eratosthenem, 76, 18. Ejus figura platani folio comparanda, 69, 30; 287, 39; longitudo, latitudo, ambitus, 287, 41. A Pelope Phryge nomen habet, 266, 45. Apud Homerum vocatur Ἄργος, 319, 37; Ἄργος Ἀχαϊκόν et Ἴασον, 317, 38 et 50. Quum jam diceretur Argos, deinde ab Achæis Phthiotidis, qui cum Pelope eo venerant, Argos Achaicum dici cœpit, 313, 40. Pelasgica Peloponnesus vocabatur, teste Ephoro et Euripide, 184, 30. Peloponnesum ante Græcos barbari tenuerunt, ut Phryges, Ægyptii, Dryopes, Caucones, Pelasgi, Leleges., 266, 40. Peloponnesi nomen etiam peculiariter de Laconica usurpatum, 313, 43. Peloponneso expulsi Iones Atticam et Megaridem occuparunt, 142, 9. Peloponnesi et Ioniæ fines indicabat columna in isthmo posita, 337, 2; 142, 9; Peloponnesum tyrannis liberavit Aratus, 331, 3. Ab ea ad Siculum fretum 3000 stadia sec. Dicæarch., 86, 37; ad recessum sinus Adriatici super 10000 stadia sec. Dicæarchum, 86, 36; minus exputat Polybius, 87, 12 (*ex cujus numeris colligunturur* 8200 stadia); ad Columnas 12000 stadia, 87, 23; 10000 st., sec. Dicæarchum, 86, 35; duplo longius et ultra, sec. Polyb., 87, 9; ad Leucadem 700 stadia, sec. Polybium, 84, 14.

Pelori ab Afris injuste necati sepulcrum, Πελώρου μνῆμα, 8, 35.

Pelori turris, Πελώρου πύργος, e regione columnæ Rheginorum, 142, 5.

Pelorum, Πελωριὰς ἄκρα, Siciliæ pr., 220, 44; 221, 33 et 41; 222, 29; ab eo ad Pachynum 168 m. p., 221, 28. Objacet in Italia Cænys locus, 213, 43. In Peloro a nonnullis Sirenes collocantur, 18, 27 et 45.

Peltæ, Πέλται, Phrygiæ Magnæ opp., 494, 6.

Peltinus campus, Πελτινὸν πεδίον, Phrygiæ, 538, 7.

Pelusiacum Nili ostium, τὸ Πηλουσιακὸν στόμα, 681, 9. A Canobico 1300 stadia distat, 669, 11; ab Orthosia 3900 stadia, 571, 50 (3650 stadia, 647, 8). (Memoratur sæpius, ut p. 64, 670, 760, 786, 788, 791, 801, 802 ed. Casaub.)

Pelusiacum mare a recessu sinus Arabici distat via tridui aut quatridui, 29, 27.

Pelusium, Πηλούσιον, Ægypti opp., 670, 30, in finibus Arabiæ, 682, ἀπο τοῦ πηλοῦ dictum; urbis ambitus, 682, 15. Eo usque olim mari tecta Ægyptus fuisse videtur, 42, 8. Isthmus ad Pelusium olim navigabilis, sec. Eratosthenem, 32, 12. Isthmi ejus latitudo, 682, 25; 421, 50. Pelusium ab Orthosia 3650 st. distat, 647, 8. A Pelusio ad Thapsacum linea 6000 stad. sec. Eratosth., 73, 12; supra 3000 stad. sec. Hipparchum, *ib.*; ad τοῦ Delta verticem mensura, 683, 16. Ab urbe versus verticem τοῦ Delta prodeunti primum occurrit fossa quæ implet lacus duos, τὰς κατὰ τὰ ἕλη καλουμένας λίμνας, a sinistra sitos magni fluvii, in Arabia, 683, 16. Pelusii regio mari inundata est, Strabone Alexandriæ versante, 49, 1. Τὰ πρὸς τῷ Πηλουσίῳ βάραθρα, 647, 4; 682, 14.

Penelope, Πηνελόπεια, Icarii filia, 388, 51 *et passim* (*p.* 121, 369, 452, 461, 551, 641 *ed. Cas.*).

Peneus, Πηνειός, Peloponnesi fluvius per Elin urbem fluit, 289, 37; 290, 29. Inter eum et Selleentem fluvium est Pylus urbs, 291, 36.

Digitized by Google

Peneus, Thessaliæ fl. Ejus fontes ad Pindum montem, de quibus controversia est Tymphæis et qui sub Pindo sunt Thessalis, 272, 13; 276, 4. Lapitharum et Perrhæborum oppida permeat, et per Tempe vallem exit, 276, 4. E Pindo ortus ad lævam relinquit Triccam, Pelinnæum, Pharcadonem; deinde præterfluit Atracem et Larisam; Thessaliotidis fluviis exceptis per Tempe exit, 376, 27. Peneus etiam Araxes dictus esse fertur διὰ τὸ ἀπαράξαι τὴν Ὄσσαν ἀπὸ τοῦ Ὀλύμπου, 455, 20. Tempe perfluens Græciam munit, 274, 27. Thessaliam et Magnesiam a Macedonia inferiore disterminat, 275, 40. Ei adjacet Gyrton, 276, 17. Excipit Titaresium, 379, 10; Europum, 276, 8; Curalium, 376, 26; Ionem, 272, 17; Apidanum, 371, 6. Sæpe in agros effunditur, 369, 14. Ab eo ad Pydnam 120 (320?) stadia, 280, 45. Ad Peneum a Demetriade 1000, a Sperchio 1800, ab Euripo 2350 stadiorum præternavigatio, 380, 51.

Pentelicum marmor, Πεντελικὴ μάρμαρος, 343, 18.

Pentheus, Πενθεύς, ubinam a Bacchis discerptus sit, 351, 11.

Penthilus, Πενθίλος, post Orestis patris mortem sexaginta post Troica annis in Thraciam cum Æolibus progressus est, et hinc in Thraciam trajecit, 498, 22 et 23; Penthilum in Æolica colonia deducenda adjuvarunt Bœoti, 345, 43. Penthili in expeditione Æoles quidam in Euboea remanserunt, 383, 48. Penthilus Archelai pater, 498, 24.

Peparethus, Πεπάρηθος, insula Magnesiæ objacens cum urbe, 375, 17; 102, 51.

Pepli Sidonii, 34, 8.

Perasia Diana, Περασία Ἄρτεμις, Castabalis; unde dicta sit, 460, 49.

Percote, Περκώτη, Troadis urbs in Asii ditione, postea Palæpercote dicta, 505, 15; 501, 18 et 25.

Περδίκκας nomen, 529, 16.

Perdiccas corpus Alexandri Babylone in Ægyptum detulit, Ægypti sibi vindicandæ studio impulsus; a Ptolemæo in deserta insula inclusus, a militibus interficitur, 675, 7.

Perdices anserum magnitudine in India, contra quos Trispithami pugnant, 605, 27. Perdix vulture major inter dona, quæ Porus Augusto misit, 612, 42.

Perga, Πέργη, Pamphyliæ opp. ad Cestrum fl.; Dianæ Pergææ templum, annuusque ad id conventus, 569, 43.

Pergamum, τὸ Πέργαμον, in montis vertice situm castellum et gazophylacium Lysimachi; custos ejus Philetærus a Lysimacho defecit et in potestate sua castellum retinuit; fratres ejus eorumque posteri Pergami reges eorumque historia recensentur, 532, § 1 *sqq*. Pergamum præterfluit Caicus, 534, 11. Urbem amplificavit et ornavit et bibliotheca instruxit Eumenes II, 533, 45. Prope Pergamum Aspordenus mons, 529, 13. Pergamus ab Elæa navali 120 stadiis abest, 525, 42. Pergamena regio, 489, 45; 493, 47. Pergameni viri: Mithridates Menodoti f., Apollodorus ejusque discipulus Dionysius Atticus cogn., 534, § 3.

Periander, Περίανδρος, bellum inter Athenienses et Mytilenæos de Sigeo ortum arbitrio suo diremit, 513, 35. Falso Timæus narrat Periandrum Iliacis lapidibus Achilleum contra Athenienses Sigeo potitos muniisse, 513, 38.

Perias, Περιάς, Eubœæ opp., 382, 36.

Pericles, Περικλῆς, Samum obsedit, 545, 26. Eubœam subegit, 382, 47. Eo procurante, Parthenonem ædificavit Ictinus, 339, 25.

Perinthus, Πέρινθος (*Erecli*), Samiorum colonia, ad Propontidem in ora Thraciæ, 284, 11. A Byzantio distat 630 stadia, 284, 21, vel 600 stadia totidemque a Pario, sec. Demetrium, 284, 29. Perinthus olim a Pæonibus obsessa, 231, 38. Ad Perinthum usque Hellespontum nonnulli extendi volunt, 284, 39.

Περιόδων γῆς scriptores, 285, 29.

Περίπλων scriptores, 285, 29; eo peccare solent quod nihil adjungunt e doctrina mathematica et astronomica, p. 11, 6.

Περίσκιοι quinam? 112, 35. περίσκιοι ζῶναι duæ Posidonii, 79, 2.

Permessus, Περμησσός, Bœotiæ fl. ex Helicone ortus, cum Holmio confluens in Copaidem exit prope Haliartum, 350, 2; 353, 43.

Pernæ optimæ Cerretanæ et Cantabricæ, 134, 29.

Perpena (M.) bellum contra Aristonicum confecit, 552, 20.

Perperena, Περπερήνα, pagus supra Cisthenen Æolidis, 519, 17.

Perrhæbi, Περραιβοί, Thessaliæ populus, 225, 35; loca ad Olympum et Tempe tenebant, 379, 3; Doridem Thessaliæ occuparunt, Eubœæ Histiæotidem vastarunt, hominesque in Doridem transduxerunt, quæ inde Histiæotis dicta est, 375, 47; 383, 8. Inter Perrhæbos olim ad Ossam et Dotium habitarunt Ænianes, Perrhæbi ipsi peregrini sunt, 51, 12. Tenuerunt Thessaliæ regionem quæ ad mare est et Peneum usque ad ostia ejus, et Gyrtonem, Perrhæbicam urbem, 377, 40; 276, 17. Hinc in mediterranea ejecerunt eos Lapithæ, 377, 45. Perrhæborum oppida Peneus perfluit, 276, 7. Perrhæbica loca, Cyphus et Dodona, in Gunei ditione sec. Homerum, 378, 49. In Polypœtæ quoque ditione Perrhæbica oppida erant, quæ Homerus Lapithis, qui ibi Perrhæbis mixti iisque potentiores erant, assignavit, 379, 1. Perrhæbica oppida sunt Phalanna, 378, 7, et Oloosson, Elone, Gonnus, 378, 42. Perrhæbi inter Arguram et Atracem, 378, 3. Perrhæbi a Lapithis oppressi in montana plerique recesserunt ad Pindum et Athamanes et Dolopes; relictam vero regionem Larisæi occuparunt, 378, 8; 380, 20; Perrhæbi μετανάσται ad occiduum Pindi latus consederunt, 373, 14. Pars Perrhæborum ad occiduum Olympi latus, finitima Macedonibus, remansit, 377, 51, et nonnullis in locis Lapithis mixta habitabat, 377, 51. Perrhæbi supra Ætolos habitantes, 386, 34. Quosnam Simonides Perrhæbos dicat, 379, 11.

Persæ ex omnibus barbaris Græcis notissimi, 626, 7. Primi Græcis quoque imperaverunt, 626, 17. Persarum regiæ Susis, Persepoli, Pasargadis, 619, 52; porro ἐν Γάβαις et κατὰ τὴν Ταόκην, 620, 4. Cur Susis regiam sibi constituerint, 419, 23. Persarum imperii historia brevis, 626, § 24. Persarum expeditiones longinquæ a Cyro rege usque ad Xerxem, 51, 20. Tributa iis ordinavit Darius; eorum ratio, 626, 42. Persæ angustias freti Chalcidici putantes esse cæca vada, in magna pericula devenerunt, 8, 30. Salganeum insontem occiderunt, quod male classem a Maliensibus ad Euripum duxisse crederetur, 8, 25. Eretriam Eubœæ everterunt, 384, 41. Ad Plataeas victi sunt, 353, 51. Quantum tributi quotannis iis solverint Cappadoces et Medi, 460, 42. Armeniæ satrapa 20000 pullos quotannis mittebat, 454, 27. Persarum olim fuerunt regiones Indicæ, quæ sunt ab occasu Indi fluvii, 616, 26; in Ariana, 613, 2. Persæ mercenarios milites ex India conduxerunt Hydracas (Oxydracas), ipsi vero in Indiam expeditionem nunquam susceperunt, 586, 2. Reges tributa pendebant donaque dabant Cossæis, Mardis, Uxiis ceterisque latronibus finitimis, 449, 45; 620, 21. Etiam nunc Persæ proprium regem habent, viribus tamen fracti et Parthorum regis dicto audientes, 620, 10; 626, 42. Dii Persarum eorumque cultus; sacrificiorum ratio, 623, § 13 et 14; comparatur ritus Cappadocicus, 624, § 15. Alia sat multa de Persarum moribus et institutis, 624, § 16-22. Anaitis, dea ejusque σύμβωμοι Omanus et Anadotus, 439, 9. Σάκαια festa, qualia sint et qua occasione instituta, 439, § 4 et

Digitized by Google

5. Persarum sacra etiam Medi et Armenii colunt, 456, 39. Vestitum et alia instituta plurima Persæ a Medis assumserunt, 450, § 6. Reges tritico Assico, vino Chalybonio, aqua Eulæi utebantur, 626, 4; et equis Nessæis, 454, 24. Persæ subvectiones in Euphrate et Tigri prohibituri, structis cataractis navigandi facultatem sustulerunt, 630, 11; impedimenta illa Alexander destruxit, 630, 13. Legatos male ducebant per ambages et loca difficilia, 683, 1. Περσῶν ἡλιόβλητοι πλάκες, 22, 44.

Persea, περσέα, arbor in myrrhifera Æthiopiæ regione, 658, 34; in Meroe ins., 698, 2; in Ægypto et Æthiopia, 698, 53.

Persepolis, Περσέπολις (ruinæ *Tachti Dschemchid*), post Susa urbs pulcherrima et maxima, regiam habet insignem thesaurorum magnificentia, 621, 17; 619, 52. Prope urbem Araxem Alexander trajecit, 621, 16. Idem regiam combussit, 621, 25. Persepolis a Susis 4200 stadia distat, 619, 20. Cf. etiam 65, 32; 66, 26.

Persei specula, ἡ Περσέως σκοπή, in Delta regionis ora ab oriente τοῦ Ἀγνοῦ κέρατος, 681, 18.

Perseus, astrum, 111, 33.

Perseus, Περσεύς, in cista inclusus, a Dicty servatus, in Seripho enutritus, matrem ulciscens Gorgonis caput Seriphiis objecit, 418, 31. Mycenas condidit, 324, 17. Successit ei Sthenelus, *ib.* Ammonis oraculum adiit, 691, 20. Helii pater, 312, 21. Erythræ pater, 663, 4.

Perseus, rex Macedoniæ usque ad Hebrum pertinentis, a Romanis imperio exutus est, 282, 36. In bello contra Perseum Haliartus eversa, 353, 40. Contra eum Romanorum socius Eumenes II, 533, 40.

Persicum exstat carmen, quo 360 palmæ utilitates enumerantur, 632, 33.

Persicæ pylæ, Περσικαὶ πύλαι, 621, 5.

Persicus sinus, Περσικὸς κόλπος, 66, 25; 100, 20, vocatur etiam ἡ κατὰ Πέρσας θάλασσα, 651, 43; 35, 35. Ejus descriptio, 621, § 2-7. Oris latitudo, 618, 48. In eo sinu a nonnullis ponuntur Sidonii et Phœnices, ad quos Menelaus venit. Hinc Phœnices ad oram maris interni migrasse produnt, alii vero eos a mari interno ad Persicum transductos esse volunt, 35, 35.

Persis, ἡ Περσίς, 613, 2. Ejus situs, triplex natura et aeris temperies, 619, 1; longitudo et latitudo, 619, 14; gentes Patischores, Achæmenidæ, Cyrtii, Mardi, 619, 21; in Perside extrema Καμηλοβοσκοί, 619, 14. Persidi contigua Paræetacene et Cossæa, 533, 40; Paræetacene, Uxii, Elymæi, 449, 42. Inter Persidem et Susidem montana sunt, quæ latrones tenebant, qui mercedem etiam a regibus exigebant e Suside in Persidem intrantibus, 620, 21; 449, 45. Prope Persidem optimum thus nasci dicunt, 665, 53. V. s. v. Thus.

Perusia, Περουσία, Etruriæ urbs, 188, 19; 188, 40.

Pessinus, Πεσσινοῦς, Phrygiæ Magnæ urbs, 493, 51; Tectosagum urbs, 486, 2; emporium; fanum ibi Matris deorum; ejus sacerdotes; Romani inde deæ simulacrum petierunt; situs urbis, 486, 9. Ab ea 150 stadia distat Sangia pagus, 465, 23. Rhea Πεσσινουντίς, 402, 45.

Petalia, Πεταλία, ad Eubœam insula Sunio objacens, 382, 3.

Petelia, Πετηλία (*Stromboli*), Lucanorum urbs mediterranea, Philoctetæ opus; a Samnitibus quondam contra Thurios munita, 211, 25.

Peteon, Πετεών, vicus agri Thebani in via qua Anthedonem itur, 352, 39.

Petnelissus, Πετνηλισσός, Pisidiæ urbs pone Aspendum sita, 569, 50; 488, 18.

Petra, Πέτρα, Nabataeorum urbs regia, 653, 28. Ejus situs, 663, 15. Hinc Hiericuntem 3 vel 4 dierum, ad palmetum 5 dierum iter, 663, 23. Petram Minæi et Gerrhæi et alii aromata convehunt, 661. 4. E Leuce come merces deportari solent Petram, hinc vero ad Rhinocolura Phœniciæ opp., 664, 27. Petræorum mores egregii, teste Athenodoro, 663, 27.

Petreius, Πετρήιος, Pompeianus dux, ap. Ilerdam a Cæsare victus, 134, 8.

Petrocorii, Πετροκόριοι (*les habitants du Périgord*), Galliæ gens Aquitanis adscripta, 158, 31; apud eos officinæ ferrariæ, 158, 36.

Petronius, Πετρώνιος, Ægypti præfectus, 670, 17, Alexandrinorum seditionem repressit, 696, 4. Ejus contra Æthiopes expeditio, 696 § 54.

Peuce, Πεύκη, Istri insula, quam Bastarnæ Peucini dicti tenent, 253, 45; 254, 33. In eam per Sacrum Istri ostium navigatur 120 stadiis, 253, 48.

Peucini, Πευκῖνοι, Bastarnæ, 254, 33. In Peuce insula, 253, 45.

Peucetii, Πευκέτιοι, sive Pœdiculi (Ποίδικλοι codd.) in Iapygia, 230, 45; 234, 50. Eorum regio usque ad Egnatiam et Silvium pertinet, 235, 24; montosa est et aspera, 235, 24. Incolæ ex Arcadia immigrasse videntur, 235, 26. Peucetiorum et Dauniorum nomina nonnisi priscis temporibus in usu erant; nunc regio harum gentium Apuliæ nomine comprehendi solet, 235, 30. Peucetii et Daunii et Apuli eodem sermone utuntur, 237, 6.

Peucolaitis civitas, Πευκολαΐτις πόλις, ad Indum, juxta quam Alexander ponte trajecit exercitum, 595, 3.

Phabda, Φάβδα s. Φαῦδα, Sidenæ regionis castellum in Ponto, 469, 39.

Phabra, Φάβρα, insula ad Zosterem Atticæ pr., 342, 20.

Phacussa, Φάκουσσα, Ægypti vicus ad initium canalis in mare Ruhrum exeuntis, 684, 1.

Phæaces, Φαίακες ἐνὶ πόντῳ ἔσχατοι, in Atlantico Oceano ap. Hom. finguntur, 21, 28.

Phædon, Φαίδων, Eleus, Socraticus, cujus successores Eleaci vocantur, 337, 49.

Phædrus, Φαῖδρος (?), Atheniensium dux in bello Lamiaco Styra Eubœæ diruit, 383, 30.

Phæstus, Φαιστός, Cretæ urbs, a Minoe condita, 409, 19; 411, 44; diruta a Gortyniis, qui agrum ejus tenent; distantia a Gortyne, Matalo oraque maritima, 411, 44. Epimenidis patria, 411, 52. Ad Phæsti regionem pertinebat Olyssen (Lisses *St.-B.; al.* Blisse, Lassæa), 411, 52.

Phaethon, Φαέθων. De eo fabula, 179, 9. Phaethon, Euripidis tragœdia, 28, 4.

Phagres, Φάγρης (*Orphano*), Thracicæ oræ opp., 279, 50.

Phagroriopolis, Φαγρωριόπολις, Ægypti urbs, 683, 54. Φαγρωριοπολίτης νομός Ægypti, Heroonpoli vicinus, 683, 53.

Phagrorius seu phagrus, Nili piscis, 699, 8.

Phalacrum, Φαλακρόν, Corcyræ prom. (*Cap Drasti*, ut videtur, vel *Cap Cephali*), a quo ad Tarentum sunt 4700 stadia, 269, 36.

Phalangia Albaniæ τὰ μὲν ποιεῖ γελῶντας ἀποθνήσκειν, τὰ δὲ κλαίοντας πόθῳ τῶν οἰκείων, 431, 31. Phalangia in Massæsylia, 705, 13.

Phalanna, ἡ Φάλαννα, Thessaliæ urbs Perrhæbica ad Peneum prope Tempe, 378, 7. Phalannæorum arx secundum nonnullos erat Orthe, ab Homero memorata, 378, 5.

Phalanthus, Φάλανθος, Partheniarum, qui Tarentum condiderunt, dux, 231, 36 et 51. Brundusiis agri partem ademit; Tarento pulsus est; a Brundusiis splendide sepultus, 234, 32.

Phalara, τὰ Φάλαρα, Thessaliæ opp., 30 a Lamia stadiis dissita, 373, 35; terræ motu diruta, 50, 28.

Phalasarna, ἡ Φαλασάρνη, Cretæ opp., a Polyrrhenia 60 stad., 411, 40.

Digitized by Google

Phalces, Φάλκης, Sicyonem condidit, 334, 48.
Phalerenses, Atticæ pagus, Φαληρεῖς δῆμος, 342, 13. Phalericum litus, 343, 33.
Phalerus, Φάληρος, et Acamas Athenienses Solos Cypri condiderunt, 583, 19.
Phanæ, Φάναι, Chii ins. portus, 551, 5.
Phanagoria, Φαναγορία (rectius Φαναγόρεια) vel Φαναγόρειον, Bosporanorum Asiaticorum caput, 424, 42; 255, 17; 425, 4; ad Corocondamitin paludem in insula est, quam Anticites facit, 424, 33. A Panticapæo 70 stadia distat, 257, 40. Habet templum Veneris τῆς Ἀπατούρου, 424, 28.
Phanarœa, Φανάροια, Ponti regio optima; ejus situs, fluvii, Eupatoria urbs, 476, § 30; 469, 9. Oleas fert, 61, 18. Penes Pythodoridem est, 477, 4.
Phanias, Φανίας, Eresius, Aristotelis disc., 528, 30.
Phanoteus. V. Panopeus.
Phaon, Φάων, a Sapphone amatus, 388, 36.
Phara, Φαρά, Libyæ opp., a Scipionis equitibus bello Africano incensum, 706, 7. (Oppidum aliunde non notum, siquidem nomen recte habet. Memoratur oppidum juxta Thenam et Cercinnam insulam. E regione ejus insulæ et paucis a Thena (h. *Taine*) stadiis situm erat Taphrura opp. (Ptol. et Tab. P.), hodierna *Sphack*. Ni fallor eundem locum notavit Strabo, et Φαρὰ nomen corruptum est.)
Phara, ἡ Φάρα, Achaiæ civitas, Dymæ finitima; cives dicuntur Φαρεῖς, 333, 9; 331, 24. Pharenses et Ægienses Rhypidem regionem tenent, 332, 35.
Phara seu Pharæ, Messeniæ opp., 333, 10; 309, 51; 310, 5. Cf. Pheræ. Ejus cives Φαρᾶται, 333, 10.
Pharæ, Φαραί, Tanagricus vicus, 348, 19.
Pharæa, Lacon. opp., Heraclidis erat *ærarium*, 313, 18. Φᾶρις, 311, 39.
Pharbetites nomus Æg., Φαρβητίτης νομός, 682, 7.
Pharcadon, Φαρκαδών, Histiæotidis opp., 376, 24 et 29.
Pharia. V. Pharus.
Pharis, Φᾶρις, Laconiæ opp., 311, 39. Cf. Pharæa.
Pharmacussæ, Φαρμακοῦσσαι, duæ insulæ inter Atticam et Salaminem, in quarum majori est Circes sepulcrum, 339, 33.
Pharnaces, Φαρνάκης, unus ex ultimis Bospori regulis, 425, 12; 434, 32. Hypanin fl. Dandariorum agris induxit; 425, 13. Leucotheæ templum Moschicæ regionis spoliavit, 427, 41. Amisum obsedit, 468. 49; Sinopen expugnavit, 467, 24 et 44. Ab Asandro interfectus est, 534, 24. Filii Pharnacis, 480, 11. Men Pharnacis. V. Men.
Pharnacia, Φαρνακία, Ponti urbs munita, 469, 45; 428, 7; 104, 34. Cotyori incolis frequentata est, 469, 54. Supra Pharnaciam sunt Tibareni et Chaldæi sive Chalybes, 470, 8. Ad Pharnaciam pelamydum piscatio, 366, 5.
Pharsalus vetus, Παλαιφάρσαλος, Thessaliæ urbs; ab ea usque ad Thebas Phthiotides Helladem regionem, quam Homerus dicit, pertinuisse nonnulli censent, 369, 30; 370, 39. Phthiotidis opp. in Achillis ditione, 372, 37. Pharsalo novæ et veteri propinquum Thetidium, 370, 41. — Pharsalum (novam) præterfluit Enipeus, 371, 5; ei propinquum Eretria opp., 384, 35. Pharsaliis Philippus Halum assignavit, 372, 3. Pharsalii Halum deletam instaurarunt, 371, 47. Pharsalius est Cyrsilus historicus, 454, 53.
Pharus turris in Pharo insula, Sostrati Cnidii opus, 673, 15.
Pharus ins., Φάρος, ἡ Φαρία νῆσος, ad Ægyptum 150 stad. ab ostio Canobico, 673, 1. Ejus descriptio, *ib. et* 675, 24. Phariam insulam Homerus πελαγίαν dicit ex ignoratione, ut Eratosthenes censet; immo veri non ignarus, sed de industria talem Menelai temporibus fuisse dicens, 24, 46; 30, 45; 48; 51; 460, 3. Insula nunc est ἄνυδρος; fortasse nondum erat Homeri ætate, qui εὔορμον vocat, 31, 4. Nunquam Pharus mari tecta fuit, 47, 32. Cæsar insulam evastavit, adeo ut nunc nonnisi nautæ pauci circa turrim habitent, 873, 34.
Pharus, Φάρος, insula olim Parus dicta (*Lesina*), in sinu Adriatico, 102, 24. Pariorum colonia, patria Demetrii Pharii, 261, 46; 262, 12. Ardiæis vicina est, *ib.*
Pharusii, Φαρούσιοι, Libyæ Æthiopes, 108, 34; Tyriorum oppida in Libyæ ora ad oceanum sita diruerunt, 701, 36. Nonnulli Troglodytarum more in speluncis habitant, 703, 21. Æthiopibus Hesperiis vicini iisque similes sunt; curribus falcatis utuntur, 703, 14. Nonnunquam Mauros conveniunt, in itinere per deserta utres aquæ plenos ventribus equorum subligantes; interdum etiam per loca quædam palustria Cirtam veniunt, 703, 17.
Pharygæ, Φαγύγαι, Argolidis opp. cum templo Junonis Pharygææ. Hujus colonia Pharygæ Locrorum, 366, 15.
Pharygæ, Φαρύγαι, olim Τάρφη, opp. Locrorum Epicnemidiorum, cum templo Junonis Pharygææ; colonia Pharygarum Argolidis, 366, 15.
Pharygium, Φαρύγιον, Phocidis prom. cum navium statione, 363, 5.
Φάρζιρις, i. q. Παρύσατις, 667, 41.
Phaselis, Φασηλίς, Lyciæ opp. tres portus habens et lacum, 568, 51; superjacent Solymi montes et Termessus, *ib.* Urbs per se constat neque τοῦ Ἀνκιακοῦ συστήματος particeps est, 569, 15. Tenuit eam Zenicetes prædo, 573, 13. Prope eam juxta mare sunt angustiæ, per quas exercitum duxit Alexander, 569, 3.
Phasis, Φᾶσις, Colchidis fl. et urbs; non est punctum Ponti maxime orientale, quum hinc ad Dioscuriadem versus orientem supersint 600 stadia, 427, 8. Ad Phasin ab ostio Ponti sunt 8000 stadia sec. Eratosthenem, 5600 stadia sec. Hipparchum, 76, 5; 419, 50; a Trapezunte 1400 stadia, 469, 50. Phasis fl. ab Homero non memoratur, 248, 14. In Armenia oritur, 429, 20; 453, 45. Glaucum et Hippum excipit; navigatur usque ad Sarapana castellum; adjacet fluvio Phasis urbs, 427, 19; 429, 20. Phasis angustias perlabitur, per quas in Iberiam aditus est; ob cursus obliquitatem 120 pontibus junctus; asper, violentus imbrium tempestate, 429, 17. Ad ejus ostium ora arenosa, humilis, mollis, 44, 1; 37, 37. Ad Phasin Æa, Æetæ urbs, 38, 12, et Phasis urbs, Colchorum emporium; ab Amiso vel Sinope 3 vel duorum dierum [noctiumque] iter distat, 427, 25; 427, 24.
Phatniticum, Φατνιτικόν, Nili ostium, 681, 5.
Phauene, Φαυνηνή (?), Armeniæ regio, 452, 50.
Phaunitis, Φαυνῖτις, regio, quam Medis Armenii ademerunt, 453, 23.
Phayllus, Φάυλλος, Delphicum templum diripuit, 361, 12.
Phazemon, Φαζημών, pagus Phazemonitidis, quem auxit, urbem constituit, Neapolinque denominavit Pompeius, 379, 45. Phazemonitarum thermæ supra Amasenum agrum, 480, 6.
Phazemonitis, Φαζημωνῖτις, Ponti regio, quam Neapolitin Pompeius nominavit; ejus situs, 479, 45; ejus pagus; lacus Stiphane, *ib.*
Phea, Φειά, Elidis pr. (ad *Chortas* portum), Pisatidis oræ initium sec. nonnullos, 294, 42; ante Pheam est insula et portus, a quo ad Olympiam 120 st., 294, 46; 301, 27. Inter Pheam et Epitalium Alpheus fluvius exit, 295, 15.
Phellon, Φέλλων, Triphyliæ mons, ad quem Scillus opp., 295, 49.
Phellus, Φελλός, Lyciæ opp., 568, 31.
Phemonoe, Φημονόη, prima vates Pythia, 359, 53.

Digitized by Google

Pheneus, Φενεός, Arcadiæ opp., 333, 39; ad Pheneum τὰ βέρεθρα sive ζέρεθρα Ladonis vel Aroanii fl., 334, 14, et Stygis aqua, 334, 26.
Pheræ, Φηραί, Messeniæ urbs, 308, 27. Ad Nedonem fluvium, 309, 27; Thuriæ et Gerenis vicina, 309, 18. A mari quinque stadia distat, 309, 51. Pheræi cum Menelao in bellum profecti, 308, 30. Pro Φηραί scribitur Φάρα et Φαραί, 333, 10; 309, 51; 310, 5.
Pheræa, Φηραια, Arcadiæ urbs, 306, 38.
Pheræ, Φεραι, Pelasgiotidis in Thessalia urbs, 374, 28; 432, 8. In campo Pelasgico, 381, 5. Ei vicina Bœbeis palus, 374, 51. Ejus navale Pagasæ, 90 stadiis dissitæ, 374, 31. In urbe est Hyperea fons, 377, 31. Pheræ una cum tyrannis creverunt et conciderunt, 375, 2.
Pherecydes, Φερεκύδης, Babyis f., e Syro ins. oriundus, 418, 18.
Pherecydes, Atheniensis, Pherecyde Syrio junior, 418, 18; dictio ejus poeticæ similis, 15, 4. Pales, Cephalleniæ urbem, ab Homero Dulichium dici censuit, 392. 14. Laudatur de Cabiris, 406, 5; de Caribus et Lelegibus, olim Ioniæ oram obtinentibus, 540, 18; de Mopsi et Calchantis certamine, 549, 5; Gadibus ins. nomen Erythiæ tribuere videtur, 140, 50.
Phidias, Φειδίας, Charmidæ filius, Atheniensis; ejus statua Jovis Olympici sec. Homeri versus expressa; Phidiæ consobrinus Panænus pictor, in opere Olympico Phidiæ socius, 304, 10. Phidiæ opus Minervæ statua in Parthenone, 340, 16. Opera ejus sunt sumptu et magnitudine præstantissima, 320, 8.
Phidippus, Φείδιππος, Thessali f., cum Antipho fratre Cois imperavit sec. Homerum, 558, 14. V. Antiphus.
Phido, Φείδων, Argivus, a Temeno decimus; ejus potentia, inventa, in Eleos facinus, 307, 40. Ab Eleis et Lacedæmoniis evertitur, 308, 5; primus argentum excudit in Ægina, 323, 11. Phidoniæ mensuræ, 307, 43.
Philadelphia, Φιλαδέλφεια, Judææ urbs, cujus incolæ variis e gentibus mixti sunt, 647, 25; 647, 35.
Philadelphia, Lydiæ urbs ad Catacecaumenen regionem sita, terræ tremoribus obnoxia, 496, 1; 537, 1.
Philæ, Φίλαι, Nili insula, 33, 23, paullo supra minorem catarrhacten, communis Æthiopum et Ægyptiorum habitatio; templa Ægyptia habet; quænam ibi avis colatur, 694, 38. Insula supra Syenen et Elephantinam sita, 682, 51. Quid ibi de Osiridis sepulcro incolæ fabulentur, 682, 52. Philas capiunt Æthiopes 696, 18. Quali scaphiæ genere Strabo in insulam trajecerit, 695, 3.
Philænorum aræ, Φιλαίνων βωμοί, in Syrti majori, 709, 46; ad limites indicandos positæ, 142, 6, non amplius exstant, sed locus nomen retinet, 142, 22. Ad eas inde a Berenices regione Nasamones habitant, 710, 3.
Philemon, Φιλήμων, comicus, Solensis, 573, 24.
Philetærus, Φιλέταιρος, princeps generis Attalicorum regum, Tiei natus, 465, 37. Θλιβίας ἐκ παιδός, Pergamo castello a Lysimacho præfectus, Arsinoes odio a rege defecit, castellumque in potestate sua per viginti annos retinuit, reliquitque Eumeni fratri; alter ejus frater fuit Attalus, 533, 4.
Philetærus, Attali I et Apollonidis f., privatus vitam exegit; frater Eumenis II, Attali II et Athenæi, 533, 37.
Philetærus, Dorylai, qui Cnossum abiit, frater, pater Dorylai ejus, cum quo Mithridates Eupator educatus est, 410, 30.
Philetas, Φιλητᾶς, Cous, poeta et criticus, laudatur, 139, 36; 312, 43; 561, 39.
Philippi insula, Φιλίππου νῆσος, in sinu Arabico, 658, 28.
Philippi, Φίλιπποι, prius Crenides dicti, Macedoniæ opp. 281, 41 et 46, ad Pangæum montem; auri metalla habuit, 280, 6. Augebatur locus post Bruti et Cassii cladem, *ib.* Ad Philippos victoriam deportavit Antonius, quam carmine cecinit Boethus, 575, 15.
Philippopolis, Φιλιππούπολις, opp. Parorbeliæ in Macedonia, 281, 6. (in valle *Stroumitzæ* fluvii ponenda; aliunde non nota; fortasse hodierna *Petrovitch.*)
Philippus, Amyntæ et Eurydices, quæ neptis Arrhabæi fuit, filius, 271, 31. Pater Thessalonicæ, 277, 32; 278, 25. Pellam urbem, in qua educatus erat, e parva magnam fecit, 277, 14. Ejus contra Ateam Scytham bellum, 255, 30. In Calybem, Astorum opp., homines pessimos relegavit, 266, 29. Regionem inter Strymonem et Nestum sitam ditioni suæ adjicere apprime studuit, 259, 5; e metallis ibi magnos reditus paravit, *ib.* In Methones obsidione oculum amisit, 277, 54. Apollonian (ad sinum Strymonicum sitam) et Galepsum evertit, 280, 43. Judex litis quæ de Pamiso erat Lacedæmoniis et Messeniis, 310, 14. Messenen restauravit, 310, 37. Prœlio ad Chæroneam vicit, 355, 30. Naupactum Ætolis adjudicavit, 566, 28; Halum Pharsaliis attribuit, 372, 3. Insulas Magnesiæ objacentes ad se rapuit, 375, 22. Larisseam Thessaliæ regionem in suam redegit potestatem, 378, 19. Oritis Eubœæ Philistidem tyrannum imposuit, 382, 41.
Philippus pater Antigoni ejus qui Antigoniam condidit, 638, 37.
Philippus rex, Demetrii f., cui Demetrius Pharius suadet ut Acrocorintho et Ithome potiretur, 310, 30. Cum Philippo contra Romanos steterunt Corinthii, 327, 17. Contra eum Romanis auxiliatus est Attalus I, 533, 33. Ad Cynoscephalas a F. Quinctio Flaminino victus est, 379, 32. Chalcidem ac Corinthum compedes Græciæ vocabat, 368, 7. Persei pater; Cium Prusiæ *dedit*, qui in evertenda ea socius fuerat, 482, 37.
Philippus, ὁ τὰ Καρικὰ γράψας, laudatur de lingua Carica, 565, 6.
Philistides, Φιλιστείδης, in Eubœa tyrannus, 382, 40 *sqq.*
Philo, Φίλων, architectus, armamentarium Munychiæ fecit, 339, 50.
Philonis vicus, Φίλωνος κώμη, Ægypti, Phacussæ vicinus, 684, 2.
Philochorus, Φιλόχορος, regionem circa Dodonam Hellopiam dictam esse refert, 272, 37. Laudatur de Tyrtæo, 311, 10; de Nisi ditionis terminis, 337, 12; de Cecrope et Theseo, 341, 25; de Harmate loco, 347, 20.
Philoctetes, Φιλοκτήτης. Ejus in Thessalia ditio, 375, § 16; quæ Magnesiæ assignatur, 371, 25. Phthiorum dux, 371, 9. Ob seditionem coortam Melibœa profugiens in Italia Peteliam, Crimissam et Chonem condidit, 211, 26. In Crotoniatin regionem venit, 226, 21.
Philodemus, Φιλόδημος, Epicureus Gadarensis, 646, 22.
Philogenes, Φιλογένης, Atheniensium dux, Erythras condidit, 541, 13.
Philologorum in Museo Alexandriæ collegium, 675, 1.
Philomela. V. Procne.
Philomelium, Φιλομήλιον, Phrygiæ Magnæ opp., 494, 11, in via qua Holmis Tyriæum itur, 565, 22.
Philonomus, Φιλόνομος, Doriensibus Laconiam prodidit, 313, 48; Amyclas accepit, 313, 10.
Philopœmen, Φιλοποίμην, usque ad ejus præturam fœdus Achaicum bene constitit, 331, 9.
Philosophi primi geographiam attigerunt, 1. Philosophorum apud Indos genera varia, montanorum, campestrium, Brachmanum, Garmanum, Pramnarum, eorumque vitæ ratio et doctrinæ ex Megasthene, Aristobulo, Onesicrito, Nearcho exponuntur, 606, § 58-71. Ἡ νῦν φιλοσοφία posterioribus demum temporibus in medium prodiit, 16, 25; minus in publicum utilis est quam poetica, 16; 27.

Digitized by Google

Philotas, Φιλώτας, Thebis colonos duxit Prienen, 541, 7; 543, 47.
Philotas, Parmenionis f., Alexandri equitatum per campum Aleium duxit, 576, 30; in Drangis ab Alexandro interfectus est, 616, 45.
Philotera, Φιλωτέρα, Ptolemæi II soror, 655, 9. Cf. Philotera urbs.
Philotera, Φιλωτέρα, urbs ad sinum Arabicum, Satyri opus, a sorore Ptolemæi II dicta, 655, 9.
Phineus, Φινεύς, ab Harpyiis raptus, 251, 22.
Phinopolis, Φινόπολις, Thraciæ urbs Pontica, 265, 29.
Phlegra, Φλέγρα, Φλεγραῖον πεδίον, campus Campaniæ, e quo Gigantes expulit Hercules, 233, 53; 202, 47. Cur id nomen Cumanæ regioni sit inditum, 204, 41.
Phlegra, Φλέγρα, priscum Pallenes nomen, 278, 44.
Phlegyæ, Φλεγύαι, priscum Gortyniorum nomen, 276, 21; 379, 48.
Phlegyas, Φλεγύας, Ixionis frater, a quo Phlegyarum nomen est Gortynii, 378, 48.
Phligadia, Φλιγαδία, Alpium mons Illyrico obversus, 172, 37; (*Manhart*, cui a septentrione adjacet *Flitschel* vicus prope *Tarvis*.)
Phlius, Φλιοῦς, Achaiæ urbs, 324, 38; ejus situs; Diæ sive Hebæ templum, 328, 35. Urbs fœderi Achaico se adjunxit, 331, 4. Phliusia regio olim Ἀραιθυρία, q. v.
Phocæa Φώκαια, Ioniæ urbs, 552, 27, ab Atheniensibus, Philogene duce, condita, 541, 13. Distantia a Smyrna, 566, 10. Phocææ Minervæ simulacrum, 514, 39. Urbs, ab Harpago capta; Phocæenses sub Creontiade in Corsicam et Massiliam appulerunt, indeque repulsi Eleam s. Veliam condiderunt, 210, 15; 150, 45; 210, 6. Massiliæ conditores, patriam relinquentes oraculo jubentur ducem navigationis a Diana Ephesia accipere; accipiunt Aristarchen, 148, 52. Phocæensium ultima versus occasum colonia est Mænaca in Hispania, 130, 8.
Phocarum insula, Φωκῶν νῆσος, in sinu Arabico (juxta *Ras Mohamed*), 661, 2.
Phocarum insula alia in australi parte sinus Arabici Æthiopiæ adjacet, 658, 25.
Phocenses, Φωκεῖς, sub Epeo duce Lagariam in Italia condiderunt, 219, 15. Bello sacro Delphicos thesauros diripuerunt, 156, 21. Templum Delphicum deprædati bello petuntur a Bœotis, 345, 52. Phocicum sive sacrum bellum, 361, 6. A Phocensibus Delphos separarunt Lacedæmonii, 363, 35.
Phocis, Φωκεῖς. Ejus situs, 357, § 1. Phocidis urbs Daulis quam Tereus possedit, 266, 50; Daphnus, 50, 36. (Cf. p. 321, 334, 379, 390, 401, 409, 416-425, 589 *ed. Cas.*)
Phocylides, Φωκυλίδης, laudatur, 418, 49.
Phœbia, Φοιβία, a Dionysio juniore dicta est Rhegii urbis pars ab ipso restaurata, 215, 15.
Phœnice, Φοινίκη, supra Buthrotum sita Epiri urbs, 269, 48.
Posidonius, Ποσειδώνιος, e Syria Apamensis, in Rhodo docuit et remp. gessit, 559, 38; 641, 17. In Rhodo prytanis munere functus est, 263, 9; amicus Pompeii, qui ad bellum piraticum proficiscens, disputanti Posidonio affuit. Vox Posidonii ad Pompeium; Pos. de rebus Pompeii scripsit, 422, 2; stoicus, ἀνὴρ τῶν καθ' ἡμᾶς φιλοσόφων πολυμαθέστατος, ex Apamea oriundus, 641, 17; philosophus et geographus, 1, § 1; vit ἀποδεικτικὸς καὶ φιλόσοφος, σχεδὸν δέ τι καὶ περὶ πρωτείων ἀγωνιζόμενος, 84, 18. Πολύ ἐστι τὸ αἰτιολογικὸν παρὰ αὐτῷ καὶ τὸ Ἀριστοτελίζον, ὅπερ ἐκκλίνουσιν οἱ ἡμέτεροι διὰ τὴν ἐπίκρυψιν τῶν αἰτιῶν, 85, 38. Posidonius libris de rebus physicis geographica passim inseruit, 285, 35. In opere de Oceano multa geographica tradit, partim proprie partim magis mathematice, 78, 4. Sæpius Polybii errores correxit, 399, 28. Totam terram ac mundum universum globi formam referre, σφαιροειδῆ εἶναι, tradit, 78, 10. Sub æquatore solis progressiones celeriores esse dicit, 80, 47. Terræ perimetrum esse dicit stadiorum 180,000 secundum eam recentiorum dimensionem, quæ minimam facit terram, 78, 40. Terræ habitatæ longitudinem circa 70,000 stadiis constare, dimidiumque esse totius in quo illa sumitur circuli (per Rhodum ducti), ita ut ab Iberia euro vento in Indiam navigari possit, 84, 33. Terram πεντάζωνον esse dicit, 78, 13; primum ejus divisionis auctorem fuisse Parmenidem, qui tamen zonam adustam nimis latam fecerit, 78, 16. Aristotelis quoque divisionem reprehendit, 78, 19. Quinque zonas ita distinguit, ut duæ sint περίσκιοι, inde a polis usque ad eos quibus tropicus est pro arctico circulo; duas ἑτεροσκίους, quæ usque ad tropicos pertinent; unam ἀμφίσκιον, inter tropicos sitam. Præterea autem quodammodo alias duas statuit perangustas, sub tropicis sitas, secundum quas per semissem mensis sol vertici incolarum immineat; peculiare has habere, quod siccæ admodum et arenosæ sint, nihil ferentes nisi silphium et frugem tritico similem, quam sol adurat; nullos ibi montes esse, ideoque nunquam pluere; ichthyophagos

Digitized by Google

ibi habitare; animalia quomodo ibi efformata sint. Qui magis meridiem versus sint, aerem melius temperatum, solumque fertilius habere, 79, § 3. Posidonius de periscliis, amphisciis, heterosciis, 112, § 43. Polybium reprehendit qui sub æquatore plagam editissimam esse et complui dixerat, quum humillima sit, 80, 49. Attamen alio loco ipse quoque Posidonius ait sub æquatore montes esse, ad quos utrinque a temperatis plagis nubes concurrant, 80, 2. Idem vero ait Oceanum in sese confluere; ubinam igitur montes istos ponit? inne insulis? 81, 7. Posidonius rationem qua continentes nunc distingui solent, primum reprehendit, ac mavult eas secundum zonas parallelas distribui, deinde vero quæ modo reprehenderat, ea approbat, disputatione usus confusa, 84, 37. Præsentem continentis divisionem bene habere demonstraturus, de differentia loquitur quæ inter Indiæ et Libyæ Æthiopes intercedat; quare etiam Homerum Æthiopes bifariam divisos dicere; qua data occasione de versu Homerico plura disseruit, 85, 3. Posidonius ait terram modo attolli, modo subsidere, mutarique terræ motibus et id genus aliis, 84, 20. Quæ de Atlantide insula deleta dicat Plato, fortasse non ficta esse censet, 84, 25. De fluxu et refluxu tum marium tum fretorum exposuit, 46, 8. Vehementiores oceani affluxus notos fuisse Homero censet, p. 3 *extr.* Oceani motum dicit imitari conversionem cœlestem, esseque æstum maris alium diurnum, alium menstruum, alium annuum, eosque ad lunæ rationes accommodari, 144, § 8. De eadem re Seleuci sententiam affert, 144, § 9. Posidonii de ventorum distinctione sententia, 24, 6. Ejus narratio de Eudoxo Cnidio Libyam circumnavigante; fidem rei habet perperam, præsertim quum ea quæ de Libya Neconis jussu et a mago quodam circumnavigata ferebantur, intestata esse ipse dixerit, 81, § 4, 5. Eudoxi navigatione demonstrari ait Oceanum orbi terrarum circumfusum esse; Strabo vero reprehendit Posidonium, qui istam historiam esse meram fabulam non sentierit, 82, § 5. Posidonius in loco a Gadibus 400 stadiis boream versus sito Canobum se spectasse putat, quem in Cnidia sua specula, in eodem cum Gadibus parallelo sita, observavit Eudoxus, 98, 45. Posidonius per 30 dies Gadibus commoratus est, 114, 44; refutat quæ de occasu solis in his regionibus Artemidorus tradiderat, 114, § 5. In mari inter Hispaniam et Italiam sito Eurum statis anni temporibus flare dicit. Ipsius Posidonii iter, 119, 24. Laudatur de Iberiæ metallis, 121, § 9; Demetrii Phalerei dictum adducit, 122, 1. De causa æstuum qui sunt ad Hispaniam, 126, 50. Bænin fl. e Cantabris fluere dicit, 127, 15. De causis migrationis Cimbricæ, 84, 30. De Odyssea urbe Hispaniæ, 130, 17. De tributo quod Marcellus e Celtiberia exegerit; ridet quod de numero urbium Celtiberiæ Polybius tradit, 135, 15. Posidonius solum æs Cyprium ait re Cadmiam et vitriolum et spodium; in Hispaniæ cornices non nigras deprehendi narrat; idem de equis Hispaniæ quædam tradit (plurimaque eorum quæ de Hispaniæ proventu Strabo habet, narrasse putandus est), 136, 1. De mulieribus Liguriæ, 137, 7. Posidonius in Liguria versans a Charmolao hospitio excipitur, 137, 8. Laudatur de Sardoi maris profunditate, 45, 5. Quænam sint Columnæ quæ vocantur Herculis, 141, 49. Sententiam Posidonii improbat Strabo, 142, 50. Posidonius Phœnicibus magnum ingenii acumen tribuit, 144, 6. Citatur de puteis in Herculis templo Gaditano, 143, 25; 144, 38. In eodem templo sub æstivum solstitium æstus marini rationes observavit, 145, 7, et circa ejusdem mensis novilunium in Ilipa urbe ad Bætin fluvium, 145, 11. De Iberi fl. exundationibus, 145, 26. De arboribus quibusdam, quæ Gadibus et ad Carthaginem novam nascuntur, 145, 31. De origine campi Lapidosi in Gallia Narbonensi, 151, 40; 152, 8. De thesauris, quos Tolosæ reperit Q. Servilius Cæpio, 156, 14. De isthmo qui Narbonense mare ab Oceano distinguit, 156, 39. De Gallorum more quodam, 164, 44. De Samnitarum insula ad ostia Ligeris, in qua mulieres Bacchum colunt orgiastice, 165, 4. De Timavo fluvio, 178, 54. De Liguriæ asperitate, 182, 6. De Siciliæ situ et dimensionibus, 221, 4 et 31. De Ætnæ eruptionibus, 223, 34. Syracusas et Erycem veluti arces duas Siciliæ esse ac mediam inter eas imminere Ennam ait, 227, 22. De iis quæ in mari inter Hieram et Euonymum insulam observata sunt, 230, 9. De Cimbris Boios aggredientibus tum alio alioque se convertentibus, 244, 7. Mysos Homeri (Il 13, 3) esse de gente Thracica intelligendos recte censet, 245, 38. De Mysorum indole, 246, 14; ad eos refert homericam vocem ἄδιοι, *ib.*; cf. 247, 26. Apud Hom. (Il. 13, 5) pro Μυσῶν legi vult Μοισῶν, 246, 28. De Palaci fratrum numero, 256, 38. De bitumine Nymphæi et similibus aliis, 263, 4. Isthmum a Ponto ad Caspium mare pertinentem, sicuti illum qui a Pelusio est ad mare Rubrum, 1500 stadiorum esse opinatur; nec multum ab his differre eum qui a Mæotide ad Oceanum sit, 421, 49; 682, 25. De terræ motu in Rhagiana regione, 441, 27, et in Syria, 48, 22. De Parthyæorum synedriis, 442, 15. De terra quadam argillacea Hispaniæ, 525, 37. De naphthæ fontibus Babyloniis, 633, 6. De Seleucide tetrapoli in 4 satrapias divisa, 638, 31. De serpente ingente, qui mortuus visus est in Macra, Syriæ campo, 643, § 7. De Mocho Sidonio philosopho, 644, 54. De bituminis (in Asphaltite lacu) colligendi modo, 650, § 43. De Erembis et Arimis Homeri, 667, § 27. Pro Ἐρεμβοὺς ap. Homerum legi vult Ἀραμβούς, ita ut Arabes sic dicantur, 667, 21. De Erembis Homericis, deque Armeniorum, Syrorum, Armeniorum, Assyriorum, Arianorum vel cognatione vel similitudine, 34, 39-35, 12. De auctoribus qui Nilum ex imbribus augeri tradiderint, 672, 10. Imbres ex Æthiopicis montibus decurrentes Nilum implere ait, 80, 54. De Libyæ fluviis, 704, 28. De simiis Mauretaniæ, 702, 7.

Potamia, Ποταμία, Paphlagoniæ regio, 481, 43.

Potamo, Ποτάμων, rhetor Mytilenæus, 528, 10.

Potamos, Ποταμός, Atticæ pagus, 342, 32.

Potentia, Ποτεντία, Piceni opp., 201, 4.

Potidæa, Ποτίδαια, Corinthiorum colonia, postea Cassandria dicta de Cassandro qui eversam restauravit, 278, 39. Ab Olyntho 70 stadia distat, 279, 7.

Potniæ, Πότνιαι, opp. prope Thebas; ad quod Glaucus Potniensis a Potniadibus equabus discerptus, 351, 21. De Potniis intelligi nonnulli volunt verba: οἵ θ' ὑπὸ Θήβας εἶχον (Il. 2, 505), 354, 11.

Practium, Πράκτιον, Troadis opp. in Asii ditione, 501, 18 et 46. Ab eo ad Adramyttium Troas pertinet sec. Charonem, 498, 51.

Practius, ὁ Πράκτιος, fluvius Troadis in Asii ditione inter Abydum et Lampsacum fluens; falso quidam nomen hoc apud Homerum de urbe intellexerunt, 505, 19.

Præneste, ἡ Πραίνεστος, 198, 22, urbs græcanica, olim Polystephanus dicta; situs urbis; Marius junior ibi obsessus periit; munitiones Prænestinis calamitatum causa, 199, 3. Per hanc regionem Veretis amnis labitur, 199, 19. A Gabiis 100 stad. distat, 198, 20. Distantiæ a Tibure et Roma, 199, 1. Præneste fanum et oraculum Fortunæ habet, 198, 53.

Prænestina via et Lavicana ab Esquilina porta incipiunt, 197, 36. In Prænestina via Gabii, 198, 19.

Digitized by Google

Prænestini in Casilino ab Hannibale obsessi, 207, 23.
Pramnæ, Πράμναι, philosophorum Indicorum genus, 611, § 70.
Prasia, Πρασία, Atticæ pagus, 342, 34.
Prasiæ, Πρασιαί (situs incertior, sec. Curtium 2, p. 306, foret *Palæocastrum* prope *Tyrus* vicum), Argivorum urbs ad sinum Argolicum, 316, 39. Prasienses, Πρασιεῖς, et postea pro iis Lacedæmonii ad amphictyoniam Calauriæ contribuebant, 321, 35.
Prasii, Πράσιοι, Indiæ gens, apud quos Palibothra urbs, 598, 37. Eorum reges præter proprium nomen de nomine urbis Palibothri vocantur, ut Sandrocottus, ad quem Megasthenes venit, 598, 40. In Prasiorum terra tigres validissimæ, 598, 54.
Prasus, Πρᾶσος, Cretæ opp., 411, 14; situs ejus, *ib.* Prasum deleverunt Hierapytnii, sitam inter Samonium et Chersonesum, 60 supra mare stadiis, 411, 22. Prasii Corybantes Solis filios et Minervæ dæmones esse ferunt, 405, 29. Jovis templum, 408, 34.
Prausi, Πραῦσοι, gens Gallica sedis incompertæ, de qua Brennus dux Prausius appellatur, 156, 1.
Praxander, Πράξανδρος, Lapathum Cypri condidit, 582, 13.
Praxiphanes, Πραξιφάνης, Rhodius, 559, 37.
Praxiteles, Πραξιτέλης, Amoris statuam fecit, quam dono dedit Glyceræ, 352, 27. Ejus opera plurima in templo Dianæ Ephesio, 547, 38.
Premnis, Πρῆμνις, Æthiopum opp. natura munitum, quod cepit Petronius, 696, 44.
Prepesinthus, Πρεπέσινθος, Cycladum una sec. Artemidorum, 417, 3.
Prettania. V. Britannia.
Priamon, Πριάμων, Dalmatarum urbs, 261, 52. (Πρωμών Appian., *Promona* T. P. rectius; nunc *Petrovacz* castellum in monte *Promina*.)
Priamus, Πρίαμος, e parvo rex magnus evasit, 510, 30; ex Altæ filia genuit Lycaonem et Polydorum, 500, 1. Democoontis pater, 501, 23. Phrygibus contra Amazones auxiliatur, 473, 20. Ejus divitiæ ex auri metallis prope Abydum in Astyris sitis, 580, 23.
Priapeiorum scriptor Euphronius, 328, 22.
Priapus, Πρίαπος, Bacchi et Nymphæ f., Orneis colitur (unde Orneatas vocatur, 328, 2), et Priapi, quæ urbs ab eo nomen habet; similis deus Atticorum Orthanæ, Conisalo, Tychoni; Hesiodus eum nondum novit, 503, 1; 284, 44.
Priapus, Πρίαπος, Troadis urbs, quando et a quibusnam condita, unde nomen habeat; vini ferax, 502, § 12; Cyzico vicina, 484, 8. Cf. 498, 45; 503, 17. Priapenorum ditio, 502, 29. In Priapeni agri et Cyziceni confiniis Harpagia locus, 502, 48. Agri magnam partem Attalici reges Parianis dederunt, 503, 33.
Priene, Πριήνη, Ioniæ urbs, 494, 49; 543, 43. Ab Æpyto Nelei f. condita; postea eodem Philotas Thebanos adduxit, 541, 7. Olim maritima urbs, nunc 40 a mari stadiis distans ob alluviones Mæandri, 495, 51. Priene nonnullis Cadme dicitur, quod Philotas Bœotius erat, 543, 47. Patria Biantis, 543, 48. Prienensi in agro Iones Neptuno Heliconis sacrificant; Prienensis juvenis rex sacrorum; etenim Prienenses ex Helice Achaiæ oriundi esse feruntur, 330, 15; 546, 15.
Prion, Πριών, mons ad Ephesum urbem (Cf. Lepra acte), 541, 34.
Privernum, Πρίβερνον, Latii opp., 198, 7 Privernates, 192, 35.
Probalinthus, Προβάλινθος, Atticæ pagus, 342, 36; pars tetrapolis Atticæ, 329, 13.
Prochyta, Προχύτη, ins. Miseno objacet, a Pithecussis avulsa, 206, 24; a continente abrupta, 214, 49; 50, 9. a Miseno prom. abrupta, 50, 9. Cf. 101. 35.
Procles, Προκλῆς, Eurypontis pater, 314, 30. Ab eo sextus Lycurgus, 413, 40. Cf. Eurysthenes. Samum colonis frequentavit, 541, 15.
Procles quidam Lerius, 418, 50.
Procnes et Philomelæ historia a nonnullis Daulidi, a Thucydide Megaris assignatur, 363, 12.
Proconnesus, Προκόννησος, Propontidis insula vetus et nova, cum urbe lapicidinisque celebribus, 503, § 16. Proconnesus ab ora Thraciæ, ubi Sacer mons, 120 stad. distat, 284, 16; marmor album habet, 284, 18. — Proconnesus urbs quando condita, 502, 52.
Proconnesius Aristeas poeta, 17, 45; 503, § 16.
Proerna, Πρόερνα, Phthiotidis opp., in Achillis ditione, 372, 37.
Prœti filiæ, Προιτίδες, 318, 12. Ubinam a Melampode lustratæ sint, 298, 15.
Prœtus, Προῖτος, Tirynthem Cyclopum opera munivit, 320, 37.
Profunditas marium varia. V. Maria.
Prometheus, Προμηθεύς, in Caucaso vinctus, 433, 43; 586, 52. Cf. v. Paropamisus.
Pronesus, Πρόνησος, olim Cephalleniæ opp., 391. 34.
Prophthasia, Προφθασία ἡ ἐν Δραγγῇ, ad Alexandria Ariana 1600 vel 1500 stad., ab Arachotis 4120 stadia distat sec. Eratosthenem, 441, 2; 616, 5.
Propontis, ἡ Προποντίς, 103, 9, ubinam incipiat, 265, 41. Ora ejus usque ad Abydum et Sestum porrigitur, 497, 20. Propontidem totam nonnulli Hellespontum vocant, alii eam ejus partem quæ est intra Perinthum, 284, 36. Propontidis introitus et initium Hellesponti post Eleuntem, 283, 51. Propontis a Troade ad Byzantium est, 1500 stad., ejusdemque fere latitudinis, 103, 43. Longitudo 1400, latitudo 500 stadiorum, sec. Demetrium Scepsium, 284, 31. Per Propontidem olim mare Ponticum erupit, 41, 35.
Proschium, Πρόσχιον, Ætoliæ urbs. Cf. Pylene, 387, 48.
Proserpina in pratis Hipponii flores legit, 213, 15; Minthen Plutonis pellicem perdidit, 295, 52. Ejus fanum ad Acherontem fluvium Triphyliæ, 296, 14. Proserpinæ solennia (Alexandriæ?), Κόρεια, ad quæ sub Evergete II legatum sacrorum misisse feruntur Cyziceni, 81, 20. Proserpinæ cultus in insula Britanniæ propinqua, 165, 30.
Prosopites nomus, Προσωπίτης νομός, Ægypti in Delta regione cum urbe Aphrodito poli, 682, 4.
Prosymna, Πρόσυμνα, Argolidis urbs, Junonis templum habet, 320, 46. (A Midea boream versus, inter hanc et Heræum alicubi sita fuit.)
Protarchus, Πρώταρχος, Bargyliensis, Epicureus, mag. Demetrii Laconis, 561, 53.
Prote, Πρωτη (*Proœano*), Messeniæ ins. cum oppidulo, 299, 46; 308, 44.
Protesilaeum, Πρωτεσιλάειον, in Eleunte Chersonesi Thracicæ, 283, 35, e regione Sigei, 509, 5.
Protesilai in Thessalia ditio, 373, § 14; quam Phthiæ adscribunt inde a Dolopia et Pindo usque ad mare Magneticum, 371, 26. Protesilaus ap. Hom. Phthios ducit, 371, 9.
Proteus, Πρωτεύς, 30, 54; 32, 18; pater Cabirûs, 406, 7.
Protogenes, Πρωτογένης, pictor; ejus opus Ialysus et Satyrus columnæ, cui perdix insistebat, adstans, 557, 14.
Proverbium de Temesæo heroe, 212, 41. Ἀληθέστερα τῶν ἐπὶ Σάγρᾳ, 217, 5. Proverbia duo de Crotone, 218, 20. Οὐκ ἂν ἐκγένοιτο αὐτοῖς ἡ Συρακουσίων δεκάτη, 224, 12. Pr. Τὸ ἐν Δωδώνῃ χαλκεῖον, unde habeat originem, 274, 11. Ἡ

Digitized by Google

Κερκυραίων μάστιξ, 274, 20. Ἐλευθέρα Κόρκυρα, χέζ' ὅπου θέλεις, 274, 48. Δάτον ἀγαθῶν et ἀγαθῶν ἀγαθίδες, 280, 4. Λέρνη κακῶν, 319, 16. Οἰνώνη τὴν χαράδραν, 323, 5. Μαλέας δὲ κάμψας ἐπιλάθου τῶν οἴκαδε, 324, 53. Οὐ παντὸς ἀνδρὸς ἐς Κόρινθον ἔσθ' ὁ πλοῦς, 325, 25. Οὐδὲν πρὸς Διόνυσον; de eo proverbio nonnullorum opinio, 327, 33. Κόρινθος ὀφρυᾷ τε καὶ κοιλαίνεται, 328, 18. Θρᾳκία παρεύρεσις, 345, 13. Ὁπόταν δι' Ἄρματος ἀστράψῃ, 347, 7. Εἰς Σκῶλον μήτ' αὐτὸς ἶναι, μήτ' ἄλλῳ ἕπεσθαι, 351, 10. Ὁ Κρὴς ἀγνοεῖ τὴν θάλατταν, 413, 27. Σίφνιος ἀστράγαλος, 416, 19. Πάνθ' ὑπὸ μίαν Μύκονον, 418, 25. Proverbialiter dicitur: εἰς Φᾶσιν, ἔνθα ναυσὶν ἔσχατος δρόμος, 427, 3. Ὅστις ἔργον οὐδὲν εἶχεν Ἀρμένην ἐτείχισεν, 467, 15. Χωρὶς τὰ Μυσῶν καὶ Φρυγῶν ὁρίσματα, 483, 17; 489, 50. Φέρει καὶ ὀρνίθων γάλα, 544, 46. Ἕκητι Συλοσῶντος εὐρυχωρίη, 545, 24. Τὸν Κολοφῶνα ἐπέθηκεν, 549, 20. Τοῦ δ' ἄρ' ὁ Κωρυκαῖος ἠκροάζετο, 550, 37. Proverbiales locutiones quædam, 30, 30.

Prusa, Προῦσα, Bithyniæ urbs Myrleæ vicina, 482, 40; ad Olympum Mysium, 483, 8; a Prusia Cyri temporibus condita, *ib.*

Prusias, Προυσιάς, Bithyniæ urbs, olim Cius, 482, 35. Prusienses Hylæ festum celebrant, 483, 2. Amici Romanorum, a quibus libertate donati sunt, 482, 5. Prusiensis est Asclepiades medicus, 485, 7.

Prusias, Προυσίας, bellum contra Crœsum gessit, Prusamque ad Olympum sitam condidit, 483, 10.

Prusias, Zelæ filius, Philippum Persei patrem in Cio et Myrlea delendis adjuvit, quas urbes restauravit et Cium Prusiadem, Myrleam vero ab uxore Apameam denominavit; 482, 38; Hannibalem excepit; Phrygiam Helles pontiacam Attalicis regibus dedit, 482, 43. Contra Prusiam Nicomedem f. excitavit Attalus II, 534, 4.

Psamathus (Ἀμαθοῦς codd.) ad sinum Laconicum (supra *Quaglia* portum), 312, 12.

Psammitichus, Ψαμμίτιχος, Ægypti rex, expeditionem longinquam suscepit, 51, 18. Fossam in mare Rubrum ducendam inchoasse a nonnullis traditur, 683, 37. Sub eo defecerunt quidam Ægyptii, qui insulam supra Meroen sitam (Tenessin regionem, 656, 11) occuparunt, ibique Sembritæ dicebantur, 668, 37. Regis sepulcrum in Mivervæ templo apud Saitas, 681, 29.

Psaphis, Ψαφὶς ἡ τῶν Ὠρωπίων, in Attica. Propinquum ei Amphiaraeum, 342, 42.

Psebo, Ψεβώ, Æthiopiæ lacus magnus supra Meroen; in eo insula est habitata, 698, 8.

Pselchis, Ψέλχις, Æthiopum oppidum, 696, 23, quod cepit Petronius, 696, 41.

Ψευδάργυρον, 521, 45.

Ψευδοκασία Æthiopiæ, 658, 51.

Pseudopenias, Ψευδοπενιὰς ἄκρα, prom. Libyæ in quo Berenice sita, 710, 6.

Pseudophilippus, Ψευδοφίλιππος, a Romanis debellatur, 282, 37. Contra eum Romanorum socius Attalus II,

Psillis, ὁ Ψίλλις, Bithyniæ fl., 465, 20.

Ψυγμοῦ λιμήν, regionis Cinnamomiferæ, 689, 6.

Psylli, Ψύλλοι, Libyca gens in regione Syrti Cyrenaicæ superjacente, finitimi Nasamonum, 711, 44; 108, 38; 692, 3; nihil damni ex serpentibus accipiunt, 692, 3.

Psyra, Ψύρα, insula ad Melænam Chii pr., 551, 10.

Psyttalia, Ψυτταλία, insula Atticæ, 339, 37.

Pteleasium. V. Pteleum Nestoris.

Pteleum, τὸ Πτελεὸν ὄρος, altus mons prope Ambracicum sinum, ad Corcyræum et Leucadicum mare pertingens, 274, 41.

Pteleum, Πτελεόν, Phthiotidis opp. maritimum in Protesilai ditione, 374, 21. Ejus colonia Pteleum in Triphylia, 300, 43. Ab Halo 100 stadia distat, 372, 10.

Pteleum, Πτελεόν, Triphyliæ oppidum colonia Ptelei Thessalici, in ditione Nestoris fuit; nunc locus silvestris et inhabitatus, quem vocant Pteleasium, 300, 42 (De situ loci non constat.)

Pteleus, Πτελεώς (?), lacus Troadis non procul a Dardano, 509, 35 (Aliunde non notus).

Pterelas, Πτερέλας, Deionei filius, a Cephalo amatus, 388, 43.

Ptolemæi, Ægypti reges, qui hoc nomen assumserunt ob primi Ptolemæi celebritatem, 428, 28. Series eorum, et historia paucis exponitur, 676, 26. Regionum meridionalium cognitionem auxerunt, 671, 39. Sub Ptolemæis perpauci ex Ægypto in Indiam mercaturæ causa navigare audebant, 97, 39. Ptolemaici reges fossam e Nilo in sinum Arabicum ductam perfecerunt, 683, 40; Cyrene et Cypro potiti sunt, 672, 37.

Ptolemæus I Lagi, 676, 26; de Gallorum ad Alexandrum legatione laudatur, 250, 38. In Gedrosia vulneratus sagitta venenata, quomodo servatus sit, 615, 24. Alexandri corpus Perdiccæ ereptum Alexandriæ sepelivit, 675, 8. Ejus frater Menelaus, 681, 1.

Ptolemæus II Philadelphus, 676, 27, philistor et propter corporis imbecillitatem semper novæ alicujus oblectationis materiam expetens, ad explorandam regionem australem complures emisit, 671, 40. Ejus soror et uxor Arsinoe, 495, 33. Ptolemæus Patara Lyciæ auxit et Arsinoen nominavit, 568, 22. De sorore sua Philoteram urbem nominavit; Satyrum ad Troglodyticam et elephantum venationes explorandas emisit, 655, 10. Eumedem ad venandos elephantos amandavit, 655, 51. Classis præfectum habuit Timosthenem, 361, 46. Viam qua Copto Berenicen itur, patefecit, 692, 22.

Ptolemæus III Evergetes, 676, 27.

Ptolemæus IV Philopator, ὁ τῆς Ἀγαθοκλείας, 676, 28; ad Rhaphiam cum Antiocho M. pugnavit, 646, 37. Gortynam, Cretæ urbem, muro circumdare aggressus, ad octo duntaxat stadia opus perduxit, 411, 2.

Ptolemæus V Epiphanes, 676, 28.

Ptolemæus VI Philometor, Ptolemæi VII frater, 676, 28, superato pugna Alexandro Bala ad Œnoparam Syriæ fluvium, ex vulnere obiit, 639, 48.

Ptolemæus VII Euergetes II, etiam Physcon cognominatus, 676, 30. Seditionibus vexatus sæpenumero plebem militibus objecit, 678, 13. Sub eo Eudoxus Cnidius in Ægyptum venit, 81, 21; quem rex in Indiam misit; reduci quidquid advexerat, ademit, 81, 34. Post mortem regis, uxor ejus Cleopatra regnum tenuit, 81, 41.

Ptolemæus VIII, ὁ Λάθουρος, 676, 31.

Ptolemæus IX Auletes, Cleopatræ pater; indoles ejus et regni historia adumbratur, 676, 36 *sqq.* Ei quotannis 12500 talenta pendebantur, 678, 33. A Gabinio in regnum reductus est, 478, 23. Filiorum Auletæ sors, 677, 11. Ptolemæus adventum Catonis Cyprum occupaturi prævenit morte sibi conscita, 583, § 6.

Ptolemæus ὁ Κόκκης καὶ Παρείσακτος ἐπικληθείς, e Syria Alexandriam profectus, aureum Alexandri loculum rapuit, 675, 20.

Ptolemæus, Juba et Antonii et Cleopatræ filia natus, patri nuper defuncto in regnum successit, 703, 34.

Ptolemæus Ceraunius Seleucum Nicatorem dolo necavit, 533, 17.

Ptolemæus, Mennæi f., in Syria Massyam et Ituræorum montana et Chalcidem urbem in potestate habuit, 641, 40.

Digitized by Google

Ptolemais, Πτολεμαϊκὴ πόλις, Thebaidis civitas omnium maxima, Memphi non minor, græco more institutam rempublicam habens. 690, 38.

Ptolemais, olim Barce dicta, urbs (et portus) Cyrenaicæ, 710, 21. Cf. Barce.

Ptolemais, Pamphyliæ opp., 578, 5.

Ptolemais, Phœniciæ opp. Ibi dies maxima 14 1/4 horarum 110, 48; i. q. Ace, 645, 13. Ptolemaenses prœlio vincuntur a Sarpedone duce, 645, 31.

Ptolemais Troglodytica. Sub Ptolemæo II ad elephantum venationem ab Eumede condita, 655, 51; 654, 29. Ibi dies longissima 13 horarum, sicut Meroë 110, 5; ab Heroum urbe 9000 stadia, a faucibus sinus Arabici 4500 st. distat, 654, 29.

Ptoum, Πτῶον ὄρος, Βοιωτίας mons triceps, sec. Pindarum; in eo oraculum, cui Tenerus præfuit, 354, 37; adjacet Tenericus campus, *ib.*

Puerorum institutioni cur fabulæ peraccommodæ sint, 16, 50 *sqq.* Puerorum educatio ap. Cretenses, 414, § 20; ap. Persas, 624, § 18.

Pulcher portus, Καλὸς λιμήν, ad sinum Cerciniten, 556, 10.

Pulmo marinus. Huic simile aliquid in tractu qui circa Thulen est, reperitur, referente Pythea, 86, 2.

Purpuræ ingentes, πορφύραι δεκαδάκτυλοι, in mari ad Cartejam, 120, 23. Purpura Tyria, 644; 30. Πορφυροβαφεῖα Zuchi, 708, 44.

Putei duo memorabiles in fano Herculis Gaditano, 143, 25. Puteorum fossionem Argis docuit Danaus, 19, 30. Puteus Syenæ, 694, 15.

Puteoli, Ποτίολοι, a puteis dicta est Campaniæ urbs, quæ antea vocabatur Dicæarchia, 204, 37. Alia nominis etymologia, *ib.* Cf. Dicæarchia.

Putris palus. V. Sapra palus.

Pydna, Πύδνα, Macedoniæ urbs, 277, 2. Πύδνα. Ad Pydnam prœlium, 277, 50.

Pydna a Methone 40 stadia distat, 277, 7 et 43; Pierica urbs, 275, 10.

Pydna a Peneo 120 (350 ?) stadiis, 280, 45. Nunc Citrum vocatur (quod est excerptoris additamentum), 277, 44.

Pygela, Πύγελα, Ioniæ opp., unde dictum sit; Dianæ Munychiæ templum habet, 546, 19. Ad Pygela inter Magnesiam, Ephesum et Prienen Amazônes (τοὺς Ἀμαζῶνας) habitasse nonnulli putarunt, 472, 17.

Pygmæi, Πυγμαῖοι, gens fabulosa, ap. Homerum et Hesiodum, 36, 3; 30, 54; 248, 35. Non sunt Æthiopica quædam gens peculiaris, 35, 31. Per totam oram Oceani meridionalis habitare censendi sunt, 29, 6 *sqq.*; a gruibus infestantur, *ib.* Pygmæorum fabulam Homericam renovarunt Indicôn scriptores, 58, 48. Pygmæos nemo fide dignus se vidisse dixit; pecorum canumque Æthiopicorum parvitas fortasse fingendis iis ansam dedit, 697, 27.

Pylæ, i. q. Thermopylæ, q. v.

Pylæ, αἱ Πύλαι, Ciliciæ et Syriæ terminus, 577, 8.

Pylæmenes, Πυλαιμένης, ex Henetis oriundus, Cappadocum dux in bello Trojano, 465, 45. Ejus posteris partem Paphlagoniæ mediterraneæ attribuit Pompeius, 463, 40.

Pylæum concilium, ἡ Πυλαία σύνοδος, Amphictyonum in Pylis sive Thermopylis, 360, 32.

Pylæus, Πύλαιος, Lesbiorum dux in bello Trojano, 530, 23; 531, 12.

Pylæus, Πύλαιον ὄρος, Lesbi ins., 531, 15.

Pylagoræ, Πυλαγόραι, legati quos singulæ civitates Amphictyonicæ ad annuos conventus mittebant, 360, 32; Cereri sacrificabant, 360, 46.

Pylaica (Peliaca?) panegyris Iolci, 375, 5.

Pylaicus sinus, Πυλαϊκὸς κόλπος, pars sinus Maliaci, 369, 29.

Pylene, Πυλήνη, Ætoliæ urbs Homero memorata; postea in superiora loca translata et Proschion denominata est, 387, 46. Nunc nonnisi rudera ejus exstant, 395, 35.

Pylon, Πυλών, locus qui in via Egnatia Macedoniam ab Illyrico distinguit, 268, 28. (Eo in loco Itin. Hieros. p. 608 habet : *Finis Macedoniæ et Epiri* inter *Brucidam* (*Brygiadem*) et *civitatem Cledum*. In quibus *Cledum* esse *Lychnidum* distantiarum notæ probant. Illud *civitas Cledo* ortum fuerit ex Πο. λυΧΝΙδος, quod abiit in πολις ΚΑΙδος).

Pylus, Πύλος, apud Homerum vocatur Triphylia, Pisatis et Cauconia, 289, 50; regio Nestori subdita, quam Alpheus permeat, 289, 11. Pylii sub Nestore 90 naves contra Trojam miserunt, Elei nonnisi 40, p. 304, 46. Pylii Triphyliæ cum Arcadibus de Chaa urbe certarunt, 299, 16. Loca Pyliæ regioni sive Nestoreæ ap. Homerum attributa cur Arcadica esse pleraque videantur, 360, 50. Pyliis cum Messeniis cognatio quædam intercedit; multi eorum cum Melantho Athenas et hinc postea in Ioniam profecti sunt, 540, 32. Pyliorum cum Nestore ab Ilio redeuntium colonia est Metapontum, 219, 50.

Pylus urbs. Tres sunt in Peloponneso Pyli urbes; unamquamque earum pro Nestoris patria et Pylo Emathoente Homeri accolæ venditant. Versus : ἔστι Πύλος πρὸ Πύλοιο. Πύλος γε μέν ἐστι καὶ ἄλλος, 291, 41.

Pylus Lepreaticus in Triphylia et Pisatide, 291, 45; in regione quam Alpheus perfluit, 291, 38. Hæc urbs, si Homeri carmina presse sequaris, Nestori assignanda est. Pylum Triphyliacum sive Lepreaticum sive Arcadicum, Nestoris urbem esse, non vero Pylum Messeniæ aut Elidis Cavæ, ex Homeri carminibus demonstratur, 301, § 26 *sqq.* Pylum, Νηλῆος ἐυκτίμενον πτολίεθρον, præter, labitur fluvius aliis Pamisus, aliis Amathus dictus, a quo Πύλος Ἠμαθόεις dici videtur, 289, 15; 298, 18; 295, 40; *sabulosus* fluvius vel ager ibi non est; 295, 40; fortasse tamen inde ἠμαθόεις vocatur quod litus a Samico ad Nedam fl. pertinens arenæ cumulos habet, 296, 6. Triginta fere stadia a mari distat, 295, 38; Pylus et Lepreon quadringenta stadia distant a Pylo Messeniæ, 299, 6. Unde Triphyliacus et Arcadicus Pylus dicatur, 289, 48. Pylum Nelei et Nestoris Hercules vastavit; deinde Epei Pylios bello aggressi sunt, 302, 15. Pylo vicinus est Minthes mons, 295, 5; in propinquo etiam sunt Hypanæ et Tympaneæ et fluvii Dalion et Acheron, 296, 8. Pylus Triphyliæ a Lacedæmoniis cum Lepreo in unam civitatem conflatus est, 305, 39. (Situs hujus Pyli incertus est. Urbs cum Lepreo componitur p. 299, 6. Itaque non longe ab eo boream versus prope *Piskini* fuisse hanc urbem conjiciunt Boblaye, Kiepert, Curtius. Sed magis etiam boream versus non longe a Samico poneada esse videtur. Nam a Pylo Messeniaco ad Pylum Strabo 400 stadia numerat, quæ pertinent usque ad Samicum. Eademque stadia 400 memorat p. 302, 4, ubi pertinere ea dicit usque ad Pylum et *Samicum*. Præterea a borea meridiem versus procedens, loca hoc ordine recenset : Pheam Chalcidem, Crunos, Pylum et Samicum. Porro inter Pylum Triphyliæ et P. Messeniæ sita esse in ora dicit templum Herculis Macistii et Acidontem. Quæ omnia eo faciunt, ut Samico Pylum proximam fuisse et uno illo loco ubi cum Lepreo Pylus componitur, minus accurate auctorem locutum esse putemus. Quodsi igitur Pylus ad Mamaum sita erat, quem quidem fluvium inter eos qui in mare exeunt, Strabo non memorat, Mamaus ille fluviolus fuerit, qui supra *Kaiffa* paludem in Anigrum incidit. In tabula Pyli no-

Digitized by Google

men posui ubi in gallica Peloponnesi mappa notatur *Xerochori* locus.)

Pylus Messeniæ a plerisque recentiorum Nestori, quem Messenium faciunt, haud recte assignatur, 291, 49. Antiqua urbs sub Ægaleo monte sita erat; qua diruta, Pylii sub Coryphasio prom. sedes posuerunt, 308, 38; 291, 46. Adjacet Sphagia s. Sphacteria insula, 308, 45. Distat a Pylo Triphyliæ et Lepreo 400 stadia, a Alpheo 750, a Chelonata 1030 stadia, 299, 7; a Sparta 400 stadia, 309, 1. Navalis Messeniorum statio, 308, 52. Pylus fuit una de quinque Messeniæ civitatibus quas Cresphontes constituit, 310, 20. Pylus ab Atheniensibus occupatur, 308, 41.

Pylus Elidis ad Scollim montem inter Selleentem et Peneum fl., 291, 36. Hanc Nestori vindicant Cavæ Elidis incolæ, etiam indicia quædam monstrantes, 292, 4. (Sita urbs fuerit ap. *Agrapidochori*, ubi Ladon in Peneum influit.)

Pyræchmes, Πυραίχμης, Ætolus. Ejus contra Degmenum Epeum certamen singulare, 307, 17.

Pyræthi, Πύραιθοι, apud Cappadoces magi vocantur, 624, 9.

Πυραιθεῖα Cappadociæ, 624, 12.

Pyramides ad Memphim describuntur, 685,44; 686, § 33 et 34.

Pyramus, Πύραμος, Ciliciæ fl., e Cataonia labens; propinqua ei Mallus et Magarsa, 576, § 16. De ejus cursu et alluvionibus. Oraculum de hoc fluvio, 459, § 4; 414, 13. A Pyramo ad Solos 500 stadia, 576, 15. A Pyramo ad Clides Cyprias, 581, 46.

Pyrasus, Πύρασος, Phthiotidis opp. in Protesilai ditione, prope quod Demetrium s. Cereris fanum; superjacent urbi Thebæ Phthiotides, 374, 5 et 22.

Pyrene, Πυρήνη, mons Rheno parallelus, 146, 36; in Gallia eam accolunt Aquitani et Celtæ, 146, 31. Pyrenæ ad rectum angulum adjacet Cemmenus mons, 106, 5. 147, 3. Pyrene et Rheni cursus lineas parallelas describunt, 104, 48. Pyrenes prom. ad Oceanum, 99, 14. Ei objacent Britanniæ partes occiduæ, *ib.* Pyrene Hispaniæ latus orientale abscindit, 105, 37, Galliamque ab Hispania dirimit, 43, 27; a Pyrene ad occiduum latus Hispaniæ via recta 6000 stad., 88, 15. Pyrene a Columnis 4000 stadia, juxta oram supra 6000 stadia distat, 129, 37; 6000 st. sec. Erat., fere 8000 st. sec. Polyb., 88, 9. Ab eo monte fontes Tagi plus mille stadiis absunt, 88, 21. E Pyrene fluunt Ruscino et Ilibirris fl., 151, 7. Ad eam usque Aquitani pertinent, 157, 33. Parallelus Pyrenæ fluit Iberus fl., 132, 17; parallelus etiam est Idubeda mons, 133, 40. In extrema Pyrene sunt Pompeii tropæa, τὰ ἀναθήματα τοῦ Πομπηίου, 132, 21; ad quæ sunt 1600 stadia ab Ibero fl., 129, 46. Pyrenes Hispanicum latus silvosum, Gallicum nudum; in media convalles sunt habitabiles, quas majorem partem tenent Cerretani Hispani, 134, 24. Pyrenes accolæ Vascones, 129, 8. Sub Pyrenen in Gallia auri metalla, 121, 9.

Pyrenææ Veneris templum, Πυρηναίας Ἀφροδίτης ἱερὸν, τὸ Ἀφροδίσιον (in *Cap Creuz*), 148, 19; 150, 45; 151, 6. a Varo distat 273 mill. p. aut 2600 stad., 148, 29.

Pyrgi, Πύργοι, Etruriæ opp. maritimum, a Graviscis 180 stadia distans, Cæretanorum navale, a Cære urbe 30 stadia dissitum; Lucinæ fanum habuit a Dionysio destructum, 188, 3; 188, 10; ab Ostia distat 260 stadia, 188, 15.

Pyrgi, Πύργοι, in Triphyliæ ora opp., 299, 26. (Ruinæ non longe a Nedæ fl. ostio dissitæ).

Pyriphlegethon, Πυριφλεγέθων, Italiæ fl., 21, 35, ad Avernum lacum, 11, 6.

Pyrrha, Πύρρα, Deucalionis uxor. Ejus sepulcrum in Cyno oppido, 365, 12. Ab ea Thessalia olim Pyrrhæa vocata, 381, 12.

Pyrrha, Ioniæ opp., ab Heraclea sub Latmo 100 stadia distat, 543, 23; a Mileto 30 stad., *ib.*; a Mæandri ostiis 50 st., 543, 30.

Pyrrha, Lesbi urbs; ejus situs, 527, 33. Nunc eversa; habitatur adhuc suburbium; portum habet, a quo 80 stadiorum in Mytilenen transitus, 528, 22. — Pyrrhæorum euripus in Lesbo, 557, 32.

Pyrrha, Πύρρα, pristinum nomen Melitææ in Thessalia, 370, 50.

Pyrrha, Πύρρα, prom. Phthiotidis, et prope id Pyrrha insula, 574, 23.

Pyrrha, pr. ad Adramyttenum sinum; in eo Veneris templum, 519, 4 et 15.

Pyrrhæa, Πυρραία, priscum Thessaliæ nomen, 381, 12.

Pyrrhichus, Πύρριχος, saltationis armatæ, τῆς πυρρίχης, inventor, 401, 23; 413, 3.

Pyrrhon, Πύρρων, Eleaticus philosophus, 337, 50.

Pyrrhus, Neoptolemi f., Achillis nepos, Molossis imperavit, 271, 33.

Pyrrhus Epirota Ambraciam regiam sibi constituit, 270, 23. Ejus in Italiam expeditio, 330, 1. Tarentinis dux in bello contra Romanos, 233, 14; a Romanis debellatus, 238, 84. Ante muros Argorum quomodo occisus sit, 323, 51.

Pythagoras, Πυθαγόρας, Samius, Polycratis tyrannidem fugiens in Ægyptum et Babyloniam, deinde in Italiam abiit, 545, 11. Ejus famulus Zamolxis Geta, 247, 29. Cf. 649, 7.

Pythagoreorum philosophia floruit Tarenti, ubi Archytas per longum tempus urbi præfuit, 233, 4. Multi eorum fuerunt Crotoniatæ, inter eosque etiam Milo athleta, 213, 27. Contra eos in Italia seditio, 329, 47. Pythagorei philosophiæ imposuerunt nomen musicæ mundumque secundum harmoniam constare tradiderunt, 401, 51. Musicam morum magistram et formatricem dicunt, 13, 6:

Πυθαγγέλου κυνήγιον ἐλεφάντων ad sinum Arabicum, 658, 28. Ejusdem portus in thurifera regione, 658, 51.

Pytheas, Πυθέας, narrat totam se Britanniam peragrasse; ambitum insulæ esse stadiorum 40,000, 85, 45; deinde exponit de Thule et vicinis locis, ubi neque terra sit neque aer, quæ proprie vocantur, sed quippiam ex his concretum, pulmonis marini simile, neque navibus neque pedibus accessum; istam colluviem se vidisse, cetera auditu accepisse, 86, 1. Inde reversum quidquid Europæ regionum est ad Oceanum se peragrasse a Gadibus ad Tanain usque, 86, 9. Pytheas de locis ad occasum et boream juxta oceanum vergentibus multos decepit, 131, 9. Ejus narrationem non credidit Dicæarchus, 86, 54. Eratosthenes quamquam dubitans an fides habenda sit, tamen admisit quæ de Britannia, Gadibus et Hispania a Pythea produntur, 86, 14. Secundum Polybium præstat Euhemero credere quam Pytheæ, 86, 17. Pytheas, utpote privatus homo et pauper, tanta itinera suscipere non potuit, judice Polybio, 86, 12. Nihil eorum, quæ de Britannia Pytheas narraverat, noverunt Massilienses et Corbilonenses a Polybio interrogati, 158, 4. Pytheas de ora Oceani mendacia protulit, auctoritatem iis adstruere studens ex rerum cœlestium et mathematicarum scientia, 245, 17. Pytheæ mendacia, 84, 15. Pytheas de situ Massiliæ urbis, 59, 47; cujus latitudinem gnomone definivit; quo testimonio usus Hipparchus Massiliam et Byzantium in eodem parallelo esse putavit, 94, 52. At Pytheam Massiliam multo magis quam debebat boream versus posuisse facile demonstratur, 95, 5. De Iberia nonnulla tradit, quæ repetivit Eratosthenes et refutavit Artemidorus, 123, 20. Pytheas Osismios vocat Ostimios, 162, 27; promontorium eorum regionis nimis longe in mare producit, *ib.* De Ostimiis et quæ trans Rhenum sunt locis omnia falsa perhibuit, 53, 1. Uxisamen insu-

Digitized by Google

lam Celticam, inter eas quæ e regione Cabæi pr. jacent, ultimam, distare ab eo dicit navigationem tridui; fidem habuit Eratosthenes, non item Strabo, 53, 46. Pytheas de Britannia, 62, 50. Thulen a Britannia insula ait sex dierum navigatione abesse, 52, 27. Homo mendax, Thulen insulam, alii nomini memoratam, finxit. Idem Britanniam supra 20000 stadia longam esse, et Cantium pr. a Celtica abesse aliquot dierum navigatione prodit inepte, 52, 38. Pytheam de Thule mendacia proferre colligitur ex eo quod vel de locis cognitis mentitus est, 167, 34; tamen de cœlestibus tradit quæ in plagam frigidam bene cedant, 167, 40. In Thule insula tropicum æstivum circuli arctici vicem gerere ait, ibique ultima esse habitatæ terræ tradit, negante Strabone, 94, 39.

Pythia pompa, ἡ Πυθιάς, certa via Athenis Delphos mittitur, 362, 33.

Pythia, τὰ Πύθια, certamina Delphica, quando instituta sint, 351, 41.

Pythia vates unde dicta, 359, 54. Prima Pythia Phemonoe, 359, 53.

Pythium, Πύθιον, Atticæ pagus; inter eum et Olympium ἡ ἐσχάρα Διὸς ἀστραπαίου, 347, 73. Usque ad Pythium inde ab Isthmo pertinuit Nisi ditio sec. Philochorum, 337, 13.

Pythius nomus, Πυθικὸς νόμος; ejus inventor, partes quinque, argumentum, 361, 43.

Pytho, Πυθώ, Phocidis locus, quem Apollo accepit a Neptuno, contra dans Tænarum, 321, 28.

Pytho, Πύθων, cognomento Draco, sævus tyrannus ab Apolline, juvantibus Parnassiis, occiditur, 362, 37.

Pythodoris, Πυθοδωρίς, quæ in Ponto regnat, filia Pythodori, uxor Polemonis, cui in regno successit; ex eo mater duorum filiorum et filiæ; dein Archelao nupsit; nunc vidua, Tibarenos et Chaldæos usque ad Colchidem et Pharnaciam et Trapezuntem sub se habet. De liberis ejus notitia, 476, § 29; 428, 6; 554, 19. Possidet Phanaræam et Zelitidem et Megalopolitidem, 477, 4; 479, 5. Cabira vocavit Sebasten Augustam, eoque loco pro regia utitur, 477, 8.

Pythodorus, Πυθόδωρος, Nysæ natus, Trallibus Ἀσιάρχης, Pompeii amicus, vir ditissimus, pater Pythodoridis, 554, 12; 476, 9.

Pytholai prom., Πυθολάου ἀκρωτήριον, in Æthiopiæ ora; in propinquo sunt lacus duo, alter dulcis, alter salsæ aquæ, 658, 39.

Pytholai columna vel ara extra fauces sinus Arabici, 659, 15.

Pytna, Πύτνα, Cretæ mons, a quo Hierapytna urbs dicta, 405, 51.

Pytna, Idæ Troici collis, 405, 51.

Pyxûs. V. Buxentum.

Q.

Quadi, Κοάδουοι, Suevica Germaniæ gens in silva Hercynia; apud quos est etiam Buiæmon, Marcomanni regia, 241, 23.

Quercus in Iberia nec non in mari proximo nascitur, cujus glande thynni vescuntur, 120, 33. Cf. Glans.

Quinda, τὰ Κύινδα, Ciliciæ cast. supra Anchialen; gazophylacium Macedonum; thesauros ex eo abstulit Eumenes, 573, 40.

Quintilius Varus apud Cheruscos interneciva clade affectus periit, 242, 21.

Quirinalis Romæ collis, ὁ Κουιρῖνος λόφος, 195, 16, a Fabio munitus, *ib.*

Quirites; unde sic Romani dicantur, 190, 11. V. Cures.

R.

Ramis, Ῥαμίς, Ucromiri Chattorum ducis filia, uxor Sesithaci Cherusci, cum marito in Germanici triumpho ducta est, 242, 31.

Ravenna, Ῥαούεννα, 175, 21; 180, 31; ab Arimino 300 stadia distat, 189, 25; a Placentia duarum dierum noctiumque navigatione, 181, 5. Urbs in paludibus sita, ligneis constans ædificiis, 177, 54.; æstus affluxum recipit; aerem habet persalubrem; gladiatores ibi alebantur, 178, 2. A Thessalis condita fertur, qui a Tyrrhenis infestati domum redierint, urbemque Umbris reliquerint 178, 22. Ad Ravennam usque Umbria protenditur, quum ab Umbris ea urbs incolatur, 188, 22 et 31; 180, 37. Ravenna colonos Romanos accepit, 180, 37. Ravennæ vitis non ultra quinquennium durat, 178, 12. Ravennæ oppidum Butrium, 178, 15.

Reate, Ῥεάτε, Sabinorum opp., 190, 7. Reatini muli præstantes, 190, 20.

Reges pridem creabantur qui utile aliquid primi reperissent, 19, 30. Regum successio ap. Arabes, 666, 8. Reges Æthiopum fere clausi domi sedent; ut dii coluntur, 697, 36.

Regis villa, Ῥηγισούλλα, in Etruriæ ora locus, inter Cossas et Graviscos, 188, 5; regia Malei Pelasgi, qui inde Athenas migravit, *ib.*

Regium, Ῥήγιον, inter Transpadanæ Italiæ oppida una cum Mantua et Brixia recensetur. [Aut Βέργαμον legendum, aut parum recte h. l. Strabo memoravit Rhegium Lepidum (*Reggio*)], 177, 29.

Regium Lepidum, Ῥήγιον Λέπιδον (*Reggio*), urbs Galliæ Cispadanæ, 180, 33.

Remi et Romuli historia, 191, 20.

Remi, Ῥῆμοι, Galliæ pop., quorum caput Duricortora (*Reims*), 162, 4. Remi et Senones a Treviris et Nerviis versus occasum habitant, 161, 37.

Resina in Alpibus, 172, 20.

Rhacotis, Ῥακῶτις, nunc pars Alexandriæ urbis, olim vicus custodum, qui peregrinos in Ægyptum appellentes arcerent, 673, 47.

Rhadamanthys, Ῥαδάμανθυς, vir justissimus, fratri Minois cognominis, primus ad mansuetam vitam Cretenses adduxit; quem postea imitatus est Minos, 409, 23.

Rhadamanthys, frater Minois, 124, 43, et sæpius (*p.* 3, 423, 476, 573, *ed. Cas.*).

Rhadina, Ῥαδινή, a tyranno Corinthi interfecta. Ejus historiam carmine cecinit Stesichorus, 298, 51.

Rhæti, Ῥαιτοί, usque ad Italiam pertinent supra Veronam et Comum, 171, 38. Supra Comum versus orientem habitant, 170, 13. Item usque ad loca per quæ Rhenus fertur, 171, 42; 243, 9; usque ad Alpium summa assurgunt et versus Italiam vergunt, Insubres attingentes, 243, 11. Lacum attingunt, in quem Rhenus diffunditur, partim in Alpibus partim supra Alpes habitantes, 160, 26. Helvetiorum et Boiorum contermini, 171, 35. Rhæticæ gentes Lepontii et Camuni, 171, 43. Rhætorum petulantissimi Rucantii et Cotuantii, 171, 50. Per Rhætos Alpium transitus, 174, 8. Vinum Rhæticum, 171, 39. Rhæti Comum afflixerunt, 177, 31. Cf. 260, 22.

Rhagæ, Ῥάγαι, Mediæ urbs, unde nomen habeat, 50, 13; 441, 25; Nicatoris opus, qui urbem Europum appellavit; Parthi Arsaciam vocarunt; a portis Caspiis 500 stadiis distat, 450, 4; 441, 22. Rhagis propinquæ urbes Apamea et Heraclea, 441, 21.

Rhambæi, Ῥαμβαῖοι, Nomades inter Apamenen et Euphratem habitantes, quorum rex fuit Alchædamus, Bassi socius, 641, 13. (Nomen aliunde non notum, quantum

Digitized by Google

sciam. Fortasse Rhambæi in eo erant tractu ubi Tab. Peut. *Oruba* locum habet.)

Rhamnus, Ῥαμνοῦς, Atticæ opp., ubi Nemesis templum et simulacrum celebre, 340, 36; 342, 41.

Rhammanitæ, Ῥαμμανῖται, Arabes, quorum urbs Marsiaba, et rex Ilasarus tempore expeditionis Ælii Galli, 665, 23.

Rhaphia, Ῥαφία, Judææ urbs, ad quam Ptolemæus IV cum Antiocho M. pugnavit, 646, 37.

ῥαψῳδία; vocis origo, 15, 14.

Rhathenus, Ῥαθηνός, Demetrii Amiseni mathematici pater, 469, 41.

Rhatotes, Ῥατώτης, Paphlagoniæ vocabulum in Cappadocia obvium, 473, 43.

Rhauraris. V. Arauris.

Rhea, Ῥέα, apud Berecyntes et omnes Phryges et Troes Idæ accolas orgiis celebratur; vocatur ibi Μήτηρ θεῶν, Ἄγδιστις, Φρυγία, θεὰ μεγάλη, Ἰδαία, Δινδυμήνη, Σιπυλήνη, Πεσσινουντίς, Κυβέλη; ministri ejus Curetes sive Corybantes, 402, § 12. Κυβέλη et Κυβήβη, 404, 7. Rhea Jovem infantem Curetum adjumento tutans, sec. fabulam Creticam, 402, 27. Ei a Titanibus famuli armati dantur Corybantes, 405, 21. Rhea Telchines Rhodios in Cretam auxilio adscivit, ubi Curetes dicti sunt, 405, 25. E Phrygia in Cretam Curetes adscivit, 405, 24. Ejus quodammodo filius Sabazius, 404, 8. Rheæ et Bacchi res poetæ passim confundunt, 403, 11.

Rhea Silvia, Ῥέα Σιλουία, Romuli Remique mater. Ejus historia, 191, 23.

Rhecas, Ῥέκας, et Amphistratus, Dioscurorum ἡνίοχοι, a quibus Pontica Heniochorum gens dicta, 425, 28.

Rhegium, Ῥήγιον, Italiæ urbs, 211, 5; a Locris 600 stadiis, 215, 40; a Messana distantia, 222, 41. Urbis origines, 213, § 6. Duces Rheginorum usque ad Anaxilaum semper Messenii genere fuerunt, 214, 20. Siculi et Morgetes olim Rheginam regionem tenuerunt, 214, 23. Rheginorum potentia, 214, 26. De nominis etymologia sententia duplex, 214, 30. Urbs a Dionysio seniore cur sit solo æquata; a Dionysio juniore restaurata et Phœbia dicta, 215, 13; Campanorum præsidio et terræ motu paullo ante bellum Marsicum graviter affecta, 215, 17; Augustus Cæsar coloniam ei ex classe sua largitus est, 215, 19. A Rhegio ad Leucopetram 50 stadia, 215, 22. Rheginus ager Halece fluvio a Locrensi dividitur. In eo mutæ cicadæ. De Aristone Rhegino citharœdo narratio, 216, § 9. A Rhegina regione Sicilia abrupta censetur, 50, 10. Rhegini columellam in freto posuerunt, in turriculi speciem, cui e regione erat turris Pelori, 142, 3. Messanæ proxima est columna, 222, 42. Exstat ἡ τῶν Ῥηγίνων στυλὶς et Posidium ad summas freti Siculi angustias, 213, 47. Cf. 176, 22. Rhegini agri Leucopetra, 176, 22 Rhegini et Locrenses Crotoniatas ad Sagram fl. vicerunt, 217, 2. Rheginorum tyrannus Anaxilaus, 213, 37.

Rhegma, Ῥῆγμα, Ciliciæ locus ad Cydni ostia, 574, 4.

Rhenea, Ῥήνεια, prope Delum insula deserta; ibi Deliorum sepulcra, 417, 34.

Rhenus, Ῥῆνος, oritur in Adula monte (*S.-Gothard*), 160, 20; 170, 9; 177, 42. Rheni fontes et lacus per quem transit, non longe absunt ab Hercynia silva, 242, 49. Rhenus, Galliæ terminus orientalis, 105, 47; 146, 36; 147, 3. Ei parallelos fluunt Sequana, 159, 49, et Albis, 211, 11, ab eo distans 3000 stadia, 242. 41. Rheni cursus cum Pyrene monte lineam parallelam facit, 105, 48; 146, 36. Ostia objecta sunt Cantio, quod ab iis conspici potest, 52, 47. Rhenus in magnas paludes magnumque lacum diffunditur, 160, 25. Cursus longitudinem 6000 stadiorum Asinius prodit perperam; linea recta 3000 stadia non multum excedit; flexus fluvii alia mille stadia absumpserint, 160, 30. Celer defluit, pontibus jungitur difficulter, 160, 31. Ostia secundum Asinium duo, sec. alios plura. Flexibus suis non tantum regionis quam Sequana includit, 160, 36. A meridie versus septentrionem fluit, ut Sequana; ostia Rheni quam illa Sequanæ sunt Britanniæ viciniora; Cantium pr. ab iis conspici potest, 160, 37. Ostia a Pyrenæorum promontorio occidentali 3400 stadia distant; longissimum inter Pyrenen et Rhenum spatium 5000 stadiorum. Videtur enim Rhenus paullatim versus occasum deflectere, 165, 49; 166, 5. Ad Rhenum primi omnium habitant Helvetii, apud quos sunt fontes fluvii, 160, 18. Rhenum inter et Ararem Sequani, 159, 49. Rhenum accolunt Treviri (apud quos pontem fecerunt Romani), 161, 22, et Ubii, 161, 24. Rheno vicini sunt Sugambri, 242, 14. Inter Rhenum et Salam Drusus Germanicus obiit, 242, 2. Rheni lacus (*lac de Constance*) ambitus; insulam habet (*île de Reichenau*), quo Tiberius receptaculo usus est, 242, 51.

Rhesus, Ῥῆσος, rex Thracum, 505, 36; rex Edonorum, qui erant ultra Strymonem, 280, 54.

Rhesus, Troadis fl. 505, 35, ab Homero memoratus, 475, 5; ab Ida defluens, 499, 25; nunc Rhœtes vocatur, nisi forte Rhesus is est qui in Granicum exit, 515, 51. (Rhesus quatenus cum Rhœte componitur, fluviolus est qui a Rhœtei regione versus Scamandrum defluit, sed proprio ostio in mare exit, quindecim fere stadiis ab ostiis Scamandri. Qui vero Rhesum in Granicum influere dicebant, quemnam potissimum fluvium intelligi voluerint, certius dicere non habeo; Kiepertus Rhesi nomen adscripsit hodierno *Karatli Tchai*, qui maximus est fluviorum ab occasu in Granicum exeuntium. Quod quominus credam, impedit schol. Iliad. 12, 20, ubi hæc: ῥεῖ δὲ (sc. Rhesus) πρὸς ἄρκτον ἀπὸ Καλῆς πεύκης, ἥτις ἀπέχει ἀπὸ Ἀδραμυττίου σταδίους ρπ' (eundem numerum Strabo quoque habet). In his Rhesum cum alio fluvio confundi perperam putabam in Add. ad Geogr. Min. I, p. CXXXVII; aperte enim scholiasta eum Rhesum indicat, quem in Granicum exire Strabo dicit. Ac reapse 180 stadiorum mensura ad initia complurium fluviorum pertinet, qui a meridie in Granicum ingrediuntur.)

Rhetia, Ῥητία, Apollini peperit novem Corybantes, 406, 6.

Rhiginia, Ῥιγινία, posteriore ætate vocabatur Thraciæ fluvius, qui antea dicebatur Erginus (sic Apoll. Rhod., Mela et Plin.; Erigon codd. Strabon.), 282, 52. (Hod. *Erkene* audit.)

Rhinocolura seu Rhinocorura, Ῥινοκόλουρα, Ῥινοκόρουρα, Phœniciæ opp.; quo merces e Petra transportari solent, 664, 46; 631, 19; unde nomen habeat, 646, 39.

Rhinocerotes Æthiopiæ describuntur, 659, 19.

Rhipæi montes, Ῥιπαῖα ὄρη, a vett. scriptt. finguntur, 248, 36; 245, 15.

Rhipe, Ῥίπη, Arcadiæ opp. ab Homero memoratum, 333, 46.

Rhium, Ῥίον, Messeniæ opp. (et regio) ad sinum Thuriaten, e regione Tænari, 309, 44; una de quinque Messeniæ civitatibus, quas Cresphontes constituit, 310, 20. (Oppidum fuit non longe a *Koron*, nisi hæc ipsa, in promontorio longe porrecto posita, *Rhium* dicta est antequam Asine vocaretur.)

Rhium, Ῥίον, sive Drepanum, Achaiæ pr., inter Patras et Ægium, cum Neptuni templo, 288, 29; ab Antirrhio quinque stadia distat, 288, 30; a Patris 50 stadia; colonia ibi Romana, 332, 41.

Rhium Molycrium, i. q. Antirrhium, 288, 36.

Rhizes, ῥίζεις, belluæ ap. Æthiopes Hesperios, 702, 18.

Digitized by Google

Rhizon, Ῥίζων, urbs et Rhizonicus sinus in ora Illyrica, 262, 27 et 41; 261, 12.
Rhizophagi, Ῥιζοφάγοι, Æthiopiæ, unde dicti sint, 656, 21.
Rhizus, Ῥιζοῦς, Magnesiæ opp., cujus incolæ in Demetriadem conducti; nunc pagus Demetriadis, 374, 44; 380, 33.
Rhodanus fl., Ῥοδανός, 147, 10; ejus fons in Alpibus, 170, 8; 154, 29; ejus cursus, 154, 29. Lemannum lacum transit, 170, 7, adeo ut suo contineatur alveo, 225, 22; exit in majorem sinum Gallicum, 150, 51. Ejus ostia quinque sec. Timæum, tria sec. Artemidorum, duo sec. Polybium, 152, 27; nonnulli septem ostia Rhodano tribuunt, 152, 47. Fossam, qua majorem amnis partem exciperet, duxit Marius, eamque Massiliensibus dedit, 152, 30. Quot sint stadia ab ostiis ad Lugdunum, 160, 47. Fluvius longissime sursum navigabilis, 153, 40; 156, 53; at rapidus et navigantibus difficilis, 157, 8. In locis ob brevia periculosis Massilienses turres erexerunt; in insula quam ostia fluvii efficiunt, Dianæ fanum posuerunt, 152, 39. Juxta fluvii ostia στομαλίμνη (*étang de Berre* vel *de Martigue*), 152, 43, quam ipsis ostiis nonnulli annumerant, 152, 45. Rhodanus Galliæ regionem fœcundissimam perlabitur, 147, 41. Ei appropinquat Cemmenus mons prope Isaræ confluentes, 153, 48; 159, 7. In Rhodanum influunt Arar, 154, 38; Druentia et Isara, 153, 48; Sulgas, 159, 8; 154, 4, et alii duo, qui ante exitum in unum coeunt, amplectentes Cavarorum urbem (Carpentoracten), 154, 1. Ad ostia est campus lapidosus, 151, 27. Adjacet fluvio Vienna, 154, 17. Ad Rhodani et Araris confluentes Lugdunum, 154, 19. Rhodani vallem attingunt nonnullæ ex gentibus Aquitaniæ adscriptis, 157, 28. Ad Rhodanum usque Eluorum sive Helviorum regio pertinet, 158, 27. Ab occasu vicini sunt Volcæ Areomisci, 154, 52. Ad Rhodani et Isaræ confluentes Galli clade affecti sunt, 154, 13. Cf. Isara. Inde ab Rhodano apud priscos scriptores incipit Iberia, 138, 5.
Rhodaspes, Ῥωδάσπης, Phraatæ IV f., 637, 33.
Rhode, Ῥόδη, Massiliensium ad Rhodanum opp., 149, 30. V. Rhoe.
Rhode. V. Rhodope.
Rhodius, Ῥόδιος, Troadis fl. inter Abydum et Dardanum e regione Cynossematis; alii Rhodium in Æsepum influere dicunt; memoratur fl. ab Homero, 509, 20; 475, 5. Rhodius a Cleandria et Gordo labitur et in Ænium (l. Æsepum) influit, 516, 13.
Rhodope, Ῥοδόπη, Macedoniæ mons, 173, 53; 275, 12; 281, 12; Pæoniæ montibus confinis; post Hæmum altissimus, 260, 16. Eum accolunt Agrianes, 281, 3; attingunt Bessi, 264, 34.
Rhodope, Ῥοδόπη (deb. Rhode), Emporiensium oppidum in Hispania (h. *Rosas*), quod quidam a Rhodiis conditum esse dicunt, 132, 40; Dianæ Ephesiæ templum habet, *ib.*
Rhodopis, Ῥοδῶπις, meretrix, cujus una pyramidum Memphiticarum esse dicitur, 686, 49.
Rhoduntia, Ῥοδουντία, locus munitus prope Thermopylas, 367, 44.
Rhodus, Ῥόδος, insula, cujus prisca nomina sunt Ophiussa, Stadia, Telchinis, 558, § 7. Post Telchines insulam occuparunt Heliadæ, quorum unus fuit Cercaphus, cujus filii tres cognomines ipsis urbes condiderunt Ialysum, Lindum, Camirum, 558, § 8. Novem in Rhodo ins. Telchines, 405, 25. Jupiter Minervam pariens in Rhodo ins. auro pluit, 559, 9. Jam ante bellum Trojanum a Caribus habitabatur insula, 491, 19, cujus ambitus est 920 stadiorum, 559, 14. Oppida ejus recensentur, 559, § 11 *sq.* Insula terram bituminosam, quæ ἀμπελῖτις vocatur, habet, 263, 9, et lapicidinas memorabiles, 186, 29. — Rhodus *urbs*. Ejus situs; leges; incolarum industria; maris imperium; cum Romanis amicitia; donaria plurima in Dionysio et alibi reposita; Solis colossus (*cf.* 231, 25); Protogenis picturæ; de pauperibus cura eximia; navalium arcana; instrumentorum maritimorum thesauri, 556, § 5. Urbs quando et a quonam sit exstructa, 558, § 9. Parallelus et meridianus per Rhodum ducti, 56, 16; 59, 6; 87, 43; 76, 48; 94, 27. A Rhodo usque ad Byzantium linea recta 5000 stadia, 87, 43; usque ad Athenarum parallelum 400 stadia, 72, 39; ad habitatæ erræ terminum borealem 12700 stadia, ad terminum meridionalem 16600 stadia, 95, 46. Ad Alexandriam trajectus vento secundo 4000 fere stadiorum; sec. alios 5000 stadiorum. Secundum Eratosthenis observationes gnomonicas distantia est 3750 stadiorum, 104, 5. Cf. 71, 15. A Rhodo ad sinum Issicum 5000 stadia, 87, 28; ad Salmonium Cretæ prom. 1000 stadia, 87, 30; ad Eleussam ins. 120 stadia, 556, 18. — Rhodi quasi æmula Antirrhodus in Alexandriæ portu magno, 675, 32. Rhodii Dorienses sunt ex eorum numero qui Megara condiderunt, 557, 40. Ante eos in Rhodum venerant cum Licymnio Heraclida Æolenses vel e Bœotia vel e Peloponneso; hi trifariam divisi urbes tenebant (sec. nonnullos etiam condiderunt) Ialysum, Lindum et Camirum, 557, 45. Rhodii jam ante Olympiadum institutionem mari potentes, in Hispania Rhodum condiderunt, in Opicis Parthenopen, in Dauniis Elpias; Gymnesias quoque insulas incolis frequentasse feruntur; denique in Chonia circa Sybarin Rhodii quidam consederunt, 558, § 10. Sirin in Italia condidisse perhibentur, 219, 41. Rhodii e Lindo urbe Solos Ciliciæ condiderunt, 573, 17. Sec. nonnullos Rhodopen (*Rhoden*) in Hispania condiderunt, 132, 41. Rhodii θαλασσοκρατοῦντες in insulam, quæ in Theram et Therasiam e mari recens elata erat, primi appellere ausi sunt in eaque Neptuno Asphalio templum struxerunt, 48, 19. Defecerunt ab iis Caunii, qui Romanorum judicio in potestatem Rhodiorum redierunt, 556, 38. Rhodii Romanis contra Philippum auxiliati sunt, 533, 34. Apollinem ἐρυθίβιον colunt, 524, 33. Prytanis munere apud Rhodios functus est Posidonius philosophus, 263, 9. Viri Rhodii memorabiles recensentur, 559, § 13. — Rhodiorum Περαία, 556, 7, *et passim*, cujus ora est 1500 stadiorum, 556, 14, a Dædalis usque ad Phœnicem montem pertinet, 556, 16. Τῆς περαίας descriptio, 556, § 2 *sqq.* (Cf. p. 490, 631, 651, 663, 664, 666, 677, 681 *ed. Cas.*)
Rhodus, Ῥόδος, Hispaniæ urbs a Rhodiis condita; postea a Massiliensibus occupata, 558, 47.
Rhoe, Ῥόη (sic codd.; leg. Ῥόδη ex Plinio 3, 5; Ῥοδανουσία ap. Steph. Byz.), Massiliensium opp. ad Rhodanum fluv., 149, 30,
Rhœtaces, Ῥοιτάκης, Iberiæ fl., in Cyrum influit, 429, 3.
Rhœteum, Ῥοίτειον, Troadis opp., 511, 22; prope quod est Ajacis sepulcrum, fanum et statua, quam abstulit Antonius, Augustus vero Rhœteensibus reddidit, 509, § 30. Rhœteum a Sigeo 60 stadia distans, 510, 2; occuparunt Astypalæenses, 514, 52. Rhœteenses agrum veteris Ilii post eversam urbem ex parte obtinuerunt, 515, 8. (Quodsi sexaginta stadiorum mensura recte habet, Rhœteum quærendum est in ruinis prope vicum *Eryn-Koi*. Attamen plurimi locum referunt ad ruinas quæ triginta fere stadia a Sigeo prom. distant, quoniam Strabo Rhœteo propinquum esse dicit Æanteum, ad quod Plinius triginta a Sigeo stadia esse prodit.)
Rhoites, Ῥοείτης, Troadis fl., quem Rhesum Homerus dicit, 515, 52.
Rhombites major, ὁ μέγας Ῥομβίτης, fl. a fanai 800 stadia

Digitized by Google

distans in Mæotidem exit; salsamenta ibi, 423, 33.
Rhombites minor, ὁ Ἐλάσσων Ῥομβίτης, fl. a majore Rhombite 900 stadia distans in Mæotidem egreditur, 423, 36.
Rhosus, ἡ Ῥωσός, Syriæ urbs ad sinum Issicum, 577, 7, inter Issum et Seleuciam, 640, 1.
Rhoxane, Oxyartæ f., in Sisimithræ petra custodita, 443, 52; ejus nuptiæ, 444, 5. Alexandri M. uxor, cum Perdicca in Ægyptum venit; unde post necem Perdiccæ in Macedoniam discessit, 675, 16.
Rhoxolani, Ῥωξολανοί, ultimi notorum Scytharum ultra Borysthenem habitantes, 94, 34; 244, 50. Campos inter Tanaim et Borysthenem tenent, 254, 34. Supra eos boream versus quinam habitent, non constat, 254, 38. Rhoxolani sub Tasio duce Palaco Sciluri filio contra Mithridatem Eupatorem auxiliabantur; bellicosi quamvis, bene composito exercitui impares erant; adeo ut 50000 eorum a sex millibus victi et magnam partem occisi sint, 254, 38. Eorum arma, 254, 47.
Rhuspinum, Ῥούσπινον, Africæ urbs, ad quam Cæsar Scipionem debellavit, 706, 1.
Rhyndacus, Ῥύνδακος, Mysiæ fl., 492, 39, ex Azanitide oritur; præter alios Macestum recipit; exit e regione Besbici ins., 493, 34; excipit etiam Odryssen fl., 471, 51. Ei adjacet Apollonia urbs, 492, 45.
Rhypes, Ῥύπες, Achaiæ civitas, 331, 23; patria Myscelli, qui Crotonem condidit, 332, 37. In Rhypide regione fuit Leuctrum pagus, 332, 38. Rhypes non amplius habitantur, 332, 33; regio, ἡ Ῥυπίς, penes Ægienses et Pharenses est, 332, 33.
Rhythmi Cretici, Thaletis inventum, 413, 5.
Rhytium, Ῥύτιον, Cretæ opp. ad Gortyniorum agrum pertinens, 411, 49.
Romæ origines secundum narrationem plurimis probatam exponuntur, 191, 35; item secundum alios, qui Romam Arcadum coloniam esse ab Evandro deductam tradunt, 192, § 3. Romani agri finis antiquissimis temporibus erat inter quintum et sextum a Roma lapidem miliarium, ad locum qui Festi vocatur, 191, 45. In urbis regione Aborigines habitarunt, 190, 39. Asylum ibi Romulus aperuit in luco inter arcem et Capitolium, 191, 53. Roma et Siculum fretum et Carthago sec. Eratosthenem sub eodem meridiano sita, 77, 2. Romæ urbis descriptio, 195, 10—197, 20. In Aventino monte est Dianæ Ephesiæ statua, 150, 4; in Capitolio Herculis colossus Tarentinus, 231, 25; ante portam Collinam Veneris Erycinæ templum, 226, 35. Roma habet simulacrum Minervæ Iliacæ, 219, 37, quod sedentem deam exhibet, 513, 39. Heliopoli duo obelisci Romam transportati sunt, 684, 19. Aquarum, quæ urbem rigant, optima est aqua Marcia, 200, 22. Roma Brundusium via 360 mill., 235, 9. Viæ quibus Brundusium itur duæ, 234, § 7. Via ad Rhegium usque, 235, 11. Viæ Salaria et Nomentana, quæ a porta Collina incipiunt, 190, 32. Viæ Prænestina et Esquilina, a porta Esquilina incipientes, 197, 36. Romam ceperunt Senones Galli, 177, 17; quo tempore? 238, 28. Romæ vitri fabricatio exculta, 645, 24. — Respublica Rom. admirabilis, teste Eratosthene, 54, 38. Romani Britanniam occupare quum potuissent, spreverunt, utpote rem inutilem, 95, 37. Ex vectigalibus plus percipere videntur quam tributum efficere posset, 95, 40. Romani multas gentes a fera vita ad civilem rationem traduxerunt, 105, 3. Numidarum venandi studium adjuvant, quum in spectacula bestiis opus sit, 108, 49. Lusitanorum partem a borea Tagi in regionem inter Tagum et Anam mediam transtulerunt, 115, 9. Zelis urbis incolas ex Africa in oppositam Hispaniæ ripam transtulerunt, additisque e Tingi et Italia colonis, urbem Juliam Iozam vocarunt, 116, 3. Romanorum amicitia colenda Gaditani insignes sunt, 116, 11. Romani colonias deduxerunt Cordubam, Hispalim, Bætin (?), 117, 8 *sqq*. Gymnesiarum inss. incolæ cuniculorum copia vexati terram inhabitandam a Romanis petierunt, 119, 50. 140, 1. Romani colonos mittunt in Balearides, 139, 48. Polybii temporibus Romani ex argenti metallis ad Carthaginem Novam sitis quotidie 25000 drachmas efficiebant, 122, 30. Romanorum coloniæ in Hispania Paxaugusta, Augusta Emerita, Cæsaraugusta, aliæ, 125, 34. Mores eorum assumpserunt Turdetani, 125, 27. Plurimæ Turdetaniæ urbes colonos Romanos acceperunt, 125, 30. Romani Lusitanorum latrocinia coercuerunt, urbes eorum e montibus in planitiem transducentes, 127, 25. Boreales Hispaniæ gentes Cantabricas aliasque eo redegerunt, ut, missis latrociniis, pro Romanis arma ferrent, 129, 24. Populis Hispanicis in multos principatus distractis, alias alios domando multum temporis traxerunt, donec omnes in suam redegerunt potestatem, 131, 29. Punici belli secundi causa fuit deletum contra pacta Saguntum, 132, 12. Celtibericum bellum Romani per 20 annos gesserunt; tandem post multa damna Numantiam ceperunt, 135, 2. In Cantabria murum multitudine infestabantur, 137, 19. Romani, qui terrarum regiones descripserunt, e græcis scriptis sua sumunt, de suo penu nihil fere addentes; omnino carent cognoscendi studio, 137, 50. Quomodo Hispaniam diviserint et administrent, 138, 11 et § 20. In Cassiterides inss. viam aperire sæpius tentarunt frustra; tandem P. Crassus omnes qui vellent mare istud exercere docuit, 146, 2. Romanorum amicitiam coluerunt Massilienses, 149, 38; 150, 2. Romani Tectosagorum ditione potiti, paludes, in quas argenti et auri pondera Galli demerserant, publice vendiderunt, 156. 30. Jus Latii nonnullis Aquitanorum dederunt, ut Ausciis et Convenis, 158, 40. Contra Arvernos bella, 159, 47. Romanorum cognati vocantur Ædui Galli, 160, 5. Romani apud Treviros Rhenum ponte junxerunt, 161, 23. Gallos facilius quam Hispanos subegerunt; 163, 12. Optimum Romanis equitatum Galli præbent, 163, 21; plurimumque salsamenti, 164, 3. Dona mittunt Britanniæ reguli, 167, 6. Contra Ligures et Salyes bella, 169, 15. Romani auri metalla ap. Tauriscos Noricos possident, 173, 173, 47. Senones et Gæsatas Gallos ad Padum considentes prorsus deleverunt; Bolos ex eadem regione ejecerunt, 177, 18. Aquileiam contra barbaros vicinos condiderunt, 178, 35. Contra Insubres iis auxiliantur Veneti et Cenomani, 179, 51. Romanorum reges Ancus Marcius, 183, 7, Tarquinius Priscus, 183, et Tarquinius Superbus, 183, 9 et 17. Romani ornatum triumphalem ac consularem aliorumque magistratuum, fasces, secures, tubas, sacrificia, divinationem, musicam, ab Etruscis Tarquiniensibus acceperunt, 183, 12. Tempore invasionis Gallicæ plurimum salutis debuerunt Cæretanorum fortitudini; sed accepti beneficii parum se memores præbuerunt, 183, 23. Romani præfecti quomodo in Sardinia res gerere soleant, 187, 33. Romani cum Latinis Jovi sacrificant in Albano monte, totius regni cœtu ibi coacto; harumque tempore feriarum urbi præficitur celebrium aliquis juvenum, 191 11. Ambarvalia ubi agantur, 191, 50. Neptuno equestria certamina celebrant, 192, 2. Herculi sacrificant, 192, 21. Carmentam colunt, 192, 27. Alba diruta, Albanos civibus Romanis adscribunt, 192, 50. Ap. Romanos de piratis queruntur Alexandri et Demetrii legati, 193, 33. Romani quibusdam carminibus linguam oscam adhibent, 194, 14. Sternendis viis, aquæ ductibus et cloacis præcipuam operam navant, 196, 22. Custodiæ loco, quo captivos asservarent, sæpe usi sunt Alba, quæ est ad lacum Fucinum, 200, 25. Romani Neapoli vitam

Digitized by Google

degere adamant, 205, 35. Campanorum agros diviserunt, 209, 2. Picenorum partem ad mare Tyrrhenum transduxerunt, 209, 9. Picenis, ut Lucanis Bruttiisque, qui cum Hannibale fecerant, pro militia injunxerunt, ut cursores et tabellarii publici essent, 209, 28. Salernum contra eos munierunt, 209, 31. Thurios colonia frequentatos Copias vocarunt, 219, 13. Punico bello secundo Messana tamquam receptaculo utebantur, 222, 47. Syracusas obsidione in potestatem redegerunt, 224, 41. Contra Eunum bellum, 226, 29. Tarentum coloniam miserunt, 233, 24. Romanorum imperii ejusque incrementorum historia inde a condita urbe usque ad Tiberium imperatorem summis lineis adumbratur, 238, § 2. Romani Germanis nomen hoc indiderunt, 240, 42. Nonnullas Germanorum gentes in Galliam transduxerunt, 241, 7. Bellum contra Sugambros et Cheruscos, 242, § 4. Cimbros eorumque socios partim cis partim trans Alpes debellarunt, 244, 18. In Germania ultra Albin non penetrarunt, 244, 42. Getarum potentiam disjecerunt, 253, 7. Dacos et Getas nondum prorsus debellarunt, 253, 31. Bosporanorum reges quos placuerit constituunt, 259, 15. Diuturnum contra Dalmatas bellum, 261, 49. Ardiæos Illyriæ ab ora in mediterranea repulerunt, 262, 15. Autariatas et Scordiscos debellarunt, 264, 8. Colonos miserunt Buthrotum, 269, 38. Ad Pydnam prœlium, 277, 50. Legatis Romanorum a Corinthiis injuria affectis, Corinthum diruerunt, 327, § 24. In Corinthi excidio artis opera susque deque habuerunt, 327, 23. Creta potiuntur et Cilicum castellis piraticis, 410, 2. Cnossum coloniam miserunt. 410, 4. Delum a Mithridatis ducibus vastatam occuparunt, 417, 31. Romanorum e vetere consuetudine Cato uxorem suam Hortensio tradidit, 441, 33. Romani, victo Antiocho Magno, Artaxiam et Zariadrem Armeniæ reges constituerunt, 456, 3. Post mortem Archelai Cappadociam provinciam romanam esse decreverunt, 458, 17. Cappadociæ assignarunt Ciliciæ partem quæ est circa Castabala; deinde Archelao etiam Ciliciam asperam dederunt, 458, 26. Cappadocibus libere suis vivere legibus, deinde, illis hoc recusantibus, regem ex ipsorum corpore creare permiserunt, 463, 10. Matris Deorum simulacrum Pessinunte petierunt, Sibyllæ oraculi jussu, 486, 18, sicut Æsculapii simulacrum ab Epidauro, *ib.* Cyzico honorem habuerunt, 493, 26. Colonos miserunt in Alexandriam Troadis urbem, 508, 17. Rhodios et Attalum contra Philippum socios habuerunt, 533, 34. Eorum socius contra Antiochum M. et Perseum Eumenes II, cui dederunt quæ intra Taurum Antiochus possederat, 533, 40. Attalus III regnum Romanis reliquit, qui in provinciæ formam redactum Asiam appellant, 534, 8. Romanis leges quasdam scripsisse videtur Hermodorus Ephesius, 548, 23. Rhodiis reddiderunt Caunum, quæ defecerat, 556, 38. Piratas Cilices debellarunt, 567, 41. Bello Antiochico Telmessum Eumeni dederunt, et post mortem ejus Lyciis restituerunt, 568, 1. Cur Ciliciam Asperam Cleopatræ, Amyntæ, Archelao dare quam sub Rom. præfectis esse maluerint, 572, 50. Tarcondimotum, qui Amani castella possidebat, regem appellarunt, 577, 2. Pinaca, Gordyæorum urbem munitissimam, vi ceperunt, 636, 16. Bassum rebellem in Apamea obsident, 641, 1. Berytum a Tryphone dirutam restaurarunt, 643, 30. Quomodo Ægypti administrationem constituerint, 677, § 12; 678, 18. Indicas et Æthiopicas negotiationes maximopere auxerunt, 678, 36. Sibyllæ oraculis et Etrusca divinatione utuntur, 691, 10. Eorum contra Æthiopes bellum, duce Petronio, 696, § 54. Carthaginiensium ditionem in provinciæ formam redegerunt, nisi quod Masinissæ partem tradiderunt, 707, 20. Romani imperii ambitus describitur, 712, § 24. Imperii provinciæ quomodo distributæ fuerint ætate Strabonis, 712, § 25.

Romuli et Remi historia narratur, 191, 20. Romulo succedit Numa Pompilius, 192, 10.

Rubico, Ῥουβίκων (*Pisatello*), Ital. fluv., prope Cæsenam, 180, 36; inter Ariminum et Ravennam exit, 189, 18; terminus Galliæ Cisalpinæ et veteris Italiæ, 189, 16; 181, 23.

Rubrica Sinopica, 462, 39.

Rubrum mare, ἡ ἐρυθρὰ θάλασσα, quod est extra Persicum sinum et Arabicum, a meridie Arabiæ, 651, 42. (Ceterum plerisque locis maris Rubri nomine etiam sinus Persicus et Arabicus comprehenduntur.) Rubrum mare dictum de colore rubro, quem efficiant vel solis radiorum reflexio vel montes rubentes vel fons quidam, 662, 43; sec. Agatharchidem nomen habet ab Erythra Persa quodam, 662, 49; sec. alios ab Erythra Persei filio, 663, 4. Sepulcrum Erythræ in Ogyri insula est, 652, 35. Rubrum mare mari Ægyptio sublimius esse videbatur, 683, 40; 32, 5; perperam utique, 47, 6. Arbores lauro et oleæ similes in mari Rubro, 652, § 6. A Rubro mari ad Mediam 8000 stadia, a nonnullis promontoriis etiam ultra 9000 stadia sec. Eratosth., 66, 46. Ad Caspias portas alia 3000 stadia, *ib.* Cf. Persicus sinus et Arabicus sinus.

Rucantii, Ῥουκάντιοι, Rhætorum gens, 171, 50. Sunt Ῥουκινᾶτοι Ptolemæi 2, 13, 1. *Rucinates* Plinii 3, 20, 24.

Rudiæ, Ῥωδιαι, Iapygiæ urbs græca, Ennii patria, 234, 11 et 20.

Ruscino, Ῥουσκίνων (*La Tet*), Galliæ fl. e Pyrene oriens urbem habet cognominem (ubi nunc exstat *tour de Rousillon*, 24 stadiis ab urbe *Perpignan*). Ruscinoni lacus propinquus est locus aquosus, plenus salinarum, qui mugiles fossiles habet, 151, 9.

Ruteni, Ῥουτηνοί (*les hab. du Rouergue*), Galliæ gens, Narbonensi pr. propinqua, Aquitanis adscripta, 158, 35. Argenti metalla habent, 158, 36.

Rutuli, Ῥουτοῦλοι, Latii gens, Ardeam tenebant, 190, 40; 192, 23. Eos prœlio vicit Latinus, Æneæ auxilio usus; iterum ab Ænea et Latino vincuntur prœlio quo Latinus cecidit, 190, 2.

S.

Saba, Σαβά, portus in sinu Arabico, 656, 9.

Sabæ, Σαβαί, Troglodyticæ urbs ad oram occiduam sinus Arabici, 657, 1.

Sabæi, Σαβαῖοι, Arabes, Minæis finitimi; urbs eorum Mariaba, 653, 50. De Sabæorum terræ proventu, serpentibus, incolarum vita et commerciis; de Mariaba metropoli, regis conditione, aromatum abundantia, incolarum divitiis, 662, § 19. Sabæi olim Syriam incursionibus vexarunt, 663, 12.

Sabaiticum os, τὸ Σαβαϊτικὸν στόμα, in Troglodytica ora sinus Arabici, 656, 6.

Sabata, Σάβατα (al. Sabbatha; hod. *Saba*), Chatramotitarum Arabum urbs, 654, 3,

Sabata, ἡ Σαβάτα λίμνη (*Sabate* ap. Fest., *Stagna Sabatia* Silius; *Lago di Bracciano*), Etruriæ lacus, 188, 47.

Sabata vel Sabatorum Vada, Σάβατα, Σαβάτων Οὐαδα, oppidum Liguriæ, 180, 3; a Genua 260, ab Albingauno 360 stadia distant, 168, 10. Ad Sabata est Alpium initium, 168, 7 et 17. Sabata itur via Æmilia, 181, 13.

Sabazius, Σαβάζιος, apud Phryges quodammodo filius Matris deorum, 404, 8. Sabazii sacra, Σαβάζια, 405, 6.

Sabi regio, Σάβου χώρα, in India, in qua Sindomana urbs, 597, 30.

Digitized by Google

Sabus, Σάβως, Ararenæ, Arabum Nomadum regionis, rex, 665, 8.
Sabelli. V. Samnites.
Sabina, Sabini, Σαβίνη, Σαβῖνοι. Regionis situs, 182, 19. Sabina a Tiberi et Nomento usque ad Vestinos per 1000 stadia porrecta, 190, 3. Urbes habet paucas easque valde attritas; quasnam? 190, 6; regio ferax, 190, 17. Sabini, gens antiquissima; indigenæ, coloni eorum Picentini et Samnitæ, 190, 24 Sabinis demum subjectis, Romani divitias sentire cœperunt, ut Fabius ait, 190, 29. Per Sabinos via Salaria, in eamque incidens via Nomentana, 190, 31. Sabini cum Umbris diuturno bello conflixerunt. Nuncupata ob id vota; quæ causa fuit deducendæ juventutis; unde orta gens Sabellorum sive Samnitum, 208, § 12. Sabinarum virginum raptus, 192, 4.
Sacæ, Σάκαι μηλονόμοι, γενεᾷ Σκύθαι, sec. Chœrilum, 251, 30. Sacæ, Scytharum pars quænam? 435, 22. Sacæ et Massagetæ, a Dais orientem versus sunt, 428, 28. Sacæ et Sogdiani juxta Indiam habitant, 440, 32. Sacas a Sogdianis Iaxartes dirimit, 440, 35. Sacæ etiam Sogdianam tenebant, 438, 34. Juxta eos sunt Asii, Pasiani, Tochari et Saracauli Scythæ, 438, 32. Sacarum et Massagetarum gentes Chorasmii et Attasii, 440, 24, et Aspasiacæ, 440, 29. Sacæ Bactrianam occuparunt; optima Armeniæ parte potiti sunt, quæ ab iis Sacasena vocatur; ad Cappadoces Ponticos usque progressi sunt, quos funditus ibi delerunt Persarum præfecti; hinc Sacæorum festi origo quam alii referunt ad Cyri contra Sacas bellum, 438, § 4 et 5.
Sacæa, τὰ Σάκαια, Persarum festa quæ post victos Sacas instituerunt. Festorum ratio, 439, § 4 et 5. Cf. Sacæ.
Sacarauli, Σακάραυλοι, gens Scythica. (Sagaraucæ Ptolemæi?) 438, 33. E regione trans Iaxartem sita profecti Bactrianam Græcis ademerunt, *ib.*
Sacasene, Σακασηνή, Armeniæ regio, 436, 32; 439, 2 (Cf. Sacæ); Albaniam et Cyrum fl. attingit, 452, 45. Melle abundat, 60, 51.
Saccapodes, Σακκόποδες, vocantur Adiabeni, 634, 41. (In ea Zagri montis parte quæ etiam nunc vocatur *Zakho*. V. Ritter. t. 9, p. 705. Cf. Tuch. De Nino urbe, p. 36.)
Sacer mons Thraciæ. V. Hierum.
Sacerdotum Ægyptiorum studia astronomica et philosophica, quæ Diospoli maxime colebantur, nunc defecerunt, 685, § 20. Sacerdotale olim apud Meroenses imperium, 698, 38.
Sacrificia humana apud Gallos, 164, 53; Cimbros, 244, 24; Lusitanos, 128, 21; Albanos, 431, 43. Sacrificiorum ratio apud Persas, 623, 41.
Sacrum bellum sive Phocicum, 361, 6, quo Delphici thesauri a Phocensibus direpti sunt, 156, 21.
Sacrum Istri ostium, Ἱερὸν στόμα, 263, 48; 254, 3.
Sacrum pr., Ἱερὸν ἀκρωτήριον (*Cap St-Vincent*), Hispaniæ, 89, 46; 99, 10; 113, 38; a Columnis 3000 stadia distans, 87, 36; terræ punctum maxime occiduum, 98, 38, stadiis 1500 quam Libya occidentalius est, 114, 5. In ea fere linea situm quæ per Gades, Columnas, fretum Siculum, etc., transit, 98, 39. Maxima ibi diis 14 1/2 horarum æquinoctialium, 98, 44. Ab Artemidoro navigio comparatur, 114, 9; nullum ibi Herculis templum, sed lapides quidam, in quibus libationes offerunt advenientes, 114, 12. A Gadibus minus duobus millibus stadiorum dissitum; ab Ana fluvio sec. nonnullos, 60 m. p., 116, 37. A Gadibus quinque dierum navigatione distat sec. Eratosth.; non amplius 1500 stadiis abesse Artemidorus dicit, 123, 14. A promontorio versus boream sinus est, 125, 42.
Sacrum promontorium Lyciæ, 568, 33; inde ad Olbiam 363 stadia, 568, 47.
Sadacora, τὰ Σαδάκορα, Cappadociæ opp. in via qua Coropasso Mazaca itur, 566, 29.
Sadracæ, Σαδράκαι, Darii Hystaspis regia, quæ erat (in via qua Arbelis Babylonem itur) inter naphtha fontes (qui sunt ad hod. *Kerkuh*) et Dialæ fl. trajectum (v. not. ad v. Caprus), 628, 29. (In tabula Sadracas retuli ad ruinas *Eski Kifri*, quæ prope *Tel Scharan* exstant (v. Ritter. 9, p. 542). Fort. a Sadracis non diversus est locus quem Ptolemæus 6, 1 Χατράχαρτα vocat. Post Sadracas meridiem versus apud Strabonem sequitur Κυπαρισσών; in tabula Kiepertiana (*Die westlichen Stufen-Lænder des Iranischen Hochlandes*) sequitur *Tchemin*; quem locum quum Ritterus secundum Richium vocet *Tchemon-Kiupressi*, Cupressetum Straboniaum esse puto.
Sætabis, Σαίταβις (*Xativa* ap. Arabes; postea *S. Felipe*) Hispaniæ urbs, inter Saguntum et Spartarium campum, in via militari sita, 133, 16.
Saga Ligustica, 168, 45.
Sagalassus, Σαγαλασσός vel etiam Σελγησσός, Pisidiæ castellum, 487, 39; 488, 18; quod cepit Alexander, 487, 47. Ad Sagalassum usque Milya pertinet, 539, 44. Sagalassensibus finitimi Catenneuses, 488, 14.
Sagapeni, Σαγαπηνοί, sicuti Silaceni (in hod. *Silakhur*), Elymæorum finitimi, 634, 22. (Aliunde non notum nomen. Super *Silakhur* est *Thamabadan*, sive Cambadene Mediæ apud Isidorum Characenum. Vel in hoc vel in propinquo tractu *Sagapeni* collocandi fuerint. Ab eorum regione dici puto τὸ σαγαπηνόν, succum fruticis in Media nascentis (v. Steph. Thes. s. v.)
Sagaris, Σάγαρις, gladii genus, 432, 30.
Sagra fl., ἡ Σάγρα, Italiæ fluvius, ad quem aræ Dioscurorum sunt; pugna ibi commissa, qua Crotoniatæ a Locrensibus et Rheginis victi sunt, 216, 54; 218, 26. Proverbium ἀληθέστερα τῶν ἐπὶ Σάγρᾳ, 217, 5.
Sagrus, Σάγρος, Italiæ fl. inter Ortonem et Aternum labens Frentanos a Pelignis dividit, 201, 49.
Saguntum, Σάγουντον, Hispaniæ opp., 133, 16; 139, 5; a Zacynthiis conditum, ab Hannibale dirutum, causa belli Punici, 132, 12.
Sagylium, τὸ Σαγύλιον, Ponti arx supra Amisenorum agrum sita, 480, 7. Ibi Arsaces captus, 480, 12.
Saii, Σάιοι, Thraces, i. q. Sinties s. Sinti, circa Abdera et in Lemno, 471, 3; olim etiam Samothracen habitasse et nomen insulæ dedisse feruntur; sive iidem cum Sapæis et Sintis, sive ab iis diversi sint, 393, 18. Saiorum Archilochus mentionem fecit, 393, 22.
Sais, Σάις, Æg. urbs, a Schedia Memphim naviganti a sinistra est, duobus schœnis a fluvio distans, 682, 49. paullo supra eam Osiridis asylum, 682, 50. Sais inferioris regionis metropolis, 681, 28. Ibi Minervæ templum, in quo Psammitichi sepulcrum, *ib.* Saitæ ovem colunt, 190, 23.
Saitica Ægypti præfectura, Σαϊτικὸς νομός, in qua Naucratin Milesii condiderunt, 681, 23.
Saiticum nonnullis dicitur Nili ostium quod reliquis est Taniticum, 682, 8.
Salacia, Hispaniæ opp. prope maris ἀνάχυσιν, juxta Barbarium prom. (*Alcacer do Sal*), 125, 46, ubi legendum: καθ' ἣν πορθμεύονται ἐπὶ Σαλάκειαν.
Salamis Σαλαμίς, ins. maris Myrtoi, 102, 40; olim Sciras et Cychrea et Pityussa dicta, 338, 9; clara Æacidis regibus et prœlio ad ins. commisso, 338, 21. Insulæ longitudo; urbs cognominis, 338, 6; Bocarus fl., 338, 29. Salamis antiquitus peculiaris fuit respublica, 339, 17. Nunc eam possident Athenienses, qui olim de ea cum Megarensibus contenderunt, inserto Iliadi versu ad ipsos eam pertinere prætendentes, 339, § 10. Salaminium

Digitized by Google

prælium, 322, 36; 324, 27; 342, 24. Salaminius caseus, 339, 13; Salaminiacus sinus, 288, 19.
Salamis, Cypri urbs, ab Aphrodisio 70 stadia distat, 582, 15; a Teucro condita, 582, 18; patria Aristi historici, 582, 27.
Salapia, Σαλαπία, Apuliæ urbs, Argyrippenorum navale, 235, 38; 236, 8.
Salaria via, Σαλαρία ὁδός, per Sabinos ducit; in eam Nomentana incidit apud Eretum; utraque incipit a porta Collina, 190, 32.
Salas, Σάλας (*Saale*), Germaniæ fl., 241, 54; inter hunc et Rhenum oblit Drusus Germanicus, 242, 1.
Salassi, Σαλασσοί, Galliæ Cisalpinæ gens; eorum regio ampla in profunda valle (*vallée d'Aoste*), 170, 38; quæ obtinet mediam cavitatem quam Alpium linea describit, 175, 33. Regionem perlabitur Durias fl., 169, 44. Salassi sunt Cottii sive Donni terræ et Pado finitimi, 170, 5. Supra eos in montium cacuminibus Centrones, Catoriges, Varagri et Nantuatæ, 170, 6. Via ex Italia in Galliam Lugdunum ducens per Salassorum regionem transit, 173, 15; 174, 8; 171, 38. Salassi magna damna intulerunt transeuntibus, ut ex Bruti, Messalæ, Cæsaris historia probatur, 171, 12. Augusti dux penitus eos divicit, victosque Terentius Varro vendidit Eporediæ (quæ est Romanorum contra Salassos colonia), condiditque ibi Augustam *Prætoriam* (unde hod. *Aoste*), 171, 22. Salassi auri metalla habebant, 170, 45; aurum Duriæ aquis eluentes in multos rivulos fluvium distraxerunt; hinc controversiæ cum subjacentibus agricolis, 170, 48. Postea metalla ista in Romanorum manus venere, 171, 4.
Saldas, Σάλδας, Massæsyliæ portus, 705, 35; ad quem sunt confinia ditionum Jubæ et Romanorum, 705, 35.
Salentina Σαλεντίνη, peninsula sive Iapygia siva Messapia sive Calabria promiscue dicitur, 234, 17.
Salentini, Σαλεντῖνοι, in Iapygia, circa Iapygiam acram, 230, 43; Cretensium coloni, 238, 35. Apud eos Minervæ templum et Iapygium prom., 233, 36. Salentinorum oppidum Veretum, 233, 47.
Salernum, Σάλερνον, Campaniæ opp., quod Romani munierunt, 209, 28.
Sales ad Ammonis templum reperiuntur, 41, 13. Sales fossiles, ἅλες ὀρυκτοί, in Turdetania, 119, 36; Sales purpurei, qui albi evadunt terendo apud Lusitanos, 129, 4; Sales Indici, 186, 30; sales Spautæ lacus, 448, 39; salis fodinæ in Ximene Ponti, 480, 54; ἁλοπήγιον αὐτοφυές, Tatta lacus, 486, 35. Sales fossiles in Indiæ monte, qui ad Sopithis regionem pertinet, 296, 30.
Salganeus, Σαλγανεύς, vir Bœotus, a Megabate interfectus, in Salganeo sepultus, 346, 36. Cur sit a Persis ad Euripum Chalcidicum interfectus, p. 8, 35.
Salganeus, Bœotiæ locus in sublimi situs; unde dictus sit, 346, 35.
Salinæ in Autariatarum et Ardiæorum confiniis, 263, 54; Tragasææ salinæ in Troade, 517, 48.
Salmacis, Σαλμακίς, fons Halicarnasi, 560, 25.
Salmone, Σαλμώνη, Pisatidis opp., 305, 50; prope fontem cognominem ex quo Enipeus profluit, 306, 23. Ei vicina est Heraclea, 306, 32. [Quod si Enipeus est hod. *Lestenitza* (ut videtur). Salmone quærenda est supra hod. *Karatula*. V. Curtius, *Pelop.* 2, p. 72.]
Salmoneus Σαλμωνεύς, pater Tyrûs, in regione Pisatidis, quam Enipeus perfluit, regnavit, 305, 47; 306, 28. Epeorum et Pisatarum rex Ætolum ex Elea ejecit, sec. Ephorum, 307, 3. Elidi imperasse a nonnullis traditur perperam, 306, 2.
Salmonium vel Samonium, Σαλμώνιον, Σαμώνιον, Cretæ pr. orientale, a Rhodo 5000 st. distans, 87, 30; 406, 1; 411, 22. Versus Ægyptum vergit et Rhodiorum insulas, 408, 7. Sunium Atticæ prom. non multum excedit ortum versus, 407, 41.
Salmydessus, ὁ Σαλμυδησσός, litus saxosum et importuosum Ponti Eux.; ejus longitudo, 265, 30; 464, 17; mare ibi palustre ob fluviorum aggestiones, 41, 54; 44, 53.
Salome, Σαλώμη, soror Herodis, mater Berenicæ, ab Augusto honoratur, 651, 17.
Salon, Σάλων, Bithyniæ regio; Salonites caseus, 484, 27.
Salon, Σάλων (*Salona*), Dalmatarum navale, 261, 49 et 52.
Salsamenta conditantur in Menlaria et Belone Bæticæ, 115, 53; salsamenta copiosa in Turdetania, non inferiora Ponticis, 119, 30; salsamenta Malacæ, 130, 6; Exitana Bastetaniæ, 130, 13; ad Carthaginem novam, 131, 37; plurima in Italiam e Gallia importantur, 164, 3; salsamenta suilia optima ap. Sequanos, 160, 1. Salsamenta e Mæotide in Græciam apportabantur, 258, 32; s. Lychnitidis paludis, 271, 48; s. Gennesaritidis paludis, 651, 3; Zuchidis in Libya, 708, 44.
Saltatio armata, ἡ ἐνόπλιος ὄρχησις, a quibusnam introducta sit, 401, 8 et 22; 413, 2. Saltatio Lusitanorum, 128, 42
Saltietæ, Σαλτιῆται (?), in Bætica Hispaniæ, texta tenuia præclare conficiunt. (Non constat ad quam urbem hæc pertineant. Haud dubie nomen est corruptum. Virorum doctorum conjecturæ ad urbes extra Bæticam sitas aberrant. Legi volunt: Setabitæ, Salacitæ, Saltigetæ. In Bætica a meridie Hispalis est *Salpesa municipium*. An nostro loco fuit Σαλπεσῆται?)
Salyes, Galliæ Narbonensis gens, 148, 13; 154, 53. Ab antiquis Græcis Ligyes (Ligures), a posterioribus Celtoligyes vocabantur, iisque omnem regionem campestrem usque ad Luerionem et Rhodanum assignabant, 169, 5; tunc Salyes in decem divisi partes et pedestri et equestri modo expeditionem fecerunt, 169, 10. Salyes habitant oræ maritimæ imminentes Alpes partemque ipsius litoris Græcis mixti, ab Antipoli ad Massiliam et paullo ulterius, 169, 2. Oræ montosæ, quæ est inter Massiliam et Nicæam, partem occidentalem tenent, 153, 15. Eorum regio ab occasu versus septentrionem inclinans paulatim a mari recedit, 150, 38. Usque ad Druentiam fl. habitant, 153, 45. Vicini iis sunt Albienses et Albiœci et Vocontii, 169, 22. Salyes Romanos per maris oram in Hispaniam euntes a transitu prohibebant; unde bellum iis sicut Liguribus illatum est, omniumque primi Gallorum Cisalpinorum a Romanis victi sunt, 169, 11. Sextius Salyes eo redegit, ut a locis portuosis 12 stadia, in saxosis autem litoribus 8 stadia a mari recederent. Relicta sic ab iis regio Massiliensibus data, 149, 40. Contra eos Massilienses exstruxerunt Tauroentium, Olbiam, Antipolin, Nicæam, 149, 32.
Samaria, Σαμάρεια, Judææ urbs, quam Herodes Sebasten denominavit, incolas e variis gentibus mixtos habet, 647, 26.
Samariana, Σαμαριανή, Hyrcaniæ opp., 436, 23 [Apud Ptolemæum vocatur Σαραμάννη (hod. *Sari*); Polybio 10, 31, est Σύριγξ (cf. Ritter., 8 p. 476). Apud Strabonem nomen urbis e Ptolemæo corrigendum fuerit. Eandem urbem apud Arrianum 3, 25 vocari Σαδρακάρτα (*Xazacerta* Itin. Alex. 72) censent D'Anvillius, Rennelius, Ritter, alii, probabiliter. Ritterus 8, p. 582, *Zadracarta* (modo recte ita libri habeant) dici putat pro *Zard-Kart*, i. e. flava urbs; nam *sarx* et persice *zard* significat flavum. Obstare sane videntur Straboniana καὶ Σαμαριανὴ καὶ Κάρτα, in quibus Κάρτα esse *Zadrakarta* Arriani dixeris. An fuit Σαμαριανὴ [ἡ] καὶ Κάρτα,

Digitized by Google

Quodsi vero alius urbis nomen in Κάρτα latet, referri id possit ad hodiernum *Karatepe* (Catippe in T. P.), quod opp. non longe a *Sari* distat juxta mare positum.)
Same. V. Samus.
Sami, σάμοι, loci sublimes; inde Samothracæ nomen, 393, 14; 297, 50.
Samicum, τὸ Σαμικόν, Triphyliæ castellum (ruinæ in *Kalafa* monte), 296, 4; 301, 49; 302, 4; prius etiam urbs, cui Samos nomen, ob loci altitudinem, ut videtur, 297, 48 (Cf. Samus). Samicum fortasse arx fuit Arenes Homericæ, *ib.* Samicum habet Neptuni templum et lucum, cujus procuratio est penes Macistios; omnes vero Triphylii ad templum istud contribuebant, 295, 30; 297, 11 et 42. Feriæ Samiæ, *ib.* Samicus campus Triphyliæ, 298, 46.
Samnites, Σαυνῖται, Sabinorum coloni, 190, 25, a Sabinis majoribus Sabelli dicti, qua occasione et quomodo in colonias deducendas missi Opicorum regionem occupaverint, 208, § 12. Samnitarum coloni Lucani, 190, 25; 211, 41. Samnitices gentes Frentani, 201, 15, et Hirpini, 208, 42. Samnitarum in regione Lacones olim consedisse Tarentini finxerunt, 208, 31. Samnites Etruscos e Campania ejecerunt, 202, 25. In Latium ad Ardeam usque incursionibus penetrarunt, 207, 40. Metapontum diruerunt, 219, 54. Peteliam contra Thurios muniverunt, 211, 28. Campaniæ domini evadunt, 207, 42. Quomodo Sulla ad internecionem delere gentem instituerit, 207, 45. Samnitum institutum quoddam, 208, 35. Samnitici montes (Σαυνιτικὰ ὄρη), 182, 25.
Samnitarum mulierum insula, Σαμνιτῶν γυναικῶν νῆσος, Ligeris ostio objacens non adeo longe versus altum remota, in qua Baccho orgia celebrant mulieres, 165, 4. (Insulam istam esse, quæ nunc vocatur *le Dunet* censet Valesius, Nat. Gall., p. 500; *Noirmoutiers*, sec. Falconer, Reichard. (Samnitæ a Namnitis sive Namnetis distinguunt Ptolemæus et Marcianus. Quamquam revera nonnisi ejusdem nominis formæ fuerint.)
Samonium Σαμώνιον, Troadis planities in Neandride et Alexandrensium ditione, 406, 1.
Samonium, Σαμώνιον, Cretæ orientale pr. V. Salmonium.
Samosata, Σαμόσατα, Commagenæ caput, 638, 12; 365, 36. A finibus Cappadociæ prope Tomisa Taurum trajicienti 450 stadia distant, 566, 37.
Samothrace, Σαμοθρᾴκη, 102, 52; 282, 32, olim Melite dicta, 405, 34; ap. Homerum Samus vocatur, 392, 41; 283, 1. Ibi Iasion et Dardanus fratres degebant. Iasionis post necem Dardanus ad Idam profectus Dardaniam condidit, et Trojanos Samothracum mysteria docuit, 283, 1. Dii qui in Samothracia colebantur, iidem sunt cum Cabiris, ut putant, 283, 8. In Samothrace habitabant Corybantes sec. Pherecydem, 406, 6. In insulam venerunt Cabiri, qui iidem cum Corybantibus sunt, 405, 34. In Samothrace nulla de Cabiris mystica narratio fertur, teste Demetrio; sacra Samothracica in honorem Cabirorum instituta, 405, 36. Samothracia sacra, 400, 41. Samathracico Cereris et Proserpinæ cultui similis est cultus in insula Britanniæ vicina, 165, 30. Samothracum in Thracica ora oppidulum Tempyra, 282, 31.
Sampsiceramus, Σαμψικέραμος, Iamblichi pater, Emisenorum phylarchus, Arethusam Syriæ castellum tenuit, 641, 8, § 11.
Samus heros, a quo Samus (Ionica) ins. dicta; 544, 31. V. Samus ins.
Samus, Σάμος, ins. Ionica in mari Icario, 419. 4; nota quidem Homero, sed non memorata, 392, 41; olim Melamphyllus, dein Anthemis, tum Parthenia dicta, 393, 1; 544, 29. Insulæ ambitus, 544, 28; Samus dicitur ab heroe vel indigena vel ex Ithaca et Cephallenia incolis eam frequentante, 544, 31. Habet Ampelum montem et pr., attamen vitem non fert; aliis vero rebus perdives est, ideoque a multis expetita, 544, 33. Sami montes Cerceteus et Ampelus, 419, 6. Cantharium prom., 546, 5; Posidium prom., cum templo, et objecta Nartheci ins.; Imbrasus fl., 544 13; Samo adjacet Icaria ins., 545, 45. Samii pascuis utuntur desertæ Icariæ, 419, 1; 546, 7. Samus insulæ urbs; ejus situs, 544, 8; Heræum; aliæ πινακοθῆκαι, 544, 17; statuæ, 544, 23. Samii partem habent oræ objectæ continentis, 546, 11. Olim Cares insulam tenebant, 544, 30; et Leleges; rex eorum Ancæus, 540, 21. Samum Tembrio colonis frequentavit, et postea Procles, 541, 15; 393, 11. Samiorum colonia Perinthus, 284, 11. Gloriantur Samii coloniam se deduxisse in Samum Thracicam, indeque ei nomen esse, 393, 11. Ephesiis dederunt Marathesium, ab iisque acceperunt Neapolin, 546, 17. Tyrannides Polycratis et Sylosontis, 544, § 16 *sq.* Rebellantes Samios obsidione presserunt Athenienses, Pericle duce; postea 2000 colonis sorte insulam distribuerunt, 545, 25. Samum patriam cur reliquerit Pythagoras, 545, 11. Sami educatus Epicurus, 545, 29. Samius erat Creophylus, 545, 33.
Samus apud Homerum vocatur insula quæ nunc Samothrace, 392, 40; 283, 7. Samus Thracica non ab Ionica Samo nomen habet ut Sami; gloriantur, sed ab antiquiore aliqua Samo; vel potius Sami nomen inditum insulæ a σάμοις sive locis sublimibus, 393, 8. Nonnulli insulam a Saliis Thracibus dictam esse censent, 393, 18.
Samus et Same, Σάμος, Σάμη, Homero vocatur Cephallenia insula et urbs ejus, 389, 26; 391, 31; 393, 4.
Samus, olim Triphyliæ urbs, ubi nunc est Samicum castellum, 297, 48. Vocis etymon, *ib.*; in Chaæis saxis; ejus mentionem periplôn scriptores omittere solent, quod e mari non conspicitur, 298, 39. Samum Triphyliæ memoravit Stesichorus, 298, 51. Samii Neptuni templum a Lepreo et *Alpheo* (Annio codd.) 100 stadia distat, 296, 23. Cf. Samicum.
Sanaus, Σαναός, Phrygiæ Magnæ opp., 494, 5. [De Sanao non constat. Leg. fuerit Σύναος (hod. *Simaw*).]
Sandalium, Σανδάλιον, Pisidiæ cast., 487, 38.
Sandaracurgion, Σανδαρακούργιον, sandaracæ fodinæ, in monte prope Pompeiopolin Paphlagoniæ, non longe a Pimolisis, 481, 22. Sandaracæ fodinæ in Cappadocia; fossores sunt servi ob facinora venditi, 481, 25.
Sandobanes, Albaniæ fl., Σανδοβάνης, in Cyrum influit, 429, 3.
Sandon, Σάνδων, Athenodori Tarsensis pater, 575, 10.
Sandrocottus, Σανδρόκοττος, Allitrochadæ pater, rex Prasiorum, Palibothrus cognomento, ad quem legatus venit Megasthenes, 58, 54; 598, 41; 603, 53; 605, 36. Sandrocottus a Seleuco Nicatore, cum quo affinitatem contraxerat, regiones quasdam ad Indum sitas accepit, pro iisque dedit 500 elephantos, 616, 28.
Sandycis metalla in Armenia, 454, 21.
Sane, Σάνη, Pallenes opp., 279, 5.
Sangarius, ὁ Σαγγάριος, Bithyniæ fl., 482, 14; ejus fontes et cursus; Gallum excipit; ostiis suis Bithyniam definit, 465, § 7. A Sangario ad Heracleam 500 stadia, 465, 54. Ad eum antiqua Phrygum domicilia, ut Midæ et Gordii, nunc pagi, 486, 22.
Sangia, Σαγγία, Phrygiæ pagus, 150 a Pessinunte stadiis dissitus, ad quem fontes sunt Sangarii, 465, 22.
Sanni, Σάννοι, qui olim Macrones dicebantur, supra Trapezuntem habitant, 470, 8.
Santoni, Σάντονοι, Galliæ gens Aquitanis adscripta, ad Garumnam habitantes (*les habitants de la Saintonge*),

Digitized by Google

158, 33; 173, 23; 157, 46. Santonum urbs Mediolanum (*Saintes*), 158, 10.
Saocondarius Castor, 486, 27.
Sapæi, Σαπαῖοι, Thraces, 393, 20. Bessis vicini, 282, 46; ab oriente Ismari, supra oram mar. habitantes, 282, 18. Antea Saci, *q. v.* Sapæorum rex Cotys, 476, 15.
Σαπέρδης nomen, 529, 16.
Saphnioeis. V. Satnioeis.
Sapis, Σάπις (*Savio*), fluvius Italiæ, cui Cæsena adjacet, 180, 35.
Sappho, Σαπφώ, Mytilenæa, θαυμαστόν τι χρῆμα, 527, 48; soror Charaxi, 686, 45. Phaonem deperiens de Leucata saxo desilit, 388, 35. Ægam prom. memorat, 526, 2. Laudatur, 33, 49; 686, 45. Ejus carmina Callias interpretatus est, 528, 50.
Sapra, Σάπρα, palus ad Astyra in Mysia, 525, 16.
Sapra, Σαπρά, i. e. putris, palus cum recessu sinus Carcinitidis isthmum Chersonesi Tauricæ efficit, 255, 49; pars est Mæotidis occidua; ejus ambitus, natura, insulæ, 256, 1.
Saramena, ἡ Σαραμηνή, regio Ponti, Gadilonitidi contermina, 468, 29 et 41.
Saraosti, Σαράστου, regio in Indiæ ora a Patalene ortum versus (in hod. *Guzerate?*). Eam occuparunt Bactriæ reges græci, 443, 7.
Sarapanæ, Σαραπαναί (hod. *Sarapan*), castellum ad Phasin, qui eo usque navigatur, 427, 22. Hinc ad Cyrum quattuor dierum iter, *ib.* Per Sarapanas e Colchide in Iberiam itur, 429, 15.
Saraparæ Thraces. V. Thraces.
Sarapis Σάραπις, in Nitriote Æg. nomo colitur; et oves ibi deo mactantur, quod alibi non fit in Ægypto, 682, 45 Sarapeum Alexandriæ, 675, 53. Sarapidis templum Canobicum curationibus celebre, 680, 37.
Saravena, Σαραουηνή, una ex decem Cappadociæ præfecturis, 458, 25.
Sardanapallus, Σαρδανάπαλλος, Anacyndaraxis f., 573, 32; postremus Assyriorum rex, 628, 2; Anchialen in Cilicia condidit; regis ibi monumentum et imago; inscriptio imaginis, 473, § 9.
Sardes, Σάρδεις, regia Lydorum s. Mæonum; cui Tmolus imminet, 534, 48; ab ea 30 stadiis abest Apollonis, 534, 45; quadraginta fere ab urbe stadiis est Gygæa sive Coloe lacus, 535, 18. Ad Sardes Alyattis tumulus, 536, 16; Sardes captæ a Lygdami Cimmeriorum duce, 51, 27; 553, 23; captæ primum a Cimmeriis, deinde a Treribus et Lyciis, postremum Crœsi et Cyri temporibus, 536, 26. Urbs nuper terræ motu majorem partem diruta, a Tiberio restaurata est, 536, 38; 496, 17. Ad Sardes Eumenes I Antiochum Seleuci f. prœlio vicit, 533, 27. Sardibus nati Diodorus orator cognomento Zonas, ejusque frater Diodorus, item orator Strabonisque amicus, 536, 43. Xanthus Lydus num Sardibus oriundus sit, non liquet, 536, 51.
Sardinia, Σαρδώ. Ejus situs, 187, 44, de quo falsa tradunt Eratosthenes et Artemidorus, 186, 31. Polybius Sardiniam nimis occasum versus collocat, 87, 53. A Sardinia brevissimus in Africam trajectus 1300 millium, sec. Chorographum, 187, 47. Sardinia a Corsica 60 stadia distat, 186, 15. Ambitus insulæ sec. nonnullos 4000 stadiorum, 187, 13; longitudo 220 mill., latitudo 98 mill., sec. Chorographum, 187, 10. Sardinia a Luna conspici potest, 185, 8; a Populonio conspicitur, ægre tamen, 186, 15. Insula magnam partem aspera et parum pacata; habet tamen etiam regiones frugiferas, 187, 15. Urbes præcipuæ Calaris et Sulchi, 187, 17. Aer per æstatem morbosus. Populantur insulam montani Diagesbenses sive Iolaenses, ab Iolao huc deducti, 186, 19. Postea Pœni Carthaginienses, deinde Romani insula potiti, 186, 25. Montanæ gentes Parati, Sassinati, Balari, Aconites, qui vel Pisanos latrociniis petunt, 186, 28. Romanorum quænam in eos agendi ratio, 187, 33. Sardiniæ incolæ peltam gerunt et pugionem; arietum pellibus thoracum loco utuntur, 187, 41. Fortassis Sardinia quoque glandem illam fert, qua thynni ad Iberiam vesci constat, 120, 43. Sardiniæ arietes, musmones dicti, lanæ loco pilum ferunt caprinum, 187, 40.
Sardoum mare, Σαρδῷον, Σαρδώνιον πέλαγος, 88, 1; 86, 53; 101, 27. Etruriam alluit, 182, 10; profundissimum est, 41, 46; 45, 5. Σαρδῷος κόλπος, 119, 26.
Sargarausene, Σαργαραυσηνή, una ex decem Cappadociæ præfecturis, 458, 25; in qua Carmalas fl. et Herpa opp., 460, 20.
Sarisa, Σάρεισα, Gordyæorum urbs, 636, 13. Situs loci incertus.
Sarmatæ et Scythæ etiam nunc permixti gentibus Thracicis et Bastarnicis, 246, 8. Σαρμάται ἢ Σαυρομάται non memorantur apud Homerum, 474, 20. Sarmatæ Iazyges, Basilii, Urgi (?), 254, 25. Sarmatæ in Asia, 422, 31. Sarmatæ sunt pleræque gentium Caucasiarum, quæ Dioscuriadem emporium frequentant, 427, 15. Equos castrant, 259, 27. Cf. v. Sauromatæ. (Sæpius Sarmatarum nomen occurrit, ut p. 114, 128, 129, 294, 296, 302, 305, 306, 312, 492, 497, 498, 500, 507, 553 *ed. Cas.*)
Sarnius, fl., Σάρνιος (*Atrek*), Hyrcaniam a solitudine dirimit, 438, 12.
Sarnus, Σάρνος, Campaniæ fl., Pompeios præterfluens, 205, 41 et 45.
Saronicus sinus, Σαρωνικὸς κόλπος, vel etiam Σαρ. πόντος, Σαρ. πόρος, Σαρ. πέλαγος, 317, 17; 326, 45; 102, 35; 288, 21. Sinus etiam Σαλαμινιακὸς κόλπος vocatur, 288, 19.
Sarpedon, Σαρπηδών, e Mileto Cretæ prefectus Miletum Asiæ condidit, 542, 26; 490, 45. E Creta in Lyciam deduxit Termilas, 490, 45. Cf. 569, 25. Sarpedon Homero est Lycius, 491, 4. Sarpedon Lycum, Pandionis filium, extorrem in Lyciæ regni partem recepit, 569, 27.
Sarpedon, Syrorum dux contra Ptolemæenses pugnat; quid eo prœlio e pelago acciderit, 645, 31.
Sarpedon, Σαρπηδών, prom. Thraciæ, 283, 16.
Sarpedon, Σαρπηδών, Ciliciæ pr., 572, 5, ad quod Arimos ponit Callisthenes, 536, 12.
Sarpedonia Diana. V. Diana.
Sarsina, ἡ Σάρσινα, Umbrorum urbs, 189, 10.
Saros, Σάρος, per Comana fluit in Ciliciam, 459, 21.
Sanisene, Σανισηνή, Paphlagoniæ regio, 481, 43.
Sason, Σάσων, insula a Brundusio 400 stadiis; in medio fere a Brundusio ad Epirum trajectu jacet, 234, 5.
Satalca, Σάταλκα, Gordyæorum opp., 636, 13. Situs loci incertus.
Satnioeis, Σατνιόεις, postea Saphioeis, Troadis torrens ad Pedasum urbem ab Homero memoratur, 518, 20; ad eum olim Leleges habitarunt, 267, 24.
Saturnus, Κρόνος, infantes vorat, 402, 32, pater Corybantum, 405, 31; ejus falcem Telchines fabricarunt, 558, 26. Ejus templum, Κρόνιον, Gadibus, 140, 42 *et in sqq.*
Satyri, Hecateri filii ap. Hesiodum, 405, 13. Bacchi administri, 400, 23; 402, 17; 404, 6. Satyrus, Protogenis pictura, 557, 15.
Satyrium, Σατύριον, locus prope Tarentum, 231, 49.
Satyrus, a Ptolemæo II ad explorandum Troglodyticam et elephantum venationes emissus, Philoteram condidit, 655, 10.
Satyrus, Bospori rex, 257, 26. Satyri, viri in Bosporo potentis, monumentum, 90 stadia ab Achilleo in promontorio distans, 424, 9.

Digitized by Google

Sauromatæ, Σαυρομάται ἢ Σαρμάται, non memorantur apud Homerum, 474, 20. Sauromatarum sedes, 94, 37; 106, 33; 107, 10. Quantum absint ab oceano Boreali non liquet, 245, 3. Sauromatarum aliæ gentes feroces, aliæ mansuetæ et justæ, 251, 9. Interdum hostem persequentes Istrum transgressi sunt, 253, 23.

Savus, Σάος, Σαῦος, in Istrum influit; ad eum Segestica urbs, 172, 48. In Savum fertur fluvius (Nauportus), cui Nauportus urbs adjacet, 173, 2. In eundem incidit Colapis fl., 173, 6. In Savum influit Corcoras; Savus in Dravum exit (quod non est), 260, 52.

Scææ portæ, Σκαιαὶ πύλαι, Trojæ, 505, 33; 512, 10.

Scæi, Σκαιοί, Thraces, 505, 32.

Scæum tichus, Σκαιὸν τεῖχος, Thraciæ cast., 505, 33.

Scæus, Σκαιός, Thraciæ fl., 505, 32.

Scamander, Σκάμανδρος (*Mendere-Su*), Troadis fl. Ejus fontes duo, quorum alter calidam alter frigidam aquam habere ab Homero proditur; nunc calidæ aquæ fons periit, neque id Demetrius mirandum esse dicit, 48, 42; 505, 32. Scamandri fons unicus in Cotylo Idæ colle, 515, 19. Scamander et Simois, quum alter ad Sigeum alter ad Rhœteum appropinquarint, paullo ante hodiernum Ilium confluunt et apud Sigeum exeuntes Stomalimnen efficiunt, 511, 21. Multum limi secum auferentes os cæcum et lacus marinos efficiunt, 509, 48. In Scamandrum incidunt Thymbrius, 511, 51, et Andirus, 515, 43. Scamander Cebreniæ limes, 510, 53.

Scamander, Siciliæ fl., ab Ænea nomen accepit, 520, 16.

Scamandrius, Σκαμάνδριος, Hectoris f., et Ascanius Palæscepsin transtulerunt in locum ubi nunc est Scepsis, 519, 32; eorum familiæ diu ibi regnarunt, *ib.* Scamandrius Phryges ex Europa in Asiam duxit, 580, 37.

Scamandrius campus ab Simoisio dorso montano separatur, 511, 15 et 24.

Scandarion, Σκανδάριον, Coi pr., 561, 11.

Scaphæ thalamiferæ Ægyptiorum, 679, 44; testaceæ in Nili ostiis, 670, 47.

Scardon, Σκάρδων (*Scardona*), Liburniæ urbs, 261, 39.

Scardus, Σκάρδος, Macedoniæ mons, 275, 12.

Scarphe, Σκάρφη, prius Eteonus, Parasopiæ opp. in Bœotia, 351, 18.

Scarphe. V. Scarphia.

Scarphia, Σκάρφεια, Locrorum Epicnemidiorum opp., 365, 49. Terræ motu dirutum, 50, 32 (Σκάρφη, 50, 35). Scarphienses Augearum agrum tenent, 366, 5.

Scaurus. V. M. Æmilius Scaurus.

Scenæ, Σκηναί, Mesopotamiæ urbs in Babyloniæ finibus ad fossam quandam sita, a Seleucia 18 schœnos distans; in eam urbem exit via 25 dierum, quæ inde a Zeugmate Euphratis est per deserta Mesopotamiæ, 636, 51; 637, 14. [De Cænis urbe ad Tigridem sita, in quam via per Mesopotamiæ deserta ducens exiisse videatur, quominus cogitemus, mensuræ Straboniana impediunt. Quærenda urbs est juxta Euphratem prope murum medium et canalem qua Seleuciam navigatur. Schœnis vero duodeviginti ducimur ad canalem *Nahr Isa* sive *Saklawiyah*, ad quem in colle exstant veteris urbis ruinæ (quas Sipparis Chesneyus vindicavit). In singulos schœnos 30 stadia (non vero 60 stadia, ut Ritter, t. II, p. 287 putat) computanda esse ex aliis locis Strabonianis patet.

Scenitæ, Σκηνῖται, Arabes regionem Mesopotamiæ et Cœlesyriæ adjacentes incolunt; eorum vitæ ratio, 651, 32; 637, 3 et 19 et 49; 107, 50. Babyloniis finitimi, 629, 53. Scenitæ Arabes Mesopotamiæ nunc Malii a nonnullis vocantur, 636, 42. Scenitæ Arabes in Arabia Felice, 653, 38. Scenitæ quo magis Syris propiores, eo etiam mitiores sunt, 641, 25. (Aliis locis passim Scenitarum nomen occurrit. V. p. 39, 130, 288, 735, 739, 747 *sqq.*, 753, 765, 767, 776. Sarmatici Scenitæ, p. 492; Scenitæ Ariæ et Margianæ, p. 515 *ed. Casaub.*)

Scepsis, Σκῆψις, Troadis urbs, 518, 40, a Palæscepsi 40 stadia distat; translata huc est a Scamandrio et Ascanio, quorum familiæ diu ibi regnasse dicuntur. Posteriora urbis fata, 519, 31. Centum viginti a Scepsi stadiis est Cotylus, Idæ collis, 515, 19. Scepsis (Palæscepsis?) Æneæ regia fuit, sec. Demetrium, 519, 41. Scepsiæ regionis locus Dicte, 405, 50. Scepsi et Æsepo fl. vicina Enea (Nea?) et Argyria et Alazonia, 472, 46. Scepsio agro finitima Cebrenia; Scepsiorum et Cebrenorum controversiæ; urbis incolæ ab Antigono in Antigoniam transducti, ab Lysimacho in patriam remissi, 510, 52. Scepsin Neleus transtulit libros Aristotelis et Theophrasti, 520, 46. Scepsis patria Erasti, Corisci, Nelei, 520, 37; Demetrii, Metrodori, 521, 22.

Σκηπτοῦχοι vocantur reges Achæorum, Zygorum, Heniochorum, 425, 48.

Sceptra Assyriorum, 635, 17.

Schedia, ἡ Σχεδία, oppidum, quattuor schœnis ab Alexandria dissitum, ubi navale thalamiferorum navigiorum est et vectigal exigitur; unde nomen habeat; navigatur eo ex Alexandria per fossam Canobicam, et canali qui ex ea dextram versus ad magnum fluvium ducit, 680, 9 *sqq.* A Schedia ad Memphim sursum naviganti ad dextram sunt pagi plurimi, 682, 30. Haud longe supra Schediam sita est Naucratis, 681, 23.

Scedii sepulcrum, τὸ Σχεδιεῖον, in Daphnunte olim Phocidis urbe, 364, 29.

Scheria, Σχερία, vetus Corcyræ nomen, 224, 17; 248, 51.

Schœnus, Σχοινοῦς, portus ad Saronicum sinum et Isthmi partem angustissimam. In propinquo templum Neptuni Isthmii, 317, 24. Cenchreis vicinus portus, 326, 37. Hucusque a Maleis paraplus 1800 stadiorum, *ib.* Quot sint stadia a Schœnunte ad Piræeum, 335, 34.

Schœnus, Σχοῖνος, locus regionis Thebaicæ in via qua Anthedonem itur, a Thebis dissitus 50 stadiis, 351, 3.

Schœnus, Σχοινοῦς, fl. Bœotiæ per Schœnum locum fluens, 351, 6.

Schœnus, in Ægypto mensura varia, 444, 35; 683, § 24; 690, 34.

Sciathus, Σκίαθος, ins. Magnesiæ objecta, 375, 17.

Scillus, Σκιλλοῦς (*Krestena*), opp. Triphyliæ ad Phellonem m., cum Minervæ templo, 295, 47.

Scilurus, Scytharum rex, Palaci pater, 254, 41; 256, 36; a Mithridate Eupatore victus, 256, 36. Scilurus, et filii ejus castella in Chersoneso Taurica exstruxerunt Palacium, Chabum, Neapolim, 259, 6.

Scingomagus, Σκιγγόμαγος, inter Brigantium et Ocelum sita, ab Ocelo 28 mill. distans, in Galliæ et Italiæ confiniis, 148, 41. (Memoratur etiam a Plinio, II, 112, qui ab eo usque ad Illiberim Galliæ Narbon. latitudinem definit, quam esse Plinius secundum Harduinum et Silligium diceret 927 m. passuum. Quod est nihili. E codice T Silligii corrige 351 passus, quod bene habet satisque quadrat cum Strabone, qui inde a Veneris templo Pyrenæo ad Scingomagum exhibet 384 millia. Scingomagus cum Itinerarii statione *In Alpe* componenda fuerit.

Scione, Σκιώνη, Pallenæ opp., 279, 5.

Scipio Æmilianus. Ad eum venerunt legati Massiliensium et Narbonensium et Corbilonensium, 158, 5. Missus est ut gentes et urbes inspiceret, 571, 10. Carthaginem delevit, 706, 53.

Scipio Africanus prior, vitæ tempus extremum Literni in Campania exegit, 202, 40.

Digitized by Google

Scipio (P. Cornelius) Nasica, in Africa a Cæsare victus ad Rhuspinum, Uzitas, Thapsum, alia loca, 705, 50; 706, 1.

Scipio (Caius, *deb.* Lucius) 3000 colonos Comum misit, 177, 32.

Scira, Σκίρα, vicus Atticæ, 338, 16.

Sciras, Σκιράς, antiquum Salaminis nomen, ab heroe quodam inditum, 338, 14.

Sciras Minerva, 338, 16.

Sciron, Σκείρων, latro a Theseo interfectus, 336, 26. Cf. Scironides petræ.

Sciron, Σκείρων, ventus ab Atheniensibus vocatur argestes a Scironiis saxis flans, 336, 30; 23, 21.

Scironides petræ, Σκειρωνίδες πέτραι, supra quas via ab isthmo Megara et in Atticam ducit, 336, 21; 338, 1; 326, 25. Ibi Sciron et Pityocamptes degebant, quos Theseus interfecit, 336, 26.

Scirophorion, Σκιροφοριών, mensis Atticus, 338, 17.

Scirus. Ἡ ἐπὶ Σκίρῳ ἱεροποιία, 338, 16.

Scollis, Σκόλλις (Σκόλλιον p. 291, 37) (*Mauri*, *Santameri*), saxosus mons, communis Dymæorum, Tritæensium et Eleorum, contiguus Lampeæ Arcadiæ, 293, 35. Scollin ap. Homerum dici Oleniam petram conjiciunt, 293, 32; 332, 49; ex eo finit Larisus fl., 332, 49. Ad Scollium est Pylus urbs, 291, 37.

Scolus, Σκῶλος, urbs Olyntho vicina, 351, 13.

Scolus, Σκῶλος, vicus Parasopiæ sub Cithærone, in loco aspero; ductum hinc proverbium, 351, 7. Scolum nonnulli Plataicæ ditioni adscribunt, 351, 28.

Scombraria, Σκομβραρία, sive Herculis insula, a Carthagine Nova 24 stadia distans, mare scombris abundans habet, 132, 7.

Scombri, ex quibus optimum garum fit, ad Scombrariam Hispaniæ ins. capiuntur, 132, 8.

Scopas, Σκόπας, Parius statuarius. Ejus opus, Latona sceptrum tenens et adstans Ortygia nutrix, in Ortygia luco prope Ephesum, 546, 40; Apollinis Sminthei statua in Chrysæ Sminthio, 517, 19.

Scordisci, Σκορδίσκοι, Gallica gens, Thracibus permisti, 246, 12; 260, 29, et Illyriis, 260, 29; Scordistæ vocantur, 246, 11. Eorum alii minores, alii majores dicuntur; majores inter Noarum et Margum, minores ultra Margum Triballis et Mysis finitimi; insulas quoque quasdam tenuerunt; usque ad Illyriorum, Pannonum, Thracumque montes progressi sunt, 264, 11. Urbes eorum Heorta et Capedunum, 264, 21. Scordisci ab oriente Pannonum, 263, 50. Apud Scordiscos Noarus in Istrum influit, 261, 2. Juxta Scordiscos Parisus fl. fluit, 260, 29. Scordisci sæpe fuerunt Dacorum socii, *ib.*; bello appetuntur a Cimbris, 244, 10. Infestarunt Dasaretios, Hybrianes et alias gentes obscuriores, 264, 37. Autariatas potentia exuerunt; diuturno imperio usi a Romanis debellantur, 264, 8. Nunc Scordisci tantum non exstincta gens, 262, 22.

Scordistæ, i. q. Scordisci.

Scorpiorum copia Mylasis et Alabandis in Caria, 364, 10. Scorpii Albaniæ, 431, 30; ingentes Massæsyliæ, 705, 11; volucres in India, 599, 14.

Scotussa, Σκοτοῦσσα, ad Strymonem urbs, 281, 15.

Scotussa, Thessaliæ Pelasgiotidis opp., 378, 18. Ibi oraculum fuit e quo deductum esse oraculum Dodonæum Suidas hariolatur, 273, 31 et 40. Ad Scotussam Cynoscephalæ, 379, 30.

Scriptores veteres historiæ ut plurimum id solum spectant ὅ τι ἀκρόασιν ἡδεῖαν ἔχει καὶ θαυμαστήν, v. c. Ctesias, Hellanicus, Herodotus, 435, 33. Πολλὰ καὶ μὴ ὄντα λέγουσιν οἱ ἀρχαῖοι συγγραφεῖς, συντεθραμμένοι τῷ ψεύδει διὰ τὰς μυθογραφίας, 293, 13. Scriptores rerum Alexandri multa mentiti, 435, § 4. Scriptores λιμένων, περίπλων, περιόδων γῆς, 285, 29.

Scultanna, Σκουλτάννας, vel Scultenna, Galliæ Cisalpinæ fluvius (in Padum influens, hod. *Panaro*), in cujus regione lana optima, 181, 38.

Scydises, ὁ Σκυδίσης, Ponti et Armeniæ mons, Tauri pars, extremitates Caucasi attingit, 426, 46; 452, 3; jungitur Moschicis montibus, 470, 12. Summas ejus partes tenent Heptacometæ, 470, 14.

Scylacium. V. Scylletium.

Scylax, Σκύλαξ, Ponti fl., in Irin incidit, 469, 16.

Scylax, Σκύλαξ ὁ παλαιὸς συγγραφεύς, Caryandensis, 561, 49. Phryges et Mysos circa Ascanium lacum habitare dicit, 484, 43. Troadis initium ab Abydo sumit, 498, 52.

Scylla, Σκύλλα, Nisi filia, a Minoe demersa, nomen dedit promontorio Scyllæo, 321, 14.

Scyllæ forma, figmentum Homericum, 17, 24; 18, 6; 21, 29. Quæ de Scylla Homerus narrat, explicanda sunt ex ratione qua galeota piscis ad Scyllæum capi solet, 19, 47—20, 33.

Scyllæum, τὸ Σκύλλαιον, in Bruttio ad fretum Siculum, saxum continenti junctum isthmo, quem Anaxilaus munivit, 213, 35. A latronibus olim tenebatur, 19, 15. Galeotarum prope id venatio, 19, 48; 20, 33. V. Charybdis.

Scyllæum, Σκύλλαιον (non quod nunc vocatur *C. Skyli*, sed quod ab eo est boream versus *C. Kryo Neri.*), pr. Peloponnesi, 316, 24, Hermionæ vicinum, unde nomen habeat, 321, 13; ab eo ad Melum 700 stadia.

Scylleticus, Italiæ sinus, Σκυλλητικὸς κόλπος, cum Hipponiate sinu isthmum efficit, quem Dionysius muro munire volens ab iis qui extra eum habitant prohibitus est, 217, 18. Ad Scylleticum sinum est finis Œnotriæ, 212, 7 et 24.

Scylletium, Σκυλλήτιον, nunc Σκυλάκιον, Atheniensium, qui Menestheum secuti sunt, colonia ad sinum cognominem; postea Crotoniatæ id possederunt; Dionysius vero Locrensibus dedit, 217, 15.

Scyrus, Σκῦρος, insula Magnesiæ objacens, Lycomedis, Achillis, Neoptolemi historia nota; præstant Scyriæ capellæ et marmor Scyrium, 375, 20; 102, 51. Scyri fluvius Cephissus, 364, 20.

Scythæ, Σκύθαι. Eos non ignoravit Homerus; nam hi sunt quos ille dicit Hippomulgos, Galactophagos, Abios, 249, 33, 246, 5. Ea enim vivendi ratio est Scythis et Sarmatis, quales etiamnum Thracibus et Bastarnis finitimi sunt, 246, 5. Quo sensu ἀβίους Homerus dixerit, 258, 47. Scythæ Græcis priscis uno nomine vocantur omnes gentes boream versus habitantes, 27, 36. Scythæ et Celtoscythæ a vett. Græcis universæ gentes boreales vocabantur; qui primi partes distinxerunt, eas gentes quæ supra Pontum, Istrum et Adriam sunt, Hyperboreos, Sauromatas, Arimaspos dicebant; eos autem qui sunt trans mare Hyrcanum, Sacas et Massagetas, 435, § 2. Scythæ e quattuor terræ partibus Ephoreis borealem partem obtinent, 28, 24. Scythæ Alazones et Callipidæ supra Borysthenem, 471, 22. Scytharum notorum ultimi ultra Borysthenem habitant Rhoxolani, 94, 34. Scythæ sæpe etiam Istrum transgressi, 253, 23. Scythica gens in Chersoneso Taurica, 256, 22. Scythæ Georgi sive Agricolæ Chersonesi, 258, 35. Scythæ supra Mæotidem, 94, 37. Scythæ Nomades Europæi et Asiatici Tanai emporio utuntur, 423, 21. Scythicæ gentes Gelæ et Legæ a septentrione Albaniæ, 432, 17. Scythæ, Hyrcani maris accolæ, 107, 12. Οἱ πρὸς ἕω Σκύθαι, qui sunt a Caspio mari ortum versus, 435,

Digitized by Google

14. Scythæ ultimi orientem versus habitantes vulgo communi Scytharum nomine designantur, quamquam singulæ eorum gentes sua habent nomina; notiores ex iis sunt Asii, Pasiani, Tochari, Sacarauli, 438, 28. Scythæ supra Bactrianam habitantes, 62, 21; Bactrianæ partem iis ademerunt Parthi, 441, 48. Asiæ Scythæ νομάδες et ἀμάξοικοι, 422, 31. Scythæ plerique inde a Caspio mari habitantes Dasæ vocantur; qui ab his orientem versus sequuntur, Sacæ et Massagetæ, 438, 26. Dasæ Parni cognominati, 435, 50. Scythæ genere secundum nonnullos sunt Caucones Pontici, 464, 42. Mores Scythis non omnibus sunt iidem; nonnulliæ gentes ferocissimæ humanisque carnibus vescentes, aliæ lacte equarum viventes et justissimi; harum meminit Homerus, 251, 8. Nomadum victus, 258, 35. Scythæ ἱππάκτης βροτῆρες εὔνομοι, sec. Æschylum, 249, 53. Equos castrant, 259, 27. Scythæ simplicissimi, minime fraudulenti, frugales admodum; quamquam recentiore ætate mores eorum vitaque in deterius vergere cœperunt, 250, 1. Scythæ ad Ponti litus hospites immolantes, carnibus eorum vescentes et capitibus poculorum loco utentes; unde ἄξενος Pontus, 248, 22. Scythæ nomades latrociniis dediti; belligerantes propter tributa ipsis solvenda, 258, 40. Scythæ Cimmerios e Bosporo expulerunt, 424, 1. Eorum dux Madys, 51, 17, qui Cobum et Treres expulit, 51, 30. Contra Scythas Istrum transiit Darius, 258, 38; 250, 18. E Scythis nomadibus fuit Anacharsis, 251, 35. Scythas qui erant sub Sciluro ejusque filio Palaco, subegit Mithridates Eupator, 256, 36. Scythiæ animal quod κόλος vocatur, describitur, 259, 33. Scythicæ ad Mæotidem regiones aquilas non habent, 259, 32. Arcus Scythicus, 103, 27.

Σκυθῶν ἐρημία, Scytharum desertum, regio in occidentali Ponti litore, juxta quod mare est paludosum, 42, 2; 43, 52.

Scythia parva, ἡ μικρὰ Σκυθία, vocabatur Chersonesi pars quam Tauri tenebant, et quæ extra isthmum sunt usque ad Borysthenem; idem nomen etiam inditum portioni terræ quam Scythæ occuparunt Tyram et Istrum transgressi, 258, 18. Scythiæ minoris intra Istrum paludes, 264, 25.

Scythica sive Taurica Chersonesus. V. Chersonesus.

Scythopolis, Σκυθόπολις, Judæorum castellum, ad Galilæam, 649, 36. (*Beth-Sean*. V. Ritter, t. 15, 1, p. 428 sqq.)

Sebaste, Σεβαστή; sic Pythodorus denominavit Cabira sive Diospolin Ponti urbem, eaque pro regia utitur, 477, 10.

Sebaste, i. q. Samaria in Judæa, 647, 26.

Sebennytice urbs, ἡ Σεβεννυτικὴ πόλις, in Delta regione Æg., 681, 27.

Sebennyticum Nili ostium, Σεβεννυτικὸν στόμα, 681, 5.

Sebennyticus nomus, Σεβεννυτικὸς νομός, 681, 32.

Secoana. V. Sequana.

Segeda, Σεγήδα (Σέγιδα *St-B.*), Aruacorum sive Averacorum Celtiberorum urbs, 135, 7. (Memorat hanc urbem Appianus; aliam Segidam in Bætica habet Plinius. Situs incertus. Auctor versionis gallicæ et Groskurdius urbem esse putant eandem quæ aliis Segovia dicitur (*Segovie*). Aliter statuendum esse censeo; scilicet Appianus Segedam, quæ primi belli Celtiberici causa erat, maximam urbem Bellorum, quibus Averaci finitimi erant, fuisse prodit. Hinc facilis conjectura est Segedam esse eandem quam de populi nomine Vellicam vel Bellicam Ptolemæus dicit et inter Cantabriæ loca recenset. Hæc vero sita erat prope fontes Iberi. Eodem in tractu Bellorum vicini erant Titthi (Appian.) sive Titti (Polyb.) s. Tuisi, quos ad fontes Iberi Strabo collocat. Urbs in hodierna *Reynosa* vel in vicina regione quærenda est. In eodem tractu Celtiberorum urbem, Segesamam, Strabo memorat.

Segesama, Σεγεσάμα (*Segisama Julia*, Ptol.; *Segisamojulienses*, Plin.; *Sagesama*, Florus; hod. *Sasamon*), Celtiberorum urbs, 135, 14.

Segestes, Σεγέστης, Arminii socer, quum initio sententiæ generi restitisset, deinde ad Romanos transfugit, 242, 34; Segimunti et Thusneldæ pater, Cheruscus, 242, 25.

Segestica, Σεγεστική (Σεγέστα, Appian.; *Sissek*), Pannoniæ urbs, arx belli in Dacos opportuna, ad confluentes amnium navigabilium; Dravus ibi in Noarum influit, 260, 35 et 53. Pone Iapodes sita urbs in planitie ad Savum fl., qui in Istrum exit, 172, 48; ad Colapin fl., 173, 6; ad Noarum, 264, 15. Prope Segesticam Siscia castellum et Sirmium, 261, 6. Ad Segesticam usque pertinent Pannonii, 260, 35. Segesticam ex Iapodum regione multæ tum aliæ tum Italicæ merces deferuntur, 260, 40.

Segimerus, Σεγίμηρος, Cheruscorum dux, pater Sesithaci, 242, 30.

Segimuntus, Σεγιμοῦντος, Segesti filius, Cheruscorum dux; ejus soror, Thusnelda, Armenii uxor, et filius Thumelicus, triumphum Germanici junioris ornarunt, 242, 25.

Segobriga, Σεγοβρίγα (*Priego*), Celtiberorum opp., 135, 10.

Segusiani, Σεγουσιανοί, Lugdunensis gens, inter Rhodanum et Dubin (debebat: Ligerim) fl., 159, 40. Caput gentis Lugdunum, 154, 33. Segusianorum in campos ex Alpibus Rhodanus descendit, 154, 32.

Selenes, Σελήνης, opp. et portus pulcerrimus in Etruria. V. Luna.

Seleucia, Σελεύκεια ἡ ἐπὶ τῷ Καλυκάδνῳ, Ciliciæ urbs; in eam Holmorum incolæ migrarunt; patria Athenæi et Xenarchi peripateticorum, 572, 2. Ab ora maritima Seleuciam itur per viam Ποικίλῃ petræ incisam, 572, 30.

Seleucia, olim Soloce dicta, Susidis vel Elymaidis urbs, ad Hedyphontem fl., a Mithridate I Parthorum rege capta, 634, 14. (Situs urbis ignotus. Hedyphon esse videtur hod. *Djerrahi*. Urbem in tabula retuli ad vastas ruinas *Mandjarik*, quas Azaræ vindicat Rawlinson, qui Seleuciam quærit in hod. *Mansi* non longe dissita ab eo loco quo in *Djerrahi* fluvium *Zard* fl. influit. Ceterum memoratur Beth-Seleucia in Act. Sanct. Martyr. Or. I, p. 99, monente Droysenio, *Diadoch.* t. 2, p. 711.)

Seleucia, in Mesopotamia castellum, ad Zeugma Euphratis, Commagenæ a Pompeio adjecta; ibi Cleopatram Tigranes interemit, 638, 16.

Seleucia ad Tigrim urbs, 447, 17, nunc Assyriæ metropolis; Ctesiphonti vicina, 633, 13; quam munivit Seleucus Nicator, a Babylone 300 stadia distantem, 629, 10. A Seleucia ad Artemitam 500 stadia, 633, 30; ad Scenas 18 schœni sunt, 637, 13. Prope Seleuciam Tigris ab Euphrate 200 fere stadia distat, 635, 37. Seleuciæ hiemem peragunt reges Parthici, 448, 22. Ex ea oriundus Diogenes stoicus, 633, 28.

Seleucia ἡ ἐν Πιερίᾳ, Syriæ tetrapolis urbs; a quonam condita et unde dicta sit, 638, 24; 639, 53. Olim Ὕδατος ποταμοὶ vocabatur; munitissima est; Tigrane ex ea expulso, Pompejus liberam pronuntiavit, 640, 1. Ab Orontis ostio 40 stadia distat, ab Antiochia 120 st., 639, 25; a Solis 1000 fere stad., 577, 13. Ad Seleuciam Pieriæ terra ampelitis effoditur, 265, 5.

Seleucis, ἡ Σελευκίς, Syriæ regio optima, tetrapolis vocatur de maximis urbibus Antiochia, Seleucia, Apamea, Laodicea; in quattuor etiam satrapias divisa, 638, 3 et 20. Seleucidis versus Phœniciam et Cœlesyriam terminus sec. nonnullos est Eleutherus fl., 641, 37.

Seleucus Nicator, Σέλευκος ὁ Νικάτωρ, in Syria condidit

Digitized by Google

Antiochiam, Seleuciam, Apameam et Laodiceam, quibus nomen dedit de Antiocho patre, de se ipso, de Apama uxore et matre Laodicea, 638, 25. Argivos Triptolemi posteros in Antiochiam conduxit, 638, 45. Seleuciam ad Tigrim munivit, 629, 11. Regiones quasdam ad Indum sitas dedit Sandrocotto, contracta cum eo affinitate, ac pro iis 500 elephantos accepit, 616, 28. Elephantos istos in Apamea urbe alebat, 640, 31; ibidem regis erant equilia et τὸ λογιστήριον, 640, 37. In Media condidit Europum, 450, 6. Cf. Rhagæ. Seleucus Lysimachum evertit, et a Ptolemæo Cerauno dolo interficitur, 533, 16. Seleuci uxor Apama, 494, 52.

Seleucus Callinicus, Σέλευκος ὁ Καλλίνικος, Antiochiam urbem auxit, 638, 39. Ei contra Antiochum Hieracem fratrem belligeranti socii erant Aradii, 642, 12. Seleucum Callinicum fugiens Arsaces ad Apasiacas se contulit, 440, 28.

Seleucus Chaldæus astronomus e Seleucia urbe, 629, 43. Babylonius 4, 50; non eadem ubique Oceano accidere statuit; cujus testimonio usus est Hipparchus, 4, 50. Seleucus a mari Rubro oriundus a Posidonio laudatur de æstus marini æqualitate et inæqualitate pro ratione signorum cœlestium, 144, 54.

Selge, Σέλγη, Pisidiæ opp., 488, 10 et 18; ejus conditores; Selgensium respublica; regionis natura; gummi quoddam Selgicum et iris et styrax Selgicus, 488, § 3; historica de Selgensibus, 489, 17. E Selgensibus montibus Eurymedon et Cestrus oriuntur, 489, 15.

Σελινούντιος Apollo colitur Oroblis in Eubœa, 382, 37.

Selinus, ὁ Σελινοῦς, Achaiæ fl., Ægium perfluit, 332, 27.

Selinus, Elidis fl., locum præterit quem Dianæ emit Xenophon, 332, 29.

Selinus Dianæ Ephesiæ templum præterfluit, 332, 28.

Selinus, Ciliciæ fl. et opp., 571, 35. A Selinunte ad Acamantem Cypri pr. 1000 stad., 581, 49.

Selinus, Siciliæ fl. apud Hyblæos Megarenses, 332, 31. (Hic fl. aliunde non notus, quantum sciam. Novimus Selinum ad Selinum urbem Megarensium coloniam.)

Selinus, Siciliæ fluvius (ad Selinuntem urbem), cui objacet Cossurus insula, 708, 10.

Selinus, Siciliæ urbs, a Megarensibus Siculis condita, 226, 45; nunc jacet, 226, 42. Ad Selinuntem calidæ aquæ salsæ, 228, 28.

Selinusia, Σελινουσία, palus ad Caystri ostia; ampli ex ea Ephesiæ deæ reditus, 548, 31.

Selleis, Σελλήεις, fluv. ab Homero (Il. 2, 659; 15, 531) memoratus; eum ad Dodonam quærit Apollodorus, quum apud Eleos cum Demetrio Scepsio quærendus sit, 272, 49. Nullus enim Selleis fluvius apud Ephyram Thesproticam invenitur, 291, 20; 290, 39.

Selleis fl., Σελλήεις, Elidis fl., e Pholoe oritur; inter Chelonatam et Cyllenen exit, 290, 28; viginti quinque transitus habet, 502, 34; ei adjacet Ephyra, 290, 30. Inter Selleentem et Peneum Pylus urbs, 291, 36.

Selleis, Achaiæ fl., apud Sicyonem; ei vicinus pagus Ephyra, 291, 5.

Selleis, Troadis fl., ad quem Arisba sita fuit, 505, 17.

Selli, Σελλοί, Epiri populus, in regione Dodonæa apud Homerum ponuntur, 23, 38; 272, 35. De nominis etymo Apollodori sententia, 272, 35.

Selurus, Σέλουρος, bubulcus Siculus, prædationibus regionem Ætnæam infestavit; Romæ a bestiis dilaceratus est, 227, 6.

Selybria, Σηλυβρία (vulgo Selymbria), id est Selyis urbs, 265, 21; in Thraciæ ora ad Propontidem (*Silivri*), 284, 12.

Sema, τὸ Σῆμα, Alexandri et regum Ptolemaicorum sepulcrum, 675, 5.

Sembritæ, Σεμβρῖται (*Semberrites* ap. Plin.), i. e. advenæ, vocantur Ægyptii, qui in Tenessi Æthiopiæ regione sedes fixerunt. Meroes reginæ parent, 656, 11. Sembritæ dicebantur Ægyptii qui a Psammeticho deficientes insulam supra Meroen sitam occuparunt; reginam habent, quæ Meroes regibus paret, 668, 38.

Semicanes. V. Hemicynes.

Semiramis, Σεμίραμις, Nini uxor, cui in regno successit, Babylonem condidit, 627, 27, et regiam habuit, 70, 2. Semiramis et Ninus Syri dicuntur, 70, 1. Semiramidis murus, Euphratem et Tigrin jungens, τῆς Σεμιράμιδος διατείχισμα ad Tigrin, 67, 1; 455, 10. Semiramidis opera per totum Assyriorum regnum monstrantur, 627, 29. Semiramidis in Indiam expeditio infelix, 585, 34; cum 20 hominibus ex India fuga evasit, 614, 34. Secundum Megasthenem, Semiramis, priusquam expeditionem Indicam aggrederetur, obiit, 586, 1. Semiramidis aggeri imposita Tyana, 460, 42.

Semnones, Σέμνωνες, (Σέμνονες, Ptol. 2, 11, 15), Suevica gens, quam vicerunt Marcomanni, 241, 32.

Sempronii Fanum. V. Forum Semp.

Sena, Σῆνα, (*Sinigaglia*), Umbriæ opp., 189, 10 et 18, Cf. Sila.

Senones, Σένονες, Galliæ pop., et Remi a Treviris et Nerviis occasum versus habitant, 161, 37. Cf. v. seq.

Senones Italiæ e Gallia immigrarunt, 162, 24. Senones Galli, qui Romam ceperant, ad Padum consederunt, 177, 17; 180, 14; postea prorsus deleti sunt, *ib.*

Sentinum, Σεντῖνον (ruinæ ad *Sassoferrato*), Umbriæ urbs, 189, 12.

Sepiæ ad Sipuntis litus fluctibus ejiciuntur, 236, 7.

Sepias, Σηπιάς, Magnesiæ litus tragœdiis et Persica clade notum, 380, 33; prom. Magnesiæ, 279, 33.

Sepias, Σηπιάς, Magnesiæ opp., cujus incolas in Demetriadem conducti; nunc pagus Demetriadis, 374, 44.

Sepius. V. Sipuntum.

Septem fratrum monumenta, τὰ ἑπτὰ ἀδελφῶν μνήματα, in Mauretania ad fretum Herculeum, 702, 31.

Septem putei, Ἑπτὰ φρέατα, Arabiæ locus, 11 dierum itinere a Negranis distans, 665, 31.

Septempeda, Σεπτέμπεδα, Piceni opp., 201, 3.

Septentrionalis plaga ap. Homerum verbis πρὸς ζόφον indicatur, 28, 26.

Sepultura mortuorum ap. Persas, 625, 34.

Sequana (Σηκοάνας), Galliæ fl., 157, 4; 161, 12; ex Alpibus oriens per Sequanos fluit Rheno parallelus, 159, 46. [Sequanorum et Sequanæ nominum similitudo Strabonem in errorem induxisse videtur.] A meridie versus septentrionem fluit; ostia ejus paullo longius quam Rheni a Britannia distant, 160, 42. Flexibus suis plus regionis includit quam Rhenus, 160, 37. Longius quam Liger et Garumna navigatur. 160, 42. Ad Sequanam Parisii eorumque urbs Lucotocia (Lutecia), 161, 54, Meldi et Lexobii, 162, 2; ad ostia Caleti, 161, 40; ab ostio in Britanniam trajiciunt, 166, 13. Ad Sequanam a Lugduno 1000 stadia, 160, 47.

Sequani, Σηκοανοί, Galliæ populus, 171, 43; 173, 30. Helvetiis vicini, 161, 4, a quibus dirimuntur Jurasio monte, 161, 7; pertinent usque ad Ararem fl., 154, 35; 160, 7; 159, 49, et usque ad Rhenum, 159, 49. Per eos Sequana fluit, *ib.* Sequani antiquitus Romanorum et Æduorum inimici; Germanis in Italiam irrumpentibus socios se præbuerunt, tam potentes ut discessu suo illos redderent impotentes, 160, 7. Eorum cum Æduis inimicitiam auxit contentio de vectigalibus ex Araris fl. transitu percipiendis. Nunc vero Romanis parent, 160, 13. Optima salsamenta suilia Romanis suppeditant, 160, 1.

Digitized by Google

Serapis. V. Sarapis.
Seraspadanes, Σεραστπαδάνης, Phraatæ IV filius, 637, 32.
Seres, Σῆρες, Indiæ; longævi, 597 54; 598, 50. Ad Seres et Phrynos usque Bactriæ reges græci dominationem protulerunt, 443, 10. Σηρικὰ ὑφάσματα, 591, 37.
Serguntia Durio adjacens Celtiberorum urbs, 134, 38. (Intelligenda est ea urbs, quæ ap. cet. Seguntia (*Siguenza*) vocatur, quæ a Durio meridiem versus 250 fere stadia distat. Haud longe tamen a Seguntia fluvius est qui in Durium exit. Sergnntiam pro Seguntia dixit, ut *Œarso* pro *Oeaso* dicitur et similia).
Seriphus, Σίριφος, Cycladum una, 417, 2, fabulis de Dictye, Danae, Perseo, Gorgonis capite, nota, 418, § 10.
Serpentes Mauretaniæ, 702, 2; ingentes ap. Hesperios Æthiopes, 702, 20; cum elephantis pugnantes in Meroe ins., 698, 5; in arenis isthmi Pelusiaci, 682, 28. Fugantur gangiti lapide, 636, 25. Serpentes ὑμενόπτεροι in India, 599, 11. Alii serpentes Indiæ ingentes, 58, 51; in Abisari regione, 595, 16, et in Æthiopia, 660, 3. Serpentes Sabæorum terræ, 662, 12; Gedrosiæ, 615, 20. Serpentum coriis nonnulli barbarorum Libycorum pro indumentis utuntur 703, 24. Serpens 10 cubitorum inter dona quæ Porus Augusto misit, 612, 40.
Serrium, Σέρριον (Σέρρειον Herodot.), Thracicæ oræ prom, 282, 29.
Sertorius Σερτώριος, in Hispania bellum gessit, 131, 27; circa Segobrigam et Bilbilin, 135, 11; in laccetanorum regione, 134, 19. In Ileda, Osca, Calaguri, Tarracone et Hemeroscopio oppidis postremam belli partem confecit, postquam Celtiberia fuit ejectus; decessit autem Oscæ, 134, 4, debellatus, 239, 2. Dianio ad Hemeroscopium sito tamquam arce usus est, 132, 1. Antæi ossa ad Lyngem Mauretaniæ detexit, 703, 54.
[Q. Servilius] Cæpio (*Scipio* codd.) quum Tolosæ thesauros Delphis raptos attrectasset, vitam in calamitatibus finivit tanquam sacrilegus, patria ejectus, relictis filiabus, quæ constupratæ perierunt, prodente Timagene, 156, 5.
Servilius Isauricus piratas debellavit, 567, 42; Olympum, Corycum, Phaselidem, alia castella, quæ Zenicetes prædo tenebat, cepit, 573, § 7. Isauricus dictus est quod Isauros debellavit, 487, 17.
Sesamus in India, 588, 47. Sesami oleo Assyrii unguntur, 635, 19.
Sesamus, Σήσαμος, olim pagus, postea arx Amastris urbis, 466, 45.
Sesarethii, Σεσαρήθιοι (qui et Dasarethii), in Illyrico, 271, 23.
Sesithacus, Σεσίθακος, Segimeri Cheruscorum ducis filius, cum Rami uxore triumphum Germani ornavit, 242, 30.
Sesostris, Σέσωστρις. Ejus peregrinatio, 51, 18. Expeditione sua in Europam usque processit, 585, 47. Totam Æthiopiam permeavit usque ad Cinnamomiferam regionem. Quædam ejus monumenta monstrantur, columnæ et inscriptiones, 671, 46. Troglodyticam subegit usque ad Diren prom., ubi columnam posuit; hinc in Arabiam transgressus omnem Asiam peragravit; quapropter multis in locis Sesostris valla appellantur, et templa Ægyptiorum deorum inveniuntur ab eo exstructa, 654, 40. Sesostris Isidis fanum ad oram sinus Arabici exstruxit, 655, 49. Ante bellum Trojanum primus fossam e Nilo in sinum Arabicum ducendam fodere cœpit, 683, 36; qua de causa cœptum non peregerit, 32, 4.
Sestias, Σηστιὰς ἄκρα, prom. Chersonesi Thrac., 284, 3. Ad eum Xerxis pons, 284, 3.
Sestus, Σηστός, Chersonesi Thracicæ urbs, 89, 41; una cum Abydo subjecta erat Asio, 501, 19. Bene munita, est; olim sub eodem duce erat sub quo Abydus, 506, 1; ab Abydo distantia; ad Sestum locus, quo Xerxes pone Hellespontum junxit, Apobathra dicitur; situs urbis; in Abydum transjiciendi ratio, 506, 4 et 26. Septem stadiorum fretum inter Sestum et Abydum, 103, 6. Sestus ab Ægospotamo 280 stadia distat, 284, 5.
Sethroites nomus, Σεθρωΐτης νομός, Ægypti juxta lacum in Delta regione, 683, 25.
Setia, Σητία, Latii opp. inter Appiam viam et Latinam, 198, 4.
Setinus in Latio ager palustris, 193, 9. Setinum Latii vinum nobile, 195, 5; 198, 5.
Setius mons, Σήτιον ὄρος, (sic Ptol.; Σίγων ὄρ. codd. Strabon.), *Cap. de Cette*, in sinu Gallico, 150, 48.
Seusamora, Σευσάμορα (*Samthawro*), Iberiæ castellum ad fluvium [*Aragum*], qui in Cyrum influit.; objacet 16 stadiorum intervallo Harmozica ad ipsum Cyrum, 429, 39. Cf. Harmozica.
Seuthes, Σεύθης, Odrysarum rex, 282, 50.
Sevennæ. V. Cemmenus mons.
Servius rex Esquilinum et Viminalem colles urbi adjecit, 195, 27.
Servorum nomina apud Atticos usitatissima, 253, 1.
Sextiæ aquæ. V. Aquæ Sextiæ.
Sextius Salyes a locis maritimis repulit, derelictamque ab iis regionem Massiliensibus adjunxit, 149, 40. Aquas Sextias condidit, 149, 42.
Sibæ, Σίβαι, Indiæ gens, 597, 24. Pellibus amiciuntur et clavæ signum bobus et mulis inurunt, ideoque Herculis posteri esse creduntur, 586, 41.
Sibini, Σιβινοί, Germaniæ gens, cum Zumis, Butonibus Mugilonibus, Semnonibus inter eos recensentur, quos Marcomanni vicerint, 241, 32. (Haud dubie iidem sunt, qui apud Ptolemæum 241, 32 Σειδινοί, Σιδεινοί, Σιδηνοὶ vocantur et inter Suebum et Viadrum fl. ponuntur.)
Sibylla Erythræa, 550, 48; 691, 44. Sibyllæ oraculis Romani utuntur, 691, 10. Sibyllæ oraculum, 486, 18.
Siccitas ingens in Asia Artaxerxis temporibus, 41, 25.
Sicani, Σικανοί, barbara Siciliæ gens, 224, 31.
Sicilia, Σικελία νῆσος μεγίστη τῶν καθ' ἡμᾶς καὶ ἀρίστη, 101, 32. Eam Homerus eodem modo quo prisci historici descripsit, sec. Polybium, 19, 41. Siciliam Homero melius novit Hesiodus, Ætnam et Ortygiam memorans, 19, 10. Sicilia a Rhegina regione abrupta censetur, 50, 10. Fortasse non est frustum ab Italia abruptum, sed vi Ætnæi ignis insula e profundo projecta, 45, 21. Olim Trinacria, deinde Thrinacis dicta; ejus figura triquetra; Pachynum, Pelorum et Lilybæum promontoria; singulorum laterum longitudo totiusque insulæ ambitus sec. Posidonium et Chorographum romanum et Ephorum, 220, § 1; 69, 28. A Criumetopo Cretæ ad Pachynum pr. 4500 stadia; hinc ad fretum Siculum 1000 et amplius; a freto ad Columnas 12000 stadia, 87, 32. A Sicilia ad Carthaginem 1500 stadia, 101, 17. Sicilia tota est cava et sub terram ignis fluviorumque plena, 228, 22. Agri præstantia, 227, 11. In mediterraneis pauca habet oppida, quorum pleraque pastorum domicilia, 226, § 6. Sic ora a Pachyno ad Lilybæum pertinens nunc fere deserta est, 226, 7. Siciliæ aquæ calidæ Selinuntiæ, Himerenses, Ægestææ, 228, 26; crateres Palicorum, 228, 32. Sicilia ταμιεῖον τῆς Ῥώμης, 227, 18. Insulam tenentes barbari partim indigenæ, partim e continente advenæ, 224, 27; eos a maritimis Græci arcebant; in mediterraneis vero manebant Siculi, Sicani, Morgetes et alii nonnulli, inter eosque Iberes, qui omnium primi insulam frequentasse ab Ephoro dicuntur, 224, 29. Ex Italia migrarunt Morgetes et Siculi ab Œnotria ejecti, 214, 23. Siciliæ tyranni Italiæ inferioris incolas, Græcos maxime, damno affecerunt, 210, 50. V. Dionysius. Græcos et

Digitized by Google

barbaros Siciliæ infestarunt Carthaginienses, 224, 36. Sicilia ab armentorum pastoribus in magnum discrimen adducta, 226, 52. Siciliam S. Pompeius ad defectionem pertraxit, 214, 29; 117, 27. Siciliæ prætor, 230, 24.

Sicinus, Σίκινος, ins. maris Cretici, 416, 15.

Siculi, Σικελοί, barbara Siciliæ gens, 224, 31. E Rhegii regione ab Œnotris pulsi in Siciliam abeunt, 214, 23. Siculos nominat jam Homerus, p. 5, 32.

Siculum fretum, ὁ Σικελικὸς πορθμὸς ὁ κατὰ Σικελίαν πορθμός, eodem quo Oceanus modo fluctibus agitatur, sec. Eratosthenem, 45, 46; ob fluxus et refluxus periculosum est, 19, 28. Hinc Homerica de Charybdi fabula, 36, 23. Loca freto vicina Homeri temporibus inaccessa penes latrones fuerunt, 16, 51. Freti latitudo septem stadiorum, 101, 15; sex stadiorum sunt summæ angustiæ, 213, 39. Siculum fretum sub eodem meridiano sub quo Carthago et Roma sec. Eratosthenem, 76, 48. A Siculo freto quot sint itinere terrestri et maritimo stadia usque ad Iapygiam, 176, 19. Ab eo ad Lacinium 1300 stadia sec. Polyb., 217, 31; ad Narbonem 11200 st. et amplius sec. Polybium, 86, 48; ad Peloponnesum 3000 stadia sec. Dicæarchum, 86, 37. In Siculum fretum feruntur thynni, quos ibi vorant pisces majores, 20, 1. In Siculum fretum desinit Apenninus m., 106, 46. Cf. 175, 17 et 25.

Siculum mare, Σικελικὸν πέλαγος. Ejus situs et ambitus, 102, 2; a Pachyno ad Cretam longitudo stad. 4500; tantundem ad Tænarum Laconicæ, 102, 25; ab Iapygia acra ad recessum sinus Corinthiaci minus 3000 stadiis, *ib.* Siculum pelagus contingunt Creticum, Saronicum et Myrtonm, 102, 35. Siculum mare etiam Ausonium dicebatur, 194, 17; 101, 45; confluit cum eo id quod ante Syrtes et Cyrenaicam est, 101, 45. Implet sinum Ambracicum, Corinthiacum et Crisæum, 269, 10; profundissimum est, 176, 13. Aliis locis passim mare Siculum memoratur.

Sicyon, Σικυών, initio *Ægiale*, dein Mecone dicta; urbem a mari in locum 12 vel 20 a litore stadia distantem transtulit Demetrius Poliorcetes, 328, 42 *sqq.*, 320, 17. Urbem Asopus præterfluit, 225, 46; 328, 29. Ad Sicyonem est Selleis fl., eique vicinus Ephyra pagus, 291, 5. Sicyoniam a Corinthia Nemea fl. discernit, 328, 44. Sicyoniæ pars Asopia, 328, 29; pagus Plataeæ, 354, 2. Sicyon in Agamemnonis regno fuit, 324, 12. Eam obtinuit Phalces, 334, 48. Sicyoniorum tyranni; in libertatem Sicyonios vindicavit Aratus, 328, 50, et fœderi Achaico adjunxit 330, 52. Sicyonii maximam partem agri Corinthii a Romanis acceperunt, 327, 26. Pingendi et fingendi artes excoluerunt, 328, 14. Sicyone est templum Diæ seu Hebes, 328, 37.

Side, Σίδη, Pamphyliæ opp., 488, 12; ab Acamante Cypri pr. 1600 stadia distans, 581, 51. Cumæorum colonia; Minervæ ibi templum; propinqua ei est ora Cibyratarum minorum, 570, 2. Sidæ est Cilicum piratarum ναυπήγιον et forum, 567, 15.

Side, Ponti castellum, Sidenæ regioni nomen dedit, 469, 38.

Sidene, Σιδηνή, Ponti regio, 104, 33; 469, 38; 470, 15. 476, 23; Themiscyræ contermina, castella habet Siden, Chabaca et Phabda, 469, 36. Amisenorum est, 469, 2 et 17. Major Sidenes pars humilis est, 44, 3.

Sidena, Troadis opp. ad Granicum, nunc dirutum, 502, 45. Sidenam Glaucias tyrannus confugerat; Crœsus oppidum diruens quum diris devoveret eos qui denuo locum muro cingerent, postea oppidum alio in loco positum est, 514, 49.

Sidetani. V. Edetani.

Sidicini, Σιδικῖνοι, quorum est Teanum, opp., genere Osci sunt, 197, 52.

Sidon, Σιδών (*Saida*), Phœniciæ urbs, a Beryto 400 (deb. 200) stadia, 644, 7; a Tyro 200 st. distat, 645, 9; portum bonum habet, 644, 19. Prope Sidonem incipit Antilibanus, 642, 42. Sidone dies maxima 14 ¼ horarum, 110, 48. Sidonis major pars terræ motu diruta, et alia urbs supra Sidonem sita absorpta est, 48, 23. Sidon a poetis magis quam Tyrus celebratur, 644, 13. Sidonios Homerus novit, 2, 6. Sidonii, quos Menelaos ap. Hom. adiit, sunt urbis Phœniciæ, 33, 37. Antea Alexander et Helena eorundem hospitio usi erant, 34, 10. Nonnulli Sidonios Homericos quærunt in sinu Persico; horumque colonos esse volunt Sidonios Phœniciæ, 667, 10; 35, 35. Sidoniorum opera, πέπλοι παμποίκιλοι, 34, 13; cratera argentea auro ornata, 34, 18, et alia, 34, 28. Vitri fabricas habent, 645, 12; πολυδαίδαλοι, 34, 29; πολύτεχνοι et καλλίτεχνοι; astronomiæ et arithmeticæ et reliquæ philosophiæ periti, 644, 43. Sidonius Mochus, Trojano bello antiquior, cujus de atomis dogma esse dicitur; alii Sidonii sunt Boethus philosophus et frater ejus Diodotus, 645, 1. Sidonii exsules Aradum condunt; cum Aradiis et Tyriis Tripolin condiderunt, 642, 31

Sidones, Σιδόνες, Bastarnica gens, sedis incertæ, 254, 32.

Siga, Σίγα, Massæsyliorum urbs, Sophacis regia, nunc diruta, 704, 16.

Sigeli, Σιγήλου, monumentum in Bœotia, 346, 46. Cf. Narcissus.

Sigerdidis, Σιγέρδιδος, regio, sicuti Saraosti regio, a Patalene ortum versus sita (in *Guzerati* vel etiam magis meridiem versus), a Bactriæ regibus græcis occupatur, 443, 8. (*Sigerus* portus, hod. *Zygour*, memoratur Plinio; idem Melizigara vocatur in Anon. *Peripl. maris* Erythr. Is tamen num ad nos pertineat, parum liquet.)

Sigeum, Σίγειον (*Ieni-scher*), Troadis opp. muro cinxit Archæanax Mytilenæus Iliacis lapidibus usus, 513, 17; occuparunt Athenienses Phrynone duce; ortas hinc controversias tandem diremit Periander, 513, 19. Sigeum ab Iliensibus dirutum inobedientiæ causa, 513, 45; 509, 44. Sigenses partem agri trojani, post eversam urbem, obtinuerunt, 515, 8.

Sigeum, Σίγειον, Troadis prom., ab Eleunte 40 stad. distans, a Rhœteo 60 stadia, 510, 2; 283, 35 Σιγειὰς ἄκρα, 516, 43. Τῇ Σιγειάδι ἄκρᾳ objacent in Chersoneso Protesilaeum et Eleussa, 509, 51. Ad Sigeum Stomalimne, 511, 24; Naustathmum Græcorum, 512, 23; Achillis templum et sepulcrum, 510, 7, et Patroclii et Antilochi sepulcra, *ib.* Sigeum prom. nonnullis Hellesponti instium, 284, 43.

Sigia, Σιγία, vocabatur locus in quo Alexandria Troadis posita, 517, 15,

Siginni, Σίγιννοι, una cum Derbicibus, Tapyris et Caspiis memorantur, 446, 4 (adeo ut inter mare Caspium et Persidem alicubi eos posuisse Strabo videatur Alii Siginnos prope Colchidem collocant. V. Saint-Martin *Géogr. anc. du Caucase* p. 61 *sqq.*); de Siginnorum moribus quædam, *ib.*

Signia, Σιγνία, Latii opp. inter Latinam viam et Appiam, 198, 4. Signium vinum alveum sistens, 198, 5.

Sigriana, ἡ Σιγριανή, Mediæ regio, 450, 40.

Sigrium, Σίγριον, Lesbi prom., 284, 44; 527, 13 et 22; 528, 29 et 33.

Sila, Σίλας, silva in Bruttio 700 stadiorum longitudine. Hinc pix optima, 216, 52.

Sila, Σίλα (Sena?), urbs ab Iapygia 562 mill. abest sec. Polyb., 236, 44.

Silaceni, Σιλακηνοί, Elymæis finitimi, quorum exiguus est principatus, 634, 22. [Ni fallor, sunt incolæ *Silakhur* regionis, quæ est in convalle *Dizzul-Rud*, ubi

Digitized by Google

exstat *Burudjird* opp. (34° lat., 46° — 47° long.). Cf. Rawlinson apud Ritter. t. 9, p. 211.
Silanus, Σιλανός, historicus de fonte quodam Gaditano ab Artemidoro laudatur, 143, 23.
Silaris, Σίλαρις, Campaniæ in Lucaniæ finibus fl., 209, 39; 212, 18; cujus aqua plantas injectas in saxa convertit, 209, 25. Fluvius a Sirenussis 260 stadiis abest, 209, 33. Ad eum usque Picentini habitant, 209, 21.
Silas, Σίλας Indiæ, fl., cui nihil innatat, 599, 23.
Sileni, Σιληνοί, Bacchi ministri, 400, 23; 402, 17.
Silenus, tibiarum inventor, 403, 45.
Siliquastrum, ἡ κερατία, in Meroe ins., 698, 3.
Silvium, Σιλούιον, Apuliæ urbs, usque ad quam Peucetii pertinebant, 236, 25.
Σίλφιον. V. Laserpitium.
Silta, Σίλτα, Thraciæ locus Perintho et Selybriæ superjacens (fort. hod. *Tchandu*), 284, 13.
Simi, Σιμοί, Æthiopes, orygum cornibus pro armis utentes, cum Struthiophagis bella gerunt, 657, 31.
Simiæ Mauretaniæ, 702, 6.
Simmias, Σιμμίας, grammaticus, Rhodius, 559, 45; 312, 46.
Simodia, ἡ Σιμῳδία. V. Simon.
Simois Σιμόεις, Siciliæ fl., cui nomen indidit Æneas, 520, 16.
Simois, Troadis f., Callicolonen præterfluit 5 stadiorum intervallo, 511, 33; cum Scamandro coit, 511, 22. Cf. Scamander. Per Simoisium campum labitur, 511, 15. Ad Simoentem Polium condiderunt Astypalæenses, 515, 1. Simoisius campus Troadis, Σιμοείσιον πεδίον, 511, 14. (Cf. Scamandrius campus.) [Simois fl., sec. Demetrium Scepsium ejusque sectatorem Strabonem, is esse debet qui hodie *Dumbrek* vocatur, atque Thymbrius fl. in hodierno *Kamara-Su* ex eorundem sententia quærendus est. (V. Eckenbrecher in *Rhein. Mus.* 1842, p. 1 *sqq.*, et Ulrichs, *ib.*, 1843, p. 573 *sqq.*) Num vero recte ita Demetrius statuerit, jure tu quæras. Ipsa nomina clamant Simoentem esse hodiernum *Shimar* et Thymbrium nunc vocari *Dumbrek*. Idque bene cadit in veterem geographiam, si vetus Troja in eodem loco erat quo Ilium novum, ut ipsi Ilienses contendebant et Hellanicus et Alexander et ceteri omnes grammaticorum ævo antiquiores. Quorum sententiam impugnans Demetrius haud dubie contendit Simoentis et Thymbrii nomina a posterioris ævi Iliensibus ad fluvios esse translata a quibus sec. Homeri carmina aliena essent.]
Simonides, Σιμωνίδης, iamborum poeta, in Amorgo ins. natus, 418, 47.
Simonides Cyzicus, ex Iulide Ceus, consobrinus ejus Bacchylides, 417, 43. Simonides ἐν Μέμνονι ἀθυράμβῳ τῶν Δηλιακῶν de Memnonis sepulcro, 619, 45. De Perrhæbis et Lapithis, 379, 14. De Hyperboreis, 605, 53. Laudatur etiam p. 529, 16.
Simus, Σῖμος (Σίμων, codd.), p. 553, 27, μελοποιός, e Magnesia ad Mæandrum oriundus, τὴν Σιμῳδίαν introduxit, 553, 27 et 36.
Simyra, τὰ Σίμυρα, Syriæ opp. a Maratho meridiem versus situm, 641, 35. [Simyra, secundum Schawii sententiam, foret hod. *Sumra* (sedes Zemaritarum, ap. Mosem 1, 10, 18, ut Ritter censet, t. 17, p. 857); qui locus in Berghausii tabula *Yamura* scribitur et e regione Aradi insulæ et a Fonte serpentium (*Enydra*) occasum versus ponitur. Id vero parum quadrat in Strabonianam nominum seriem et in ea quæ apud Ptolemæum et Plinium leguntur, quorum ille Simyra ad Eleutherum fl. ponit, Plinius autem, 5, 20, 77 *sq.*, Libanum usque ad Simyram, quam inter Marathum et Eleutherum ponit, porrigi tradit. Hinc patet τὰ Σίμυρα magis meridiem versus fuisse eo fere in loco ubi Itin., p. 572 habet *mutationem Spiclin* (?), 12 m. p. ab Arado dissitam. Mensura hac ducimur ad hod. *Simohea*, quod ipsum fort. est *Simyra* veterum.]
Sinda, τὰ Σίνδα, Pisidiæ opp., 488, 20 et 39; ἡ Σίνδα, 538, 52.
Sindi, Σινδοί, Mæotarum populus, 424, 54. Eorum regia Aborace, 424, 39.
Sindice, Σινδική, ad Bosporum Cimmerium regio; in eo Hermonassa et Apaturi Veneris fanum et Gorgipia et Sindorum regia Aborace, 424, § 10; 422, 36; 258, 30.
Sindicus portus, Σινδικὸς λιμήν, et urbs, 180 stadiis a Corocondama orientem versus, 426, 7.
Sindomana Σινδόμανα (Siudonalia codd.), Indiæ urbs in Sabi ditione, 597, 30.
Sindones ex lana arborea in India conficiuntur, 591, 35. Sindonibus candidis Indi utuntur, 612, 13; iidem epistolas in sindonibus scribunt, 610, 33.
Singiticus sinus, Σιγγιτικὸς (Σιγγικός, 279, 19) κόλπος, Thraciæ, 279, 19, 28 et 31.
Singus, Σίγγος, vetus Macedoniæ urbs, nunc diruta, quæ Singitico sinui nomen dedit, 279, 20.
Sinna, Σιννᾶ, in Libano locus munitus, Ituræorum prædonum receptaculum, 643, 16. Castellum istud fortassis in hodierno *Djebel Sannin* fuisse ob nominum similitudinem suspicatur Ritterus, p. 17, p. 585.
Sinnaca, Σίνναχα, Mygdoniæ opp., in quo Surena Crassum dolo captum interemit, 636, 8.
Sinope, Σινώπη, Ponti urbs, Milesiorum colonia; urbis situs, potentia, fata, monumenta enarrantur; viri Sinopenses celebres, 467 *sq.*, § 11. Sinope et Lysimachia in eodem parallelo, 111, 19. Sinopen inde ab Issico sinu circa 3000 stadia sec. Eratosth., 57, 6; ab Amiso 90 stadia, 468, 42. Distantiæ a Chalcedonensi fano et Heraclea et Carambi, 468, 9. Sinopensium pagus Armene, 467, 16; emporium olim fuit Cytorum, 466, 50. Circa Sinopen sunt vestigia expeditionum Phrixi et Iasonis, 38, 22. In Sinope urbe Mithridates Euergetes necatur, 410, 22. Sinopes regio oleas fert, 61, 18. Ἡ Σινωπῖτις ὀρεινὴ quasnam arbores ferat, 468, 25. Ad Sinopen pelamydum piscatio, 366, 6. Sinopica rubrica in Cappadocia reperitur, e Sinope vero quum exportari soleat, Sinopica dicta est, 462, 39. Sinopicâ terrâ non deterius est minium Turdetaniæ, 119, 34.
Sinoria, Σινορία, Armeniæ minoris castellum ad fines Armeniæ majoris situm; unde Συνορία a Theophane appellatur, 475, 41.
Sinotium, Σινώτιον (*Sign*) vetus et novum, Dalmatarum urbes ab Augusto combustæ, 261, 52.
Sinti, Σιντοί, Thraces, quos Σίντιας Homerus vocat, 398 21; 282, 15; Lemnum incoluerunt, 282, 15. Sinti, Sinties, Saii, Sapæi una eademque gens; habitarunt in Lémno et circa Abdera, 471, 3. Per Sintos et Mædos Strymon decurrit, 281, 19.
Sinties. V. Sinti.
Sinuessa, Σινόεσσα, Latii opp., 194, 43; 197, 27; 202, 39; in via Appia, 194, 26; 235, 7. Ejus situs; aquæ Calidæ, 195, 7. Ad Sinuessam usque Latinorum ora maritima pertinet inde ab Ostia, 182, 22; 192, 54. A Sinuessa ad Misenum pertinens sinus magnus, 202, 5.
Siphnus, Σίφνος, Cycladum una; maris Cretici ins.; Σίφνιος ἀστράγαλος, 416, 19; 417, 3.
Sipuntum, Σιποῦς, Apuliæ oppidum, Diomedis opus, quasi Σηπιοῦς, a sepiis, quæ ibi mari ejiciuntur, nomen habet, 236, 5.
Sipûs. V. Sipuntum.
Σιπυλήνη Rhea, 402, 45.
Sipylus, Σίπυλος, Lydiæ mons, 48, 48. Ei subjacet Magnesia,

Digitized by Google

489, 48; 531, 37. Sipyli metalla, 580, 21. Regio quæ circa Sipylum est, sæpe vocatur Phrygia, 489, 40.
Sipylus, Lydiæ urbs, regnante Tantalo terræ motu eversa, 48, 48; 496, 15.
Siraci, Σιρακοί, Asiæ pop. inter Oceanum et Caucasum, 422, 32; Σίρακες nomades inter Mæotidem et Caspium mare, 434, 29. Siracum planities a borea Caucasi, 434, 21. Siraces Achardeum fl. accolunt, 434, 41. Siracenam terram perfluens Mermodas in Mæotidem exit, 432, 42.
Sirbis, Σίρβις, priscum Xanthi Lycii fl. nomen, 568, 16.
Sirbonitis palus, Σιρβωνῖτις λίμνη, in Ægypti confiniis, 687, 53. Sirbonis palus, Σιρβωνὶς λίμνη, olim mare fuit; deinde lacus, tum hic erumpens in mare naturam paludis induit, 42, 10. Sirbonis palus, in loco qui Ἔκρηγμα dicitur, in mare erumpit, nunc tamen eruptio ista obturata est; paludis longitudo et latitudo, 646, § 32; 647, 19; 649, 54. Aquam habet gravissimam, et bitumen, de cujus eruptione et colligendi ratione agitur fusius, 650, 7. [*Confundit Strabo Sirbonidem lacum et Asphaltitem.*] Adjacens Sirbonidi (i. e. Asphaltitæ) paludi regio ignem alit. Tredecim olim urbes ibi fuerunt, quarum caput Sodoma, 650, § 44. [In Perræa ad Asphaltiten lacum erat *Silbonitis* regio. Quæ fortasse caussa fuit ut Asphaltites lacus cum Sirbonide confunderetur.]
Sirenes, Σειρῆνες, quarum una fuit Parthenope, 21, 33, cujus monumentum Neapoli, 18, 51. Sirenum fanum in Minervæ promontorio, quod a Surrento versus Capreas i. excurrit, 18, 35. Sirenes ab aliis ponuntur in Peloriade, ab aliis in Sirenussis, 18, 27.
Sirenes, αἱ Σειρῆνες, insulæ ad Minervæ prom. Campaniæ, 206, 14. Desertæ et saxosæ sunt, *ib.*; a continente abruptæ, 214, 51. Eædem vocantur Sirenussæ in *sqq.*
Sirenussæ, Σειρηνοῦσσαι, sec. Eratosthenem scopulus est trivertex, Cumanum sinum a Posidoniate distinguens; sec. Strabonem sunt tres insulæ in Posidoniate sinu cubito Surrentino projectæ, et Sirenes dictæ, 18, 31; 19, 16 21, 39; 210, 4. Sirenussæ quot stadia distent a Silaro 209, 32.
Sirenussarum promontorium sive Minervæ prom. Campaniæ, 206, 10; 209, 17.
Siris, Σῖρις, Lucaniæ fluvius et urbs, postmodum navale Heracleæ, a quo 24 stadiis, a Thuriis 330 stad. dissita est; Minervæ Iliacæ ibi simulacrum cur palpebras clausas habeat, 219, 20. Siris urbs Chonum erat, quo tempore Iones e Lydia profecti eam ceperunt et Polieon vocarunt, 219, 28. Siris a nonnullis Rhodiorum colonia esse dicitur, 219, 41. Siritis regio, ἡ Σειρῖτις, 212, 12. Tarentinis et Thuriis de Siritide belligerantibus, ita res composita, ut æquo utrinque jure Siritis incoleretur, Tarentinorum tamen colonia esse judicaretur, 219, 42. Siris, sec. Antiochum, postea Heraclea dicta est et cum nomine etiam locum mutavit, 219, 46.
Sirmium, Σίρμιον, Pannoniæ opp. non longe a Segestica, in via qua ex Pannonia in Italiam itur, 261, 7.
Sirrha, Σίρρα, Arrhabæi filia, mater Eurydices, quæ Philippum Amyntæ peperit, 271, 31. V. Irrha.
Sisapon vetus et novus, Σισάπων ὁ παλαιὸς λεγόμενος καὶ ὁ νέος, in Turdetania argenti metalla habent, 117, 49. (Alter est *Almaden* minii metalla habens, quæ in Sisaponense regione memorat Plinius; alter, sec. Lopez, foret *Guadalcanal*, ubi argenti metalla sunt. At hæc potius esse debent metalla quæ Strabo circa Ilipam existere ait.)
Siscia, Σισκία, castellum Pannoniæ prope Segesticam, 261, 6.
Sisimithræ petra, Σισιμίθρου πέτρα, in Bactriana, in qua Roxanen custodiebat Oxyartes, 443, 52.
Sisines, Σισίνης, Strabonis ævo Cappadociæ imperium affectans, thesauros in Noris castello asservavit; Cadena pro regia usus est, 460, 24.
Sisis, Σίσις, Antipatri Armeniæ reguli pater, 475, 37.
Σισύφειον Corinthi, 326, 15.
Sisyrba, Σίσυρβα, Amazo, a qua quidam Ephesiorum Sisyrbitæ vocantur, 541, 29.
Sisyrbitæ. V. Sisyrba.
Sitacene, ἡ Σιτακηνή, a Seleucia orientem versus, 633, 30; regio fecunda, inter Babylonem et Susidem sita, 633, 32. Sitacene, nunc Apolloniatis dicta, Babyloniæ pars Susidi proxima, 623, 18; 449, 53; imminent ei Parætaceni et ex parte Elymæi, 623, 18.
Sithones, Σιθῶνες, Edonorum pars in Macedonia, 275, 33. Sithonum in regione ad triginta urbes condiderunt Chalcidenses, 275, 36.
Sittaceni, Σιτταχηνοί, Mæotarum gens, 425, 2. (*Siraceni* ap. Ptolemæum?)
Smaragdi in India, 611, 40. Smaragdi in aurifodinis, 663, 9. Smaragdi metalla in ora maris Rubri, 692, 44.
Smintheus. V. Apollo.
Sminthium, Σμίνθιον, Chrysæ ad Theben sitæ. Ad hoc referendum quod de Teucris et moribus narratur, 524, 25; 517, 19 et 40; 523, 7. Sminthia duo Hamaxiti, 517, 42. Sminthium in Larisæo agro Troadis, 517, 44; Lindi, 517, 46; in Rhodo urbe, 517, 45; in Pariano agro, 517, 44; in Ceo, 418, 6.
Smyrna, Σμύρνα, Amazo, 541, 26; 471, 30.
Smyrnæ nomen olim Epheso fuit, 541, 20.
Smyrna, locus quidam pone Ephesum urbem, 541, 30.
Smyrna urbs a Smyrna Amazone dicta, 541, 26; 471, 30. Smyrna vetus ab hodierna 120 stadiis abest, 551, 37.
Smyrna nova ab Epheso via recta 320 st., 540, 11; 566, 10; vini ferax, 544, 41. Smyrnæ natus esse Homerus a plurimis dicitur; quamquam is urbis ejus non meminit, 474, 49. Smyrnæi primum cum Ephesiis habitarunt; ab iis profecti Smyrnam veterem condiderunt, quæ ab hodierna Smyrna 120 stadiis distat; locum hunc tunc Leleges obtinebant, 541, 42. Postea Smyrnæi ab Æolensibus pulsi ad Colophonios confugerunt cum iisque reversi urbem recuperarunt, 541, 46. Ephesiis auctoribus, Smyrna in Ionicarum urbium conventum recepta est, 541, 18. Smyrna a Lydis diruta; inde per 400 annos pagatim Smyrnæi habitant; instaurarunt urbem Antigonus ac postea Lysimachus, 551, 38. Hodiernæ urbis descriptio, 551, 40; vicinus urbi Meles fl., 551, 50. Smyrnæ partem magnam Dolabella dejecit, 552, 2. Smyrnæ floret Erasistratea medicinæ schola, 496, 43.
Smyrnæus sinus, 551, 34.
Soanes, Σοάνες, gens supra Moschos et Colchos habitans, 426, 20; Phthirophagis sorde similes, summa Caucasi pone Dioscuriadem tenent; eorum resp., multitudo, virtus bellica, auri colligendi ratio, sagittæ veneno infectæ, 428, § 19.
Soandus, Σόανδος, Cappadociæ opp. in via qua Coropasso Mazaca itur, 566, 29.
Soatra, Σόατρα, *Lycaoniæ* κωμόπολις Garsauris vicina, ubi putei profundissimi sunt, et qua venditur, 486, 47.
Socrates, Σωκράτης, Xenophontem humeris suis absportavit e prœlio ad Delium commisso, 346, 19.
Sodoma, τὰ Σόδομα, caput 13 urbium, quæ olim fuerunt ad lacum Asphaltiten; superstes est murorum ambitus stadiorum sexaginta, 650, 45.
Sogdiana, Σογδιανή, a Bactris Oxo, a Nomadibus et Sacis laxarte separatur, 443, 20; 440, 35; 61, 19. Indiæ adjacet, 440, 32. In ea Polytimetus fl., qui arenis absorbetur, 444, 64. Eam Sacæ occuparunt, 438, 34. Sogdianæ urbes Maracanda et Cyra, ab Alexandro deletæ; Oxi

Digitized by Google

petra, ab eodem capta, 443, § 4. Regionem possederunt Bactriæ reges græci, 443, 19. Sogdianorum vitæ ratio, 443, 24; 107, 3.

Sol. Ejus cursum cœli conversioni contrarium esse Atreus docuit, 19, 30. Sol obliquo fertur circuitu, qui in zodiaco describitur, 91, 20. Solis progressiones sub æquatore celeriores, 80, 47. Quæ sit per brumam altitudo solis in regionibus borealibus ab Hipparcho notatur, 62, 45. Solem in litore Oceani multo majorem quam alibi occidere idque cum strepitu, porro post occasum statim noctem ingruere tradidit Artemidorus, refutat Posidonius, 114, § 5. Sol, unicus Massagetarum deus, 439, 47. Solem colunt Albani, 431, 33, Nabatæi, 667, 5; Persis sol est Mithras, 623, 39. Solem detestantur gentes nonnullæ Æthiopicæ, 698, 27. Solis boves, fabula Homerica, 18, 4. Ἡλίου ἱπποστάσεις, 28, 8. Solis filii Corybantes, 405, 30. Ejus templum Heliopoli, 684, 9. Solis colossus Rhodius, Charetis opus, nunc terræ motu prostratus jacet, 557, 8. Solis lacus apud Æthiopes ex Æschyli Prometheo soluto memoratur, 27, 47.

Soli, Σόλοι, Ciliciæ opp., 570, 25; 573, 6; nunc Pompeiopolis, 566, 49; initium Ciliciæ Campestris sive τῆς περὶ τὸν Ἰσσόν; ab Achæis et Rhodiis condita; in eam piratarum partem collocavit Pompeius urbemque Pompeiopolin nominavit; Solenses viri Chrysippus stoicus, Philemo comicus et Aratus Phænomenôn poeta, 573, § 8; 567, 47; 333, 5. Solis ad Pyramum fl. 500 stadia, 576, 15; ad Seleuciam 1000 fere stadia, 577, 14; ad Anemurium pr. 1500 stadia, 571, 44. Solis Amphilochus ab Apolline interfectus est, sec. Hesiodum, 576, 44. A Solensibus ducta quibusdam videtur vox *solœcissare*, σολοικίζειν, 565, 49. Fluvius Tyanis solos fluens, 502, 36.

Soli, Σόλοι, Cypri opp., cum portu, fluvio, Veneris et Isidis templo, 583, 17; ab Acamante et Phalero condita, Stasanoris patria; incolæ Solii, 583, 19.

Solmissus, Σολμισσός, mons supra Ortygiæ lucum prope Ephesum. De eo fabula, 546, 34.

Soloce, Σολόκη, postea Seleucia, Elymaidis urbs ad Hedyphontem, 634, 15.

Σολοικίζειν vocis origo, 565, 49.

Solon, Σόλων, vel Pisistratus in Il. 2, 557, versum inseruit, Atheniensibus Salaminem vindicaturus, 338, 31. Solon de Atlantide insula ab Ægyptiis sacerdotibus edoctus est, ut Plato ait, 84, 26.

Solymi, Σόλυμοι, secundum Homerum a Lyciis diversi sunt; nonnulli Solymos ab Homero dici censet eos, qui nunc Milyæ appellantur; alii vero Lycios olim Solymos vocatos esse putant, ab Homero aliena tradentes, 569, § 10. Solymi sunt iidem qui postea Milyæ, dein Termilæ, dein Lycii dicti; at Homerus Lycios a Solymis distinguit, 490, 45. Solymi Homerici non sunt in Pisidia, sed ad oceanum a poeta ponuntur, 28, 46. Solymi altissima Tauri juga a Lycia ad Pisidiam tenentes quo pacto ab Homero ad Oceanum collocari potuerint, 17, 33. Solymi in Cabalide habitabant, 539, 9; vocantur etiam Termessii, 589, 10. Bellum iis inferunt Bellerophon et filius ejus Isander, 490, 54; 539, 15. Solymorum lingua est una earum quibus Cibyratæ utebantur, 539, 39.

Solymi Lyciæ montes, τὰ Σόλυμα ὄρη, Phaselidi superjacentes, 568, 52. Solymus collis supra arcem Termessi, 539, 10.

Sophax, Σόφαξ, regiam habuit Sigam, 704, 16. Sophaci in Masæsyliorum regno successit Masanasses, tum Micipsas ejusque successores, et Strabonis ætate Juba I, Jubæ pater nuper mortui, 704, 16.

Sophene, Σωφηνή, Armeniæ majoris provincia, 447, 13 et 40; 453, 18; inter Masium et Antitaurum, 452, 22; eam Taurus et Antitaurus includunt, 447, 24. Ejus regia Carcathiocerta, 452, 29; castellum Tomisa, 566, 30. Sophene suos habuit regulos, 475, 31. Sub Sophenis olim fuit Acilisene, 455, 1. Sopheno Cappadox vendidit Tomisa castellum, quod Cappadoci reddidit præmii loco Lucullus, 458, 40.

Sophistæ publice a civitatibus conducuntur, 150, 25. Sophistæ Indici. V. Philosophi.

Sophocles, Σοφοκλῆς, in Triptolemo fabula terras a Triptolemo consitas recensens, longe divulsas jungit, cohærentes divellit, 22, 40. De Inacho fluvio fabulosa refert, 225, 33. Ejus de Orithyia versus, 245, 20. Sophocles laudatur (in Mysis) 106, 20; 312; 36; 313, 3; (Electr. 10), 318, 38; de Attica inter Pandionis filios distributa, 337, 16; de Amphiarao terra hausto, 342, 46. Trachiniam Phthiotidis partem dicit, 372, 6. Citatur (Trachin. 9 *sqq.*), p. 394, 1. In Polyxena Idam et Olympum tanquam eundem montem designat, 403, 52. In excidio Ilii ait pardalis pellem fuisse foribus Antenoris appositam, ut domus ejus a direptione immunis esset, 520, 2. Sophocles cum Pericle in Sami obsessione fuit, 545, 26. Laudatur ἐν Ἑλένης ἀπαιτήσει, 549, 11. Litem inter Mopsum et Calchantem in Ciliciam, quam tragico more Pamphyliam appellat, transfert, 576, 22. Nyssam montem Baccho sacrum decantat, 586, 17.

Sopithis, Σωπείθους, regnum in India ubi situm fuerit, 596, 6. In eo mons sales fossiles præbens, 596, 30. Sopithes Alexandro 150 canes fortissimos dedit, 596, 31.

Sora, Σώρα, Latii opp., 198, 25, apud quam Liris erumpit, *ib.*

Soracte, mons Etruriæ, τὸ Σώρακτον ὄρος, 188, 29.

Sossinati, Σοσσινάτοι, Sardiniæ gens montana, 187, 28.

Sostratus, Σώστρατος, Cnidius turrim in Pharo insula extruxit, 673, 16. — Sosicrates citatur, 407, 43.

Sostratus, Nysaensis, Aristodemi frater, grammaticus, 555, 36.

Sotades, Σωτάδης, cinædici sermonis auctor, 553, 33. De loco Homerico laudatur, 297, 15.

Sotiræ portus, τῆς Σωτείρας λιμήν, in ora Troglodytica sinus Arabici; unde dictus sit, 655, 37.

Spadines, Σπαδίνης, Aorsorum rex; ejus copiarum numerus, 434, 34.

Sparta. Spartiatæ. V. Lacedæmon.

Spartarius campus, τὸ Σπαρτάριον πεδίον, in Hispania a meridie Sætabis urbis, in via militari quæ olim per campum, nunc juxta eum ducta, 133, 18. Per Spartarium campum transit Orospeda mons, 133, 44.

Spartum fert regio Emporiensium, 133, 3. Spartum (ἡ σχοινοπλοκικὴ σπάρτος) ex Hispania exportatur in Italiam, 133, 20.

Spauta, Σπαῦτα, Atropatiæ Mediæ lacus; sales ejus, 448, 39. Cf. Mantiane.

Spercheus, Σπερχειός, ex Achillis sorore pater Menesthei, 372, 24.

Spercheus, Thessaliæ fl., e Typhresto oriens inter Lamiam et Thermopylas exit, 372, 14. Anticyram præterfluit, 367, 47. Post terræ motum alveum mutavit viasque reddidit navigabiles, 50, 38. A Spercheo ad Peneum navigatio 1800 stadiorum, 380, 51. Distantia a Thermopylis, 373, 32. Spercheo Achilles comam aluit, 372, 22.

Spermatophagi, Σπερματοφάγοι, Æthiopiæ, 656, 27.

Sphacteria, Σφακτηρία sive Σφαγία, insula Messeniæ ad Pylum, 308, 45; 299, 7. Ibi 300 Lacedæmonii ab Atheniensibus capti, 308, 47.

Sphagia. V. Sphacteria.

Sphettus, Σφηττός, una e 12 Atticæ civitatibus, quas Cecrops constituit, 341, 30.

Digitized by Google

Sphinges, Æthiopiæ animalia, 659, 49. Sphinges lapideæ ante templa Ægyptiorum, 684, 30.

σφραγῖδες (sigilla) Eratosthenicæ. V. Eratosthenes.

Spina, Σπίνα (*Spinazino*), Galliæ Cisalpinæ nunc vicus, olim clara urbs Græca; nunc 90 a mari stadia distans, olim maritima. Spinitarum thesaurus Delphicus, 178, 16; 361, 16.

Spinarum Ægyptiacarum lucus Apollini sacer in Abydo Thebaidis urbe, 690, 48. Spina Thebaica, e qua gummi colligitur, 687, 27. Spina quædam apud ichthyophagos Arianæ s. Gedrosiæ, 613, 14; 615, 16.

Spitamenes, Σπιταμένης, et Bessus Persæ ad Choraemios e Bactriana profugerunt, 440, 26. Spitamenes barbarorum manu interiit, 444, 50.

Spodium, σπόδιον, e Cyprio ære provenit, 136, 2.

Spoletum, Σπολήτιον (*Spoleto*), Umbriæ opp., 189, 41.

Σπονδύλῳ, verticillo, comparatur segmentum hemisphærii, cujus pars dimidia efficit quadrilaterum, in quo sita est terra habitata, 93, 24.

Spongia apud Macedones visa quomodo Indi imitati sint, 610, § 67.

Sporades insæ., 102, 45; ad eas pertinent insulæ quas in Cretico mari positas Strabo recenset, 416, 27. Præterea tanquam Sporades Strabo enumerat Amorgum, Lebinthum, Lerum, Patmum, Corassias, Icariam, Astypaleam, Telum, Chalciam, Nisyrum, Carpathum, Casum, Calymnam, 418, § 12-19.

Squillæ parvæ e mari in Indum longissime adscendunt, 602, 19.

Stadia, Σταδία, vetus Rhodi nomen, 558, 19.

Stagirus, Στάγειρος (Στάγειρα, 280, 38), patria Aristotelis, cum Capro portu et objecta Capro insula, 279, 47. Aristotelis patria, Chalcidensium urbs, 280, 38 (*Stavro*).

Stannum non in superficie reperitur, sed effoditur in locis supra Lusitaniam et in Cassiteridibus; e Britannicis quoque in Massiliam fertur, 122, 15; 145, 52. Stannum apud Drangas, 616, 52. — Staphylus citatur, 408, 32.

Stasanor, Στασάνωρ, Alexandri M. dux, e Solis Cyprius, 583, 20.

Statanum Latii vinum, Στατανὸς οἶνος, 195, 5; 202, 33.

Statonia, Στατωνία, Etruriæ opp., 188, 22. Ruinæ inter *Lago di Bagni* et *Albenga* fl.

Statua Augusti in Mausoleo, 197, 9; Minervæ Iliacæ multis in locis monstrantur, tanquam ex Ilio allatæ, 219, 37. Cf. Minerva. Herculis colossus in Capitolio, 231; 25. Jovis colossus Tarentinus, 231, 19. Rhodius Solis colossus, 231, 19. Partheni ξόανον in templo Parthenii promontorii, 256, 19. Æsculapii in Cyllene Elidis, 290, 20. Statua aurea Jovis Olympiæ, Cypseli donum, 304, 8, Statua Jovis eburnea, Phidiæ opus, Olympiæ, 304, 10; statuæ Polycleti in Heræo Sami, 320, 6. Statua Minervæ in Parthenone, Phidiæ opus, 340, 16; statua Nemesis Rhamnusiæ, Diodoti vel Agoracriti opus, 340, 37; statuæ Demetrii Phalerei ultra trecentas, 342, 1. Autolyci statua, Sthenidis opus, apud Sinopenses, 468, 2. Statua Jovis ænea Taurii in Galatia, 485, 46; statua Ajacis prope Rhœteum, 509, 38. Apollinis Sminthii, Scopæ opus, 517, 19; statuæ Minervæ, Herculis, Jovis, colossicæ, uni basi insistentes, Myronis opera in Samo, 544, 22. (Cf. nomina deorum et heroum.) Statuas non erigunt Persæ, 623, 36.

Στεγανόποδες, Latipedes, gens ficta, apud Alcmanem, 36, 4; 248, 36.

Stellæ errantes, οἱ πλάνητες, et sol et luna obliquis feruntur circuitibus, qui in zodiaco describuntur, 91, 19. Stellæ fixæ æqualem motum cum cœli circuitu tenentes, ἀστέρες ἀπλανεῖς ὁμοταχεῖς τῷ πόλῳ, 91, 16; conversione sua parallelos describunt circulos, 91, 17.

Stenyclarus, Στενύκλαρος, Messeniæ urbs, Chresphontis regia, qui in eam Dorienses omnes collegit, 310, § 7.

Στερνόφθαλμοι, Pectoroculati, gens ficta, ap. Æschylum, 36, 5; 248, 36.

Sterope, Στερόπη, Macetis mulier, uxor Dorylai, cui tres liberos peperit, 410, 25.

Stesichorus, Στησίχορος. Ejus versus de Tartesso et Erythea ins. laudantur, 123, 1. Ejus carmen quod *Rhadina* inscribitur, 298, 49. Stesichorus laudatur, 306, 13; 35, 27.

Stesimbrotus, Στησίμβροτος, Thasius scriptor, de Cabiris, 405, 39.

Στήθη (τὰ), Pectora, a nautis vocantur brevia circa Istrum fluv., 42, 1; 43, 52.

Sthenelus, Σθένελος, Perseo successit in Mycenarum et Argorum imperio; huic Eurystheus, 324, 17.

Sthenis, Σθένις Autolyci statuam Sinopensibus fecit, 468, 2

Stiphane, ἡ Στιφάνη, Phazemonitidis lacus, cui adjacet Cizari regia, 480, 1.

Stiria, Στειριά, Atticæ pagus, 342, 34. Stirienses Atticæ in Euboeam colonos miserunt (Styram?), 383, 29.

Stobi, Στόβοι, Pæoniæ urbs, 274, 24; 334, 40.

Stœchades, Στοιχάδες (*Iles d'Ières*), insulæ quinque, quas colunt Massilienses; olim præsidium ibi contra latronum incursiones; portus boni, 153, 24.

Stolæ floridæ ap. Indos, 586, 39.

Stomalimne, ἡ Στομαλίμνη, ad Scamandri ostia in Troade, 509, 46; 511, 24. Στομαλίμνη vocatur lacus salsus, λιμνοθάλασσα, prope Rhodani ostia (*étang de Berre* sive *de Martigues*), ostreis piscibusque abundans; mons a Rhodani ostiis eam separat, 152, 44.

Stoni, Στόνοι, (in regione circa hod. *Steneco*) supra Comum occasum versus (deb. orientem versus) habitant, sicut Tridentini.

Strabo, Στράβων, Amiso oriundus, 469, 71; de gente sua quædam exponit, 410, § 19, et 428, 1. Secundum hæc stemma est:



Strabonis matris patruus Moaphernes a Mithridate Eupatore Colchidi præfectus est, 428, 1. Avus ejus maternus Mithridati irascens a rege ad Lucullum defecit; promissa ab eo præmia non tulit, quum in Luculli locum Pompeius successisset, 477, 39. (Cf. Moaphernes et Dorylaus.) Strabo Tyrannionem grammaticum Amisenum audivit, 469, 44. Nysæ audivit, νέος παντελῶς, Aristodemum grammaticum, 555, 36. Audivit etiam Xenarchum Seleucensem peripateticum, 572, 22. Aristoteleam philosophiam didicit ex Boetho Sidonio, 645, 4. Strabonis ἑταῖρος Athenodorus philosophus, 663, 27. Ejus amicus Diodorus Sardensis, historiarum et poematum scriptor, 536, 49. Familiaris Ælii Galli, 97, 31. Novit Cnæum Pisonem, Libyæ præfectum, 108, 14. Strabo ipse obivit loca ab Armenia usque ad Etruriam Sardiniæ oppositam et ab Euxino Ponto usque ad initium

Digitized by Google

Æthiopiæ; vix antiquiorum geographorum aliquis plures regiones adierit, 96, 43. Comana Cataoniæ invisit, 459, 10. Vidit templum Dianæ Ephesium, 547, 39. In Gyarum insulam appulit, quo tempore Cæsar ad triumphum Actiacum proficiscens Corinthi erat, 417, 7. Corinthum invisit, 325, 21. Romæ Seturum a bestiis discerpi vidit, 227, 6. Hidit hermam, quem inter dona Porus Augusto misit, 612, 40. E mari Cyrenen conspexit, 710, 30. Alexandriæ diu versatus est, 83, 48. Cum Ælio Gallo, Ægypti præfecto, usque ad Syenen et fines Æthiopiæ adscendit, 97, 35. Alexandriæ rhinocerotem vidit, 659, 32. Cum Alexandriæ ὑαλουργοῖς de vitri fabricatione collocutus est, 645, 21. Strabone in Alexandria versante, mare circa Pelusium et Casium terram inundavit, 49, 1. Cum Ælio Gallo Thebas invisit, ibique sonum e Memnonis colosso editum audivit, 693, 12. Philas Ægypti adiit, 694, 46. Strabonis de rerum natura expositio, 688 § 36. Quidnam in geographico suo opere consilium secutus sit, 10 *sq.* Geographiam scripsit post ὑπομνήματα historica, 11, 10. Propter auctam Romanorum Parthorumque imperio cognitionem geographiam multa accuratius prioribus geographis tradere potuit, 11, 35. De Parthicis institutis dixit ἐν τῇ ἕκτῃ τῶν ἱστορικῶν ὑπομνημάτων βίβλῳ, δευτέρᾳ δὲ τῶν μετὰ Πολύβιον, 442, 11.

Stratarchas, Στρατάρχας, Dorylai et Steropes f., frater Lagetæ; e gente Straboniana. Senem Stratarcham noster vidit Strabo, 410, 26.

Stratia, Στρατία, Arcadiæ opp. ap. Homerum, 333, 46.

Stratius, Στράτιος, Æsculapii sacerdos Panticapæi, 61, 40.

Stratius Juppiter. V. Juppiter.

Strato, Στράτων, physicus. Ejus sententia de Ponto Euxino et nostro mari olim clausis, deinde per freta erumpentibus, de fluviis mare internum paulatim implentibus, de maris fundo vario, de Libyæ et Ægypti tractu olim mari tecto, et quæ alia huc pertinent, fusius exponitur. Probavit hæc Eratosthenes; in compluribus ea rectius constituere studet Strabo, 41, 23. Strato inter causas inundationum non recte refert quod fundus in aliis maribus alius sit; dicendum erat fundum maris quum modo attollatur, modo subsideat, vel exundare maria vel in suum redire locum, 42, 27.

Strato tyrannus Amisum male tractavit, 468, 51.

Stratocles, Στρατοκλῆς, Atheniensium dux (archon?), 308, 42.

Stratocles, philosophus Rhodius, 559, 35.

Stratonice, Στρατονίκη, Ariarathis f., Eumenis II uxor, Attali III mater, 533, 50.

Stratonicea, Στρατονίκεια, ἡ πρὸς τῷ Ταύρῳ opp., 564, 3. Quæ quidem urbs ubi sita fuerit, nescitur.

Stratonicea, Στρατονίκεια, Cariæ urbs, 562, 20. Macedonum colonia; templa et conventus in urbis agro; Stratonicenses Chrysaorici conventus participes; e Stratonicea oriundus Menippus rhetor, 563, § 25. Stratonicensium in ditione Pedasum oppidulum, 522, 50.

Stratonicus, Στρατόνικος, citharœdus. Ejus dicteria, 556, 33; 521, 54.

Stratonis insula, Στράτωνος νῆσος, ad sinus Arabici litus Libycum, 656, 8.

Stratonis turris, Στράτωνος πύργος (*Cesarieh*), navium statio in Phœnicia, 645, 50.

Stratus, Στράτος, priscum Dymæ nomen, 332, 46.

Stratus, Στράτος, Acarnaniæ opp., 386, 47; 200 et amplius stadiis ab ostio Acheloi, *ib.* In media via ab Alyzia ad Anactorium ducente sita esse dicitur (perperam), 387, 3 et 12.

Strombichus, Στρόμβιχος Diotimi pater, 39, 38.

Strongyle, Στρογγύλη, una ex Liparæis insulis, rotunda, ignita; ibi Æolum habitasse ferunt, 229, 52; 230, 31.

Strophades, Στροφάδες, inss. duæ, Cyparissiorum in Messenia oræ objacentes, 400 ab continente stadiis dissitæ, 308, 50.

Struthionum venatio, 657, 23.

Struthocameli, στρουθοκάμηλοι, 657, 23.

Struthophagi, Στρουθοφάγοι, Æthiopiæ, 657, 20; belligerant cum Simis Æthiopibus, 657, 31.

Strymon, Στρυμών, e Pæonum terra oritur. Ex Agrianis enim initium sumens per Mædos et Sintos decurrit et inter Bisaltas et Odomantes egreditur, 281, 3 et 17. Angustiæ per quas Strymon fertur, 281, 10. Amne adverso ad Amphipolin navigatur stadiis viginti, 280, 41. In Strymonis convalle usque ad Heracleam (Sinticam) Bisaltæ sunt, 281, 1, et Berge Bisaltarum vicus, 281, 8. Ad Strymonem usque pertinet Pæonia, 274, 29, et Macedonia, 269, 2. Strymoni adjacet Scotussa, 281, 14. Ostium Strymonis, 279, 50; 268, 46.

Strymonius sinus, Στρυμονικὸς κόλπος, 279, 31; terminatur boream versus Neapoli urbe, 279, 37, vel promontorio in quo Apollonia urbs, 280, 37. Urbes ad eum sitæ, 279, fr. 33 et 35. Strymonii sinus litori a Galepso ad Nestum superjacent oi * (populi nomen excidit) et Philippi urbs., 281, 41.

Stura, Στόρας, Latii fl., 194, 4.

Stygis aqua, Στυγὸς ὕδωρ, in Campania, 203, 48; prope Pheneum in Arcadia, 334, 27; apud Telchines, 558, 21.

Stymbara, Στύμβαρα, Deuriopum urbs ad Erigonem fl., 272, 8.

Stymphalis palus, Στυμφαλὶς λίμνη; aves Stymphalides, 319, 4. E St. palude nunc exit Erasinus et in Argolidem defluit, 334, 3; olim effluxio non erat, obturatis berethris, unde fit ut Stymphalus opp. olim ad lacus marginem posita nunc 50 ab eo stadia distet, 334, 4.

Stymphalus, Στύμφαλος, Arcadiæ opp., 333, 39; 328, 36, nunc quinquaginta a palude stadiis distat, 334, 7. (V. Stymphalis.) Ad Stymphalum aqua terram subiens post 200 stadia Erasinum amnem edit, 228, 43. Sec. Eratosthenem Erasinus Stymphalum præterfluit, 334, 21. Urbem obsedit Iphicrates, 334, 21. In Stymphalo [*monte*] Arcadiæ oritur Erasinus, 319, 3.

Styra, τὰ Στύρα, Euboeæ opp., 383, 21; a Stiriensibus Atticæ frequentata, 383, 29; bello Lamiaco ab Atheniensibus eversa; agrum Eretrienses habent, 383, 30.

Styracina jacula, 488, 48.

Styrax Selgicus, 488, 46, Æthiopiæ, 657, 52.

Suber. Proverbialis locutio: Κουφότερον εἶναι φελλοῦ σκιᾶς, 30, 30.

Sub ficum portus, ὁ ὑπὸ τῇ Συκῇ καλούμενος λιμήν, in Bosporo Thracio, decem stadia a Cornu Byzantio distans, 265, 45.

Suchi castellum Σούχου ἵδρυμα (nescio an fuerit ὕδρευμα), in mediterraneis Troglodyticæ, eo in tractu in quo os Sabaiticum est, 656, 7.

Suchus, Σοῦχος, nomen sacri et mansueti crocodili apud Arsinoitas, 689, 39.

Sucro, Σούκρων (*Xucar*), Hispaniæ fl., 132, 11; 139, 4. Ejus fontes et cursus, 131, 45. Adjacet urbs cognominis, (*Cullera?*) *ib.* Circa eum Edetani (Sidetani *codd.*), 135, 39.

Sudationes siccas, lapidum candentium ope, πυρία ἐκ λίθων διαπύρων, usurpant Lusitani, more Laconico, 128, 14.

Sudinus, Σουδῖνος, Chaldæus astronomus, 629, 42.

Sues grandes, robore et celeritate præstantes, apud Belgas, 163, 52. Suilia salsamenta. V. Salsamenta. Cf. Porcus.

Suessa, Σούεσσα, Volscorum caput, a Tarquinii Prisci filio capta, 192, 40; 198, 7.

Digitized by Google

Suessiones, Σουεσσίωνες, Galliæ gens, Ambianis vicina, 161, 40, inter Belgas præstans, 163, 28.
Suessula, Σουεσσοῦλα, Campaniæ opp., 207, 35.
Suevi, Σόηβοι, Germaniæ natio maxima, a Rheno ad Albin pertingunt; pars etiam trans Albin habitant, ut Hermondori et Lancobardi, quamquam hi quidem nunc citra Albin se receperunt, 241, 35. Suevi supra fluvialem Rheni tractum, quem Menapii et Sucambri tenent, ab oriente extenduntur; reliquis Germanis potentiores; a quibus qui expulsi erant (Usipetes, Tenchteri, Ubii?) in transrhenanam regionem confugerunt, 161, 32. Prope Suevos Istri fontes, 172, 36. Nonnullæ Suevorum gentes in Hercynia silva habitant, ut Quadi, 241, 22; 243, 16. Suevi in meridionali Germania etiam trans Albin habitant, finitimi Getarum, 245, 8; 241, 33. Suevorum alii in silva Hercynia habitant, alii extra, Getis finitimi, 241, 33. Ab iis versus meridiem est Gabreta silva, 243, 15. Suevica gens, Semnones, 241, 32.
Sugambri, Σούγαμβροι, Germanica gens, Oceani accolæ, 241, 49; 244, 37; juxta Menapios, 161, 30. (Habitabant ad Lupiam (*Lippe*) fluvium, et hinc meridiem versus. Strabo vero quum Lupiam non in Rhenum exire, sed in Oceanum eructari opinetur, ad maritimum istud fluvii ostium Sugambros transposuisse videtur. Eodem prorsus errore Bructeros, quos ad Lupiam habitare dicit, alio loco inter Oceani accolas male recenset.) Sugambri Rheno vicini; eorum dux in bello contra Romanos Melo fuit, 242, 14. Deudorix et Bætorix Sugambri, 242, 33. Sugambri pauci in Germania manserunt, 241, 9.
Suidas, Σουίδας, historicus, Dodonæi oraculi origines ex Thessalia repetit, 273, 31.
Suilia salsamenta optima e Sequanis Romam perferuntur, 160, 1.
Sulchi, Σοῦλχοι, Sardiniæ urbs, 187, 17.
Sulgas fl., Σούλγας (*Sorgue*), ab oriente in Rhodanum influit ad Vindalum opp., 154, 4. Sulgæ et Rhodani ad confluentes contra Domitium Ænobarbum prœlium commisit Bituitus Arvernorum dux, 159, 8.
Sulla, Σύλλας (L. Cornelius), in Samnites quomodo sævierit, 207, 45; Athenas cepit, 340, 10; 521, 15; 558, 41. Aristionem supplicio affecit, 342, 9. Fimbriam rebellem dejecit, Mithridatem in patriam amandavit, Ilienses beneficiis affecit, 508, 41; Apellicontis bibliothecam accepit, 521, 14. Lelanti campi aquis calidis usus est, 384, 12. A Sulla proscripti Volaterris obsidentur, 185, 53.
Sulmo, Σοῦλμων, Pelignorum opp., 201, 33.
Sunium Σούνιον, pagus Atticæ, 342, 31.
Sunium, Atticæ prom., 89, 39; 103, 3; 268, 53; 342, 17; non minus in mare procurrit quam Laconica et exiguo est quam Malea septentrionalius, 76, 34. Sunio adjacet Helena ins., 416, 50. A Sunio juxta Peloponnesum est Myrtoum mare, 269, 8. Ab Euripo distantia, 346, 28. A Sunio ad Leucen acten Eubœæ 300 stadia, 343, 10. Ab eo in Bœotiam profecti sunt Temmices, 344, 40.
Surena, Σουρήνας, Parthorum dux Crassum dolo captum Sinnacis interemit, 636, 9.
Surrentum, Συρρεντόν, Campaniæ opp., 206, 9; 18, 33. Συρρεντῖνος οἶνος, 202, 34.
Susa, τὰ Σοῦσα, Susidis urbs, 65, 32; 66, 26; 71, 45; ad Choaspem fl., 39, 41; 620, 15. Persarum regia; a Tithono condita; ejus ambitus, figura, arx, muri, templa et regia e coctili latere et bitumine; muris urbem caruisse Polycletus refert, 619, § 2. In arce singuli reges suum habent domicilium et thesaurum et tabulas administratæ reipublicæ, 625, 39. Susa thesauros Persidis comportavit Alexander, 622, 17. A Susis ad Aginin 500 stadia, 620, 49; ad emporium lacui adjacens 800 stadia sunt, 620, 30; ad Persepolin 4200 stadia, 619 20. Diotimus a Cydno Susa se navigasse dixit, 39, 41.
Susii, Σούσιοι, 107, 42, etiam Cissii vocantur, 619, 41. Eos bellis appetebant Elymæi, Cossæi, Uxii, 449, 40; 633, 44. Susii nunquam per se res magnas assecuti sunt, 619, 35.
Susis, ἡ Σουσίς (Σουσιάς, 110, 44), est fere Persidis pars; ejus situs, 419, 26; Susa urbs, *ib.* Susidis oræ usque ad Tigrin pertinentis, longitudo, 620, 18. Inter Susidem et Persidem juga montana, quæ latrones tenebant, 620, 21. Susidi ea pars Babyloniæ proxima est, quæ quondam Sitacene, postea Apolloniatis est appellata; ambabus a septentrione versus orientem imminent Elymæi et Parætacene, 623, 18; 633, 45. E Suside per Uxiam in Persidis mediterranea itur, 633, 34. Susis opulenta; aerem habet fervidissimum; accommodata huic æstui domorum structura, 622, § 10. Frumento abundat; vitem in ea primum plantarunt Macedones e Babylonia allatam, 623, 3. In Suside oryza nascitur, 590, 36. Maritima palustria sunt et importuosa, 623, 11. Oram Nearchus palustrem esse et ad Euphratem usque pertinere dicit, 650, 36. Susianus pagus prope lacum situs, 500 a Susis stadia distans (A ginis), 620, 49.
Sutrium, Σούτριον, Etruriæ urbs, 188, 19.
Syangela, Συάγγελα, Lelegum urbs in Caria, 522, 46.
Sybaris, Σύβαρις, fons prope Buram Achaiæ, hinc nomen fluvio Italiæ, 332, 13 (Cf. Curtius, *Pelopon.*, t. 1, p. 470.)
Sybaris, Σύβαρις, Italiæ urbs, 218, 5; Achæorum colonia, sub duce ex Helice urbe oriundo deducta; inter Crathidem et Sybarin fluvios sita, 200 a Crotone stadiis; civitatis felicitas; quam perdiderunt luxuria et petulantia; captam Crotoniatæ aquis obruerunt; superstites Sybaritas postea eodem in loco habitantes necarunt Athenienses, urbemque in vicinum locum translatum Thurios vocarunt 218 § 13. Sybaritæ Achæos quosdam arcessunt iisque suadent ut Metaponti locum occupent; 220, 2. Posidoniam condunt, quam eripiunt Lucani, 209. 13. Circa Sybarim in Chonia Rhodii consederunt, 559, 4. Sybaritæ donaria Delphos miserunt, 361, 16.
Sybaris Italiæ fluvius, 218, 5 et 44; aquam ejus bibentes equi consternuntur, 219, 6.
Sybaris, Italiæ urbs, ad Traentem (ἡ ἐπὶ Τεύθραντος Σύβαρις codd.) fluvium sita a Rhodiis condita esse a nonnullis fertur, 219, 41.
Sybota, τὰ Σύβοτα, parvæ insulæ ad oram Epiri, e regione Leucimmæ promontorii, 269, 39; 102, 32.
Sycaminorum urbs, Συκαμίνων πόλις, inter Carmelum m. et Stratonis turrem in Phœnicia, 645, 52. [Sec. Plin. 5, 17, § 72 Sycaminôn erat inter Dora et Carmelum; sec. Itin. p. 584 *mansio Sicamenos* a *mansione Calamon* (hod. *Kalamoun*, 32° 47' lat.) 3 millibus versus meridiem erat, adeoque ponenda foret inter *Kalamoun* et *Atlit* locum, qui a *Kalamoun* in novissima Ritteri tabula quinque millia distat. Fortasse minus accurate distantia in Itinerario notatur, et Sycaminôn polis ad ipsum *Atlit* cum Lapieo referenda est. Ceterum ex Strabonis, Plinii et Itinerarii consensu colligas falsa tradere Eusebium qui, in Onomastico, Sycaminon cum Hepha (*Haifa*) componit. Male Eusebio me addixi in notis ad Scylac. p. 79.]
Syce. V. Sub Ficum portus.
Sydracæ, Συδράκαι (al. Ὀξυδράκαι), Indiæ gens, Bacchi posteri esse cur putentur, 586, 36; 597, 27. Cf. Hydracæ.
Syene, Συήνη, in finibus Ægypti et Æthiopiæ, propinqua ei Elephantina insula, 693, 51; 669, 27; 668, 22; 682, 53; 33, 23. Syene in limite æstivi tropici sita, 78, 27;

Digitized by Google

quia ibi solstitio æstivo meridie gnomo umbram non projicit, 94, 5; 110, 10. Dies maxima 13 1/2 hor., 110, 10. Syenæ puteus, 694, 15. Urbs ab æquatore distat 16800 stadia sive quatuor sexagesimas, 94, 20; a Meroe 5000 stadia, 78, 28; 94, 11. Syene et Alexandria in eodem meridiano, 94, 7. Via qua Syene Philas itur, describitur, 694, 48. Prope Syenen esse Nili fontes Herodotus putavit, 695, 26. Urbs ab Æthiopibus capta, 696, 17. In ea tres Romanorum cohortes præsidii causa, 694, 26. Syenen adierunt Ælius Gallus et Strabo, 97, 36.

Syllæus, Συλλαῖος, Nabataeorum ἐπίτροπος, quomodo in Ælium Gallum se gesserit, 663, § 23; 696, 10.

Syllium, Σύλλιον, Pamphyliæ opp., 569, 46.

Syloson, Συλοσῶν, quomodo tyrannidem in Samo ins. adeptus sit; de acerbo ejus imperio proverbium, 545, § 17.

Symbace, Συμβάκη, regio quam ab Armeniis recuperarunt Atropateni, 448, 45.

Symbolorum portus, Συμβόλων λιμήν, in Chersoneso Taurica, 256, 24, cum Ctenunte portu isthmum facit 40 stadiorum, 256, 26. Portus a Theodosia 1000 fere stad. distat, 256, 46.

Symbri, Σύμβροι, Σύμβριοι, super Venetos habitarunt, 179, 50. (Non diversi videntur ab Insubribus, qui ap. Polybium 2, 17 vocantur Ἰσόμβρες.)

Synaos. V. Sanaus.

Synnada, Σύνναδα, Phrygiæ opp., 494, 1 et 20; λίθος Συνναδική, 375, 36; 494, 23. Cf. Docimia.

Symæthus, Σύμαιθος, Siciliæ fluvius, in Catanaeorum agrum fluit, 226, 6.

Syme, Σύμη, insula ad Cariam sita, 560, 4.

Synoria. V. Sinoria.

Symplegades, Συμπληγάδες, a nonnullis vocabantur Cyaneæ petræ ad os Bospori; unde Planctas finxit Homerus, 17, 20. Cf. 123, 44, et v. Planctæ.

Syracusæ, Συρακοῦσαι, Siciliæ urbs, ab Archia Corinthio condita; ejus origines, 218, 13; 224, § 4. Una cum Archia plurimi venerunt Teneatæ, 327, 2. Urbs a Pachyno 36 mill. pass., a Catana 60 mill. dissita est sec. Chorographum, 221, 24. Syracusæ olim ex quinque urbibus muro 180 stadiorum cinctis constabant, 224, 43. Objacet Ortygia ins. primum ab Hesiodo memorata, 19, 12, quæ urbi juncta est ponte, olim aggere λογαίου λίθου, ut Ibycus ait, 49, 25. Portus ab utroque Ortygiæ latere sunt, 625, 53. Ea urbis pars, quæ est ad Ortygiam, ab Augusto restaurata est, immissa colonia, 224, 41. Syracusanorum coloniæ Camarina, 226, 11, et Ancona, 200, 41. Castellum Eubœa, 386, 4. De tyrannis v. Hiero, Dionysius, Gelo. Syracusanorum divitiæ, 224, 10. Urbs a Romanis capta, 224, 41.

Syri, Σύροι. Nomen Syrorum a Babylonia ad sinum Issicum et hinc olim usque ad Euxinum pertinebat, 627, 14. Syri apud Homerum vocantur Arimi, i. e. Aramæi, 667, 35. Ad Syros pertinere Arimos sive Aramæos censent, 536, 8. Qui a nobis Syri vocantur, ab ipsis Syris vocantur Aramæi; cui nomini similia sunt nomina Armeniorum, Arabum, Eremborum, 35, 2. Syri cum Armeniis et Arabibus cognati, 34, 42; similes etiam sunt Assyriis et Arianis, 34, 50. Syri vocantur etiam quos vulgo Assyrios dicimus, Babylone et Nini regnantes, 627, 24. Ninus et Semiramis Syri vocantur et Ninus Syriæ metropolis esse censetur, 70, 1. Eadem lingua utuntur qui extra et qui intra Euphratem sunt, 70, 3. Apud Herodotum Syri vocantur Leucosyri Cappadociæ, 466, 13. Syris Ciliciam, quæ nunc dicitur, eripuerunt Cilices Troade expulsi, 536, 10; Taronitin Armenii ademerunt, 453, 27. Cum Syriæ regibus Atropatenæ reges affinitates contraxerunt, 448, 29.

Syriæ fines, 637, § 1; partes: Commagene, Seleucis, Cœlesyria, Phœnicia, Judæa; alii aliter dividunt, distinguentes Syros, Cœlesyros, Phœnices et permixtas his quatuor nationes, Judæos, Idumæos, Azotios, Gazæos, 638, § 2. Singularum partium descriptio, 638, § 3 *sqq.* Syriæ et Ciliciæ confinia ad Pylas, 577, 8. In Syria Typhonem jacere nonnulli statuunt, 535, 41. In Syria Arabum est Paropotamia regio, pluresque sunt Arabum principum ditiones, ut Sampsigerami, Gambari, Themellæ, 641; § 11. Syriam antiquissimis temporibus Græci præternavigare non audebant, 40, 19. Olim incursionibus eam vexarunt Nabatæi et Sabæi, 663, 12. Syria tota terræ motu quassata, 48, 26. In Syria inferiore oryza nascitur, 590, 37. E Syria vinum Chalybonium reges Persarum petebant, 626, 4. Syriæ regnum Trypho affectavit, 640, 43. Syria dea Atargatis, 636, 50. Syrium mare, ἡ Συριακὴ θάλασσα, 69, 52; 70, 141.

Syrmus, Σύρμος, Triballorum rex; Alexandri M. contra eum expeditio, 250, 34.

Syrtes, αἱ Σύρτεις, 101, 44; duæ, 108, 6. Usque ad Syrtes mons pertinet inde a Mauritania, 701, 17. Syrtis major, ἡ μεγάλη Σύρτις. Ejus ambitus 5000 stad., sec. Eratosthenem; profunditas 1800 stad. ab Hesperidibus ad Automala et fines Cyrenaicæ ditionis; sec. alios ambitus 4000 st., profunditas 1500, faucium latitudo 1500 st., 101, 51. Syrtis ambitus 3900 fere stadiorum; diameter usque ad intimum recessum 1500 stad., totidemque stadiorum latitudo ostii, 709, 23; nautis est difficilis ob vadosa et brevia, *ib.* Fauces efficiunt Cephalæ et Boreum promontoria, 710, 11. A recessu sive ab Automalis ad Berenicen 1500 stadia, 710, 2. Intimus Syrtis magnæ recessus est maris interni punctum maxime austrinum, 104, 24. Per intimum recessum ducta linea paullo minus 1000 stadiis australior est parallelo Alexandriæ, paucioribus quam bis mille stadiis australior parallelo Carthaginis; incidit in Heroum urbem et in Masæsyliorum et Maurorum mediterranea, 709, 49. Supra Syrtes et Cyrenaicam Psylli, Nasamones et Gætulorum pars, 108, 39. Syrtim majorem a Berenice cum exercitu Cato circumivit 33 dierum itinere, 710, 16. Syrtis minor, ἡ μικρὰ Σύρτις sive Λωτοφαγῖτις Σύρτις, 1600 stadiorum ambitu, 600 stadiorum latitudine, 708, 24; 101, 50. Insulæ ad eam et urbes, 708, 19 et 29. Ante fauces utrinque sunt Meninx et Cercina inss., 101, 50. Multis in locis brevia habet, ideoque nautis periculum affert, 709, 26. Syrtis emporium (Tacape sc.), quod flumen allabitur, 708, 37.

Syrus, Σῦρος, Cycladum una, 417, 4; νῆσός τις Συρίη ap. Homerum, 418, 21; patria Pherecydis, 418, 18.

Syrus, usitatum ap. Atticos servorum nomen, 253, 3.

Syspiritis, Συσπιρῖτις, Armeniæ pars, 455; 2. Quam Armeni Thessali socii incoluisse feruntur, 432, 9. Cf. Hyspiratis. [Syspiritis secundum Strabonis verba in meridionali Armeniæ parte quærenda videatur, quum media inter Sophenen et Calachenen memoretur. At non servavit Strabo aut nescivit ordinem geographicum. Nam vix est dubium quin Syspiritis sit hod. *Isper* regio quæ ab *Erzeroum* est ortum et boream versus. Alio loco pro Hispiritide librariorum, ut videtur, errore memoratur *Hyspiratis*, in qua auri metalla sint. Quæ quidem metalla sunt *Isper* et *Gumuch-Chane* regionis. Eodem facit quod Strabo Chalybes (metallorum fabros) olim fuisse dicit in Derxene et Carenitide, quæ in eodem hoc tractu sunt.]

Συσσίτια Cretensium, quæ ἀνδρεῖα vocantur 412, 48; 413, 53.

T.

Tabæ, Τάβαι (*Damas*), Phrygiæ Magnæ opp., 494, 6.

Digitized by Google

Artemidorus Pisidiæ oppidum Phrygiæ vicinum dicit, 488, 29.

Tabenus campus, Ταβηνὸν πεδίον, cum oppidis semiphrygiis et Pisidicum quidpiam habentibus, 538, 8.

Tabulam geographicam primus edidit Anaximander Milesius, 185, 5, 51. Tabula terram in plano repræsentans septem minimum pedum diametrum habere debet, ut singula perspicue exhiberi possint, 96, 24. Tabula terræ antiqua, ὁ ἀρχαῖος γεωγραφικὸς πίναξ, ab Eratosthene emendatur, 56, 28. Οἱ ἀρχαῖοι πίνακες Indi cursum exhibent medium inter ortum hibernum et ortum æquinoctialem, 71, 12.

[*Tacape*] magnum in Syrti min. emporium, 708, 37.

Tænarum, Ταίναρον (*C. Matapan*), Laconicæ prom., 309, 15 et 44, quod Neptunus ab Apolline accepisse fertur, 321, 28. Neptuni fanum habet. Cerberus ibi extractus, 311. 45. Marmoris secturas habet, 315, 34. Distantia a Phycunte cui objacet, a Pachyno, Maleis, Onugnatho, 311, 49; 710, 21; 102, 28; 221, 49. A Coryco Cretæ pr., 312, 8.

Tænia submarina ab Europa ad Libyam pertinens, 41, 42

Tagus, Τάγος, Hispaniæ fl., 115, 2. Ejus fontes et cursus, 115, 4; 115, 17. A fontibus ad ostium esse lineam rectam 8000 stadiorum perperam dicit Polybius, 88, 21. Tagus per Celtiberiam fluit, 134, 35. E Celtiberis oriens labitur per Vettones, Carpetanos, Lusitanos, 126, 17; austrinum Lusitaniæ latus definit, 126, 37. Accolunt eum Aruaci, 134, 35. Ejus ostium 24 stadiorum, profundum admodum, 125, 47. Affluente mari, Tagus exundat, 125, 49. Insulam habet prope Moronem urbem, 126, 1. Ostio adjacet Olysipon, 126, 14. Fluvius piscibus et ostreis abundat, 126, 16. Navigatio in fluvio, 126, 7.

Talabroce, Ταλαβρόκη, Hyrcaniæ opp., 426, 23. [quod Strabo juxta Samarianen (*Saramenen* Ptolemæi, *Syringa* Polybii; hod. *Sari*) recenset. Idem oppidum apud Polybium 10, 31 in libris nostris scribitur ΤαΜβράξ. Corrige ΤαΛΛβρόξ. Ceterum quum Polybius dicat Talabrocen vicinam esse Syringi (*Sari*); huic autem nunc vicinus sit *Tala* vel *Talar* fl., ad hunc fluvium sitam fuisse ab eoque nomen habere Talabrocen censeo. Hodie fluvio adjacet *Aliabad*. Vox βρόχη significare videtur *oppidum*; idque superest in hod. *Fruch*. Sic non longe a Sari ad *Bawul* fluvium exstat *Bawul-Fruch*.]

Talæmenes, Ταλαιμένης, Mesthliæ et Antiphi pater, 535, 27.

Talares, Τάλαρες, gens Molossica, ad Pindum habitabant, pars avulsa ab iis qui ad Tomarum degunt, 373, 10 et 17.

Tamarum, Τάμαρον, Tauri sive Imai promontorium ad Indicum pelagus, 445, 40. (Idem est quod *Tamum* appellat Mela III, 7; *Tabin* Plin. 6, 20.)

Tamassus, Ταμασσός, Cypri opp.; metalla ibi, 583, 36; 212, 46.

Tamna, Τάμνα, Cattabanensium Arabum regia, 654, 1.

Tamynæ, Ταμύναι, Eubœæ opp. in Etretriæ ditione, Apollini sacrum, dei fanum ab Admeto conditum prope fretum, 384, 36.

Tamyraces, Ταμυράκης, sive Carcinites sinus (*golfe de Kerkinit* sive *de Perecop*), 255, 8 et 43. Cf. Carcinites.

Tamyrace, Ταμυράκη, orientale Achillei cursus promontorium, 255, 43; navium statio ibi, *ib.*; ab eo etiam sinus nomen habet, 255, 48.

Tamyras, Ταμύρας, fl. et Æsculapii lucus et Leonum urbs inter Berytum et Sidonem, 644, 8. [Hodie vocatur *Nahr ed Damour*; quare rectius apud Polybium 5, 68, 9 dici videtur Δαμοῦρας per Δ literam. Idque etiam propterea putem, quod Æsculapii ille lucus ad eum deum pertinuisse suspicor, qui apud Phœnices vocabatur Δημαροῦς, Melcarthi pater (v. Movers, *Phoen.* 1, p. 661 *sqq.*). Apud Plinium 5, 17 Damuras male *Magoras* vocari videtur. Ptolemæus inter Sidonem et Berytum medium ponit Leonem fluvium, qui itaque a Tamyra non diversus esse debet, sicuti Leonton potis Strabonis ad ipsum Tamyram ponenda fuerit. Vulgo Leo fl. cum *Nahr Lanteh* componitur; quod perperam fieri dixi in Geogr. Min. t. I p. CXXIII, et nuper etiam Ritterus t. 17, p. 49 monuit. Tamyras fl., in valle fertili et ad commodissimum Libani transitum situs, etiam eo notabilis erat, quod Ptolemæi et Antiochi M. ditiones dirimebat (Polyb. l. l.). Quam divisionem Strabo etsi non memoravit, non tamen ignoravit, ut ex eo colligitur, quod ait *nonnullos* Cœlesyriæ initium ponere ad Eleutherum fl. et Orthosiam. Alteram hanc divisionem ex Artemidoro sumpserit, quem ab Orthosia in oræ mensuratione profectum esse ex ipso Strabone novimus.]

Tanagra, Τάναγρα, Bœotiæ urbs, quam Asopus præterfluit, 328, 31; 351, 30. Nonnullis eadem est cum Græa; Tanagrica ditio eadem quæ Pœmandris vocatur; Tanagræi etiam Gephyræi dicuntur, 346, 48. Ἡ τετραπολιτικὴ περὶ Τάναγραν, Heleon, Harma, Mycalessus, Pharæ, 348, 19. De Heleone cf. 377, 26 et 347, 34; de Harmate, cf. 347, 1. Tanagræorum vicus Hyria, 347, 25; Mycalessus, 346, 53; oppidulum Delium, 346, 15; portus Aulis, 346, 24. Tanagricus ager, ἡ Ταναγρική, 344, 15. Tanagra et Thespiæ solæ Bœoticarum urbium adhuc constant, 352, 32; 346, 5.

Tanais, Τάναϊς, emporium ad Tanaim fl. a Græcis Bosporum incolentibus conditum; id Polemo nuper evastavit; commercia ejus; objacet urbi Alopecia ins.; a faucibus Mæotidis distat 2200 stadia, 423, § 3. Tanais emporium barbarorum post Panticapæum maximum, 257, 49. Id tenentibus paruerunt pars Mæotarum, 425, 9.

Tanais, Τάναϊς, fl. 240, 11 et 28; ab Homero non memoratur, 248, 14; 474, 28; a septentrione in Mæotidem fluit, ita ut ostia fluvii et Mæotidis et ipse fluvius in eodem meridiano posita sint, 88, 40; Nilo obversus est sec. meliores auctores, ita ut cum eo fluvio in eodem fere meridiano sit, 89, 7. Polybius eum ab ortu æstivo fluere censet, 88, 34. Alii eum oriri putant a locis Istro vicinis, 88, 45. Alii per Caucasum versus septentriones labi, et inde reverti ad Mæotidem autumant, 89, 3. Nonnulli Tanaim e Caucasiis montibus, alii vero a superioribus Istri partibus ferri existimant, 423, 10. Tanais a borea fertur; non in eodem cum Nilo meridiano fluit, sed orientalius, 422, 44; fontes ejus ignoti; cognita nonnisi ea quæ sunt prope ostia duo 60 stadiis distantia, 422, 29; 104, 29; 257, 44. Juxta Tanaim æqualibus spatiis meantes Borysthenes et Hypanis in Pontum influunt, 88, 49. Tanais, Asiæ et Europæ terminus, 104, 44; 106, 44; 54, 29; 257, 44. Ad fluvium est emporium ejusdem nominis, 423, § 3. Inter Tanaim et Borysthenem Roxolani degunt, 254, 34. Tanaim accolunt Aorsi, 434, 40 et Hamaxœci, 104, 50. Tanaidis nomen ad Iaxartem fl. Alexandri scriptores transtulerunt, qui Caspium mare paludem esse cum Mæotide palude cohærentem putarunt, 437, § 4.

Tanis, Τάνις, Ægypti urbs, ad quam fossa e Nilo ducta, 690, 36; nomi caput, 682, 11.

Tanites nomus, Τανίτης νομός Ægypti, 682, 9.

Taniticum, Τανιτικόν, Nili ostium, 681, 9. A nonnullis Saiticum vocatur, 682, 8.

Tantalus, Τάνταλος, 496, 51, Phryx dici solet, 489, 40. Ejus divitiæ e Sipyli metallis, 580, 20. Tantalo regnante Sipylus urbs terræ motu eversa, 48, 48.

Digitized by Google

Taoce, Ταόκη, lucus ad oram Persidis, ubi regia erat, τὰ κατὰ τὴν Ταόκην βασίλεια, 620, 6.

Tape, Τέπη, Hyrcaniæ regia, 436, 24, a Caspiis portis 1400 stad., *ib.* Nomen hoc aliunde non notum. Fortasse hod. *Asterabad.* Τάγας Polybii huc non pertinere contra Mannertum recte monet Ritter. t. 8, p. 476.

Taphiassus mons, Ταφιασσὸν ὄρος, in Ætolia, supra Molycriam et Macyniam, 387, 24; 395, 7; collis Locridis, in quo sepulcrum Nessi reliquorumque Centaurorum, quorum de cadaveribus fluere aiunt aquam fœtidam; hinc Ozolæ (fœtidi) Locri dicti, 366, 31.

Taphitis, Ταφῖτις ἄκρα, prom. Libyæ, in quo Clypea urbs, 708, 4. E Taphitide prom. ad Cossurum ins. 400 stadia, 708, 8.

Taphiûs, Ταφιοῦς. V. Taphus.

Taphiorum insulæ, Ταφίων νῆσοι, ante dictæ Teleboarum insulæ; quarum una fuit Taphus sive Taphiûs. Antequam Taphii et Teleboæ eas tenerent, Amphitryo Cephali imperio subjecerat; Homerus Mentæ regi tribuit, incolasque prædones vocat, 394, 26.

Taphrii, Τάφριοι, intimi sinus Carcinitæ accolæ, 255, 47.

Taphus, Τάφος, nunc Ταφιοῦς, insula a Cephallenia diversa, sub Menta erat sec. Hom., 391, 51, una ex Taphiorum inss., 394, 26. Taphum eandem esse cum Cephallenia quidam contenderunt, ac Taphios esse Cephallenios eosdemque Teleboas, 391, 43. Taphii olim Acarnaniam tenuisse feruntur, 396, 5.

Taposiris, Ταπόσειρις, Libyæ locus non longe ab ora dissitus, in quo magnus conventus celebratur; situs inter Leucaspin et Plinthinen, 679, 23.

Taposiris parva, ἡ μικρὰ Ταπόσειρις, in tænia quæ inter mare et fossam Canobicam intercedit, 680, 27; 679, 24.

Taprobane, Ταπροβάνη, insula, 52, 33. Sec. Hipparchum Cinnamomiferæ parallelus transit per ea quæ sunt a meridie insulæ vel per partes ins. extremas, 109, 54. Sec. Eratosthenem insula in eodem parallelo est in quo Cinnamomifera regio, 60, 19; 98, 29. Aeris temperies, 98, 29. Versus Æthiopiam porrigitur per 8000 stadia et ultra, 60, 24. (Cf. 589, § 14) Si latitudinem sumas congruentem, addasque ab India distantiam, stadia 3000 putare licet, quæ ab India (ad extremitatem meridionalem) pertineant, quot sunt a fine habitatæ terræ ad Meroen cum Indiæ extremitate componendam, 60, 27. Sec. Eratosthenem ab Indiæ ora australi 7 dierum navigatione distat; 589, § 14. Secundum Onesicritum 20 dierum navigatione a continente distat; ejus ambitus, sec. eundem; adjacentes insulæ; cete marina ibi, 589, § 15. Elephanti, 589, § 14. Non minor est insula quam Britannia, 107, 37. E Taprobane in Indorum emporia importantur ebur, testudo, aliæ merces, 60, 25.

Tapyri, Τάπυροι, 441, 20. Inter Hyrcanos et Arios habitabant, sec. Eratosth., 440, 36; inter Derbices et Hyrcanos, 441, 29. Tapyri in Atropatene, 449, 7. Tapyrorum vestitus, 446, 11. Mos quidam, 441, 30.

Taras, Τάρας, heros, de quo Tarentum dictum, 232, 9.

Tarasco (Ταρούσκων codd. Strabon., ut Ptolem.), Galliæ Narbonensis urbs, in via a Nemauso ad Aquas Sextias ducente, 148, 25 et 34; ad Rhodanum sita, a Nemauso 100 fere stadia distans, 155, 30.

Tarbassus, Ταρβασσός, Pisidiæ opp., 488, 20 (Situs loci aliunde non noti incertus.)

Tarbelli, Τάρβελλοι, Aquitaniæ gens ad sinum Gallicum; (a Pyrenæis usque fere ad lacum *d'Arcachon*); auri apud eos metalla, 158, 15.

Tarco, Τάρκων, Tyrrheni dux, de quo Tarquiniorum urbs nomen habet, 182, 46. Tarconem cur canum natum dixerint, 182, 47.

Tarcondimotus, Ταρκονδίμοτος, Amani castella sub se habuit; a Romanis rex appellatur, 577, 2.

Tarentinus sinus, Ταραντῖνος κόλπος, Italiæ, 174, 27; 176, 6; importuosus, excepto recessu, in quo Tarentum, 231, 5. Sinus magnitudo, 217, § 11.

Tarentum, Τάρας, adhuc exstat unica Achaicarum in Italia urbium, 217, 46. A Tarante heroe nomen habet, 232, 9. Portus urbis egregius; situs urbis; gymnasium; forum, Jovis in eo colossus; arx; Herculis colossus, 231, 5. Origines urbis a Partheniis Lacedæmoniis sub Phalantho duce conditæ narrantur secundum Antiochum, 231, 27, et Ephorum, 232, 10. Portus non omnino a fluctibus tutus est et in intimo recessu quædam vadosa habet, 234, 43. Tarento ad Brundusium pertinet isthmus 310 stadiorum, 231, 1. A Metaponto distantia, 231, 3; ad Barin s. Veretum sunt 600 stadia, 233, 46; ad Phalacrum Corcyræ prom. 1700 stadia, 269, 34. Tarento Romam itur via Appia, 234, 54. Tarentinus ager λεπτόγεως, 234, 35. Tarentinorum democratia, potentia, exercitus ingens; Pythagoricæ philosophiæ studium; Archytas diu urbi præfectus; tum ob res secundas ingruens luxuria; festorum numerus ingens; reipublicæ depravatio; peregrini in bellis duces, ut Archidamus, Cleonymus, Pyrrhus, Alexander Molossus, qui solennem Græcorum hujus regionis conventum ex Heraclea Tarentina in Thuriorum fines ad Acalandrum fl. transferre voluit, 232, 53. Bello Hannibalico libertate spoliati, 233, 23. Nunc urbs coloniam Romanam habet, 233, 24. De Heraclea contra Messapios bellum gesserunt, auxilio usi Dauniorum et Peucetiorum, 233, 25. Alexandrum Molossum contra Messapios et Lucanos, Pyrrhum contra Romanos advocarunt, 233, 12. Tarentinis infesti Achæi Italici, e Laconica olim pulsi, 220, 4. De Metapontino agro inter eos controversiæ, 220, 11 et 26. Tarentinorum Thuriorumque de Siritide bellum quomodo sit compositum, 219, 47. Tarentini, ut finitimis Samnitibus adularentur, Lacones olim in Samnitica regione consedisse finxerunt, 208, 31. Thurios in servitutem actos Lucanis eripuerunt, 219, 11. Pro Dionysio tyranno apud Locrenses intercesserunt frustra, 216, 4. Tarento potiuntur Carthaginienses et Fabius Maximus, 231, 23.

Tarichiæ, Ταριχέαι, Judææ opp., 651, 2. (Situm opp. ad extrema Gennesaritidis lacus, in ora ejus occidua prope locum, ubi Jordanes exit. De ruinis v. Ritter, t. 15, p. 345.)

Tarichiæ, Ταριχεῖαι, ins. Libyæ prope Thapsum, 708, 15.

Tarna, Τάρνα, Lydiæ locus, 354, 5.

Taronitis, Ταρωνῖτις (armen. *Taron*), Armeniæ meridionalis provincia, olim Syrorum fuit, 453, 27.

Tarpetes, Τάρπητες, Mæotarum gens, 425, 1.

Tarphe, Τάρφη, opp. Locrorum Epicnemidiorum, unde nomen habeat; nunc dicitur Φαρύγαι (q. v.), 366, 14.

Tarquinii, ἡ Ταρκυνία, Etruriæ urbs, a Tarcone dicta, 182, 46. Tarquinios venit cum hominum multitudine Demaratus Corinthius, et e Tarquiniense muliere Lucumonem genuit, 183, 4. A Tarquiniis quænam Romani acceperint, 183, 12.

Tarquinius (L.) Priscus, Demarati filius, ante regnum adeptum Lucumo dictus, 183, 8. Apiolam Volscorum opp. delevit, 192, 37, item Æquorum oppida, *ib.*

Tarquinius Superbus, T. Prisci f., Suessam cepit, 192, 40; regno excidit, 138; 18; 183, 17; restituere eum tentavit Porsena, 183, 17.

Tarracina, Ταρρακίνα, Latii opp. in via Appia, 194, 25; prius Τραχίνη (Aspera) dicta; a Circæo distantia; vicina palus, quam duo fluvii, Ufens et alius, implent, 194, 18; 193, 9.

Digitized by Google

Tarraco, Ταρράκων, Hispaniæ urbs, 133, 11; 139, 4; quamquam portu caret, non minus quam Carthago frequentatur ob situm commodum; metropolis est Hispaniæ intra Iberum sitæ et magnæ partis ejus, quæ extra Iberum est, 132, 22. Falsa de urbe tradit Eratosthenes, 132, 30. Tarracon ab Ilerda 460 st., 134, 12. Ab ea ad extremos Vascones juxta Oceanum 2400 stadia, 134, 17. Tarracone aut Carthagine hiemare solet provinciæ præfectus, 138, 46. Cf. Sertorius.

Tarsius, Τάρσιος, ad Zeliam Troadis fl., 20 habens in eadem via transitus, 502, 30.

Tarsus, Ταρσός, Ciliciæ urbs, 104, 16; 566, 51; 570, 25; Ab Argivis Triptolemi comitibus condita, 638, 52. Tarsus et Anchiale eodem die a Sardanapallo conditæ, 573, 33. Urbem perfluit Cydnus. Navale Tarsi, 574, 6. Urbs populosa et præpotens, 575, 4; a Ciliciæ finibus borealibus 120 stadiis, ac pluribus a Cydni ostio abest, 574, 18. Tarsi situs, 574, § 12; scholis suis urbs celeberrima; magistri scholarum fere omnes sunt indigenæ, quorum plerique peregre abeunt, 574, § 13. Tarsum male administravit Antonii temporibus Boethus; deinde statum reipublicæ correxit Athenodorus Sandonis f., 575, 15. Athenodoro successit Nestor, 575, 51. Tarsenses viri: Antipater, Archedamus, Nestor Stoici; Athenodorus Cordilio, Athenodorus Sandonis f.; Boethus; Nestor academicus; Plutiades et Diogenes item philosophi; Artemidorus et Diodorus grammatici, Dionysides tragicus; alii complures Romæ et Alexandriæ versabantur, 575, § 15 et 16. Tarso Solos migravit pater Chrysippi, 573, 23. Tarsensibus magna est facilitas de quovis argumento ex tempore dicendi, 575, 18.

Tartarus, Τάρταρος. E Tartari figmento existimaveris loca ad Tartessum sita non ignota fuisse Homero, 123, § 12.

Tartessis, Ταρτησσίς, Hispaniæ regio ad Bætin fl., quam nunc Turduli incolunt, 123, 9. Sic vocari regionem quæ Calpæ adjacet, tradit Eratosthenes, 123, 10.

Tartessus fl., i. q. Bætis, 122, 53; 123, 8.

Tartessus urbs fuit in insula, quam ostia Bætis s. Tartessi fl. efficiunt, 123, 8. Nonnulli Tartessum urbem esse hodiernam Carteiam dicunt, 125, 21. Loca circa Tartessum non ignota fuisse Homero ex fabula de Tartaro aliisque nonnullis colligitur, 123, § 12 et 13. Tartessii et maxime principes eorum longævi esse ferebantur, ut colligas ex versu Anacreonteo et ex Herodoti narratione de Arganthonio rege, 125, 10. Tartessiorum de Æthiopum migratione narratio, 27, 25.

Tasius, Τάσιος, Rhoxolanorum dux, a Diophanto victus, 254, 40.

Titus Tatius, Quiritium rex, cum Romulo regni et civitatis societatem init; per insidias occiditur Lavinii, 190, 11; 192, 6. Quirinalem collem munivit, 195, 17.

Tatta lacus, Τάττα λίμνη, in Phrygia, ἁλοπήγιον αὐτοφυές, 486, 35.

Tauchira, Ταύχειρα, sive Arsinoe, Cyrenaicæ urbs, 710, 20 et 52.

Tauium, Ταούιον, Trocmorum castellum et emporium; asylum ibi et Jovis colossus æneus, 485, 46.

Taulantii, Ταυλάντιοι, gens Illyrica, 271, 20.

Tauriana Italiæ regio supra Thurios, 211, 40.

Tauri, Ταῦροι, montes duo in ora Troglodytica sinus Arabici, 655, 47.

Tauri, Ταῦροι, Scythica gens latrociniis dedita, 256, 22. Chersonesum Tauricam usque ad Theodosiam tenebant, 256, 16 et 22. Taurorum sunt Trapezus et Cimmerius montes, 257, 5. Cf. Chersonesus Taurica.

Taurini, Ταυρῖνοι, Liguriæ pop., per quorum regionem Hannibal transivit, 174, 7.

Taurisci, Ταυρίσκοι, a nonnullis Teurisci (Ligyrisci codd.) et Tauristæ vocantur, 246, 12; 244, 10. Gallica gens, Thracibus permixti habitabant, 246, 12, et in Norico, 172, 9; 173, 5. Eorum Tauriscorum oppidum Nauportus, 260, 44. Ad eos Boii commigrarunt e Padana regione, 177, 20. Taurisci sive Teuristi Galli a Cimbris appetuntur, 244, 10. Apud Tauriscos ad Istrum Boii habitabant, 177, 21. Taurisci et Boii Galli, qui sub Critasiro rege erant, inter Alpes et Danubium a Dacis debellati sunt, 260, 24. Tauriscos Gallos prorsus delevit Bœrebistas Getarum rex, 252, 29.

Tauristæ i. q. Taurisci.

Tauroentium, Ταυροέντιον, Massiliensium col. in Gallia, (*Taurenti*), 149, 32; 152, 52.

Tauromenium, Ταυρομένιον, Siciliæ opp.; ejus a Catana et Messana distantia, 221, 26; minus quam Messana et Catana frequentatur, 223, 13. Urbs servorum bello afflicta, 226, 30.

Tauropolos Diana. V. Diana.

Tauropolium, Dianæ templum, in Icaria ins., 546, 2.

Taurus, Ταῦρος, Asiæ mons. Ejus descriptio, 446, *cap.* 12. Taurus Asiam in duas partes dividit, 420, 45. Latitudo ejus multis locis vel ter mille stadiorum; longitudo 45000 stadiorum inde a continente Rhodo opposita, 421, § 3. A Pamphyliæ extremis usque ad orientale mare pertinet, 106, 47. Asiæ pars ab eo versus boream sita vocatur intra Taurum, altera pars extra Taurum, 106, 48. Tauri principium faciunt montes Chelidoniis insulis imminentes; inde enim in altum assurgit; revera autem idem mons etiam per Lyciam et ulterius per Rhodiorum Peræam occasum versus extenditur, et ibi quoque Tauri nomine appellatur, 556, 1; 568, 37. Tauri initium a Caria et Lycia; primum alte assurgit apud Chelidonias; Cilicum valles complectitur; scinditur ab eo Antitaurus et Amanus, 446, § 2. Trans Euphratem partes Tauri: Paryadres et Moschici montes, 447, 29, Parachoathras, in austrino latere Gordyæi montes, in quibus Masius; tum Niphates, Zagrius, Elymæorum, Parætacenorum, Cossæorum montana, 447, 37; in mediis Tauri montibus Media et Armenia sitæ, 447, 52; 446, 31. Tauri partes sunt Paropamisus, Emodus, Imaus, et sec. Macedonum fabulas Caucasus, 587, 33; 438, 20; 445, 1. Altissima Tauri juga a Lycia ad Pisidiam Solymi tenent, 17, 34. Taurus Cilicius, 457, 14. In boreali Tauri parte fontes sunt Euphratis, in australi fontes Tigridis, 447, 6 et 15. Per Tauri angustias in Ciliciam e Cataonia Pyramus effunditur, 44, 14.

Taurus, Ταῦρος, et Threx Judææ castella in Hiericuntis ingressu sita, ταῖς εἰσβολαῖς τοῦ Ἱεριχοῦντος ἐπικείμενα, a Pompeio diruta, 649, 33. Secundum Gadovii sententiam (v. Ritter, t. 15, p. 521) referenda sunt ad ruinas castellorum ad viam *Akaba* dictam exstantes, qua Hierosolymis Hiericuntem itur; posse tamen alt referri etiam ad rudera quæ exstant inter *Ain es-Sultan* et molas sacchari.

Taurus Marathonius, 342, 40. Tauri poto sanguine obiit Midas, 51, 25.

Taxila, τὰ Ταξίλα, Indiæ urbs magna, 589, 50. Inter Indum et Hydaspem, 595, 5. Incolarum quædam instituta refert Aristobulus, 608, § 62, qui Taxilis Brachmanes vidit, 607, 51.

Taxiles, Ταξίλης, rex inter Indum et Hydaspem, Alexandrum comiter excepit, 595, 9.

Taygetus, τὸ Ταύγετον ὄρος, Laconicæ mons, 173, 51; 390, 18; ejus situs, 311, 33. Ejus vertices aliqui terræ motibus abrupti, 315, 32. Habet marmoris secturas, 315,

Digitized by Google

36. Taygeti altitudinem exæquant Albi Cretæ montes, 408, 11.
Teanum Apulum, Τέανον Ἀπουλον, Apuliæ opp., 237, 16. Hinc ad Dicæarchiam isthmus Italiæ minor 1000 stadiis, 237, 18. Teano vicina est Buca Frentanorum, 201, 45.
Teanum Sidicinum, Τέανον Σιδικῖνον, Campaniæ urbs maxima, in via Latina, 197, 51; 207, 18 et 32; 287, 17.
Tearco, Τεαρκών vel Τεαρκώς, Æthiopum dux, longinquam peregrinationem suscepit, 51, 18; in Europam usque penetravit, 585, 18.
Teate, Τεατέα, Marrucinorum caput, 201, 34.
Tectosages, Τεκτοσάγες, Galliæ pop., 155, 33 et 45; 485, 22. Cf. Volcæ Tectosages. In Asiam transgressi eam Galatiæ partem tenuerunt, in qua sunt Pessinûs, Orcaorci et Ancyra, 486, 1.
Tiberius et frater ejus Drusus Noricorum incursionibus unius æstatis expeditione finem imposuerunt, 172, 10. Tiberius, Augusti filius et successor, pro norma administrationis et edictorum exemplo patris utitur; ipsumque imitantur patris administri Germanicus et Drusus filii, 239, 52. Tiberius impositis Cantabricæ tribus cohortibus, quas Augustus destinaverat, gentes feras non pacatas modo, sed civiles etiam quasdam eorum reddidit, 129, 30. Navali pugna cum Vindelicis certans receptaculo usus est insula in Rheni lacu (*Reichenau du lac de Constance*), 242, 53; hinc unius diei itinere ad fontes Istri venit, 243, 6. Cappadociam in provinciæ formam redegit, 458, 20. Sardes aliasque urbes terræ motu dirutas restauravit, 536, 39; 496, 19. Tiberii amicus M. Pompeius, Theophanis f., 528, 20. Ab Augusto in Iberiam mittitur, 697, 14.

Tibiarum inventores faciunt Silenum, Marsyam, Olympum, 403, 45. Tibiis aptum calamum palus prope Haliartum fert, 353, 43. Tibiæ Berecynthiæ et Phrygiæ, 404, 48. Tibicines Curetes, 405, 15.

Tibius, Τίβιος, nomen ap. Paphlagones frequens, quodque servis inde oriundis dari solebat, 253, 4. Nomen in Cappadocia quoque obvium, 473, 43.

Tibius, Τίβιος, sobrinus avi materni Strabonis, et filius Tibii Theophilus, a Mithridate necati, 477, 42.

Tibur, Τίβουρα, in conspectu Romæ urbs; ibi Herculis fanum, Anionis cataractæ; Tiburtini lapidis secturæ, 198, 39. Oppidum græcanicum esse fertur, 199, 3. Distantiæ a Præneste et Roma, 199, 1. A Tibure incipit via Valeria, 198, 34.

Tichius, Τειχιοῦς, castellum supra Nicæam situm prope Thermopylas, 367, 40.

Ticinum, Τίκινον, ad fluvium cognominem sita urbs (*Pavie*), versus fines regni Cottii, 180, 41; a Placentia 36 mill. distat, 180, 42; ab Ocelo distat 160 mill. pass., 180, 48. A Ticino ad Ocelum via, 180, 45.

Ticinus, Τίκινος, fl. e Verbano lacu in Padum influit, 174, 16; 180, 43, urbem cognominem præterlabens, *ib.*

Tieum, Τίειον (ἡ Τίειος, 466, 47), Cauconum urbs in Bithynia, 464, 42; 484, 26; Philetæri patria, 465, 37; unus pagorum e quibus Amastris urbs conducta, 466, 47.

Tiga, Τίγα (Τίγγις?), Mauretaniæ opp., 702, 31.

Tigranes, Τιγράνης, Armeniæ rex. Ejus historia adumbratur, 456, 13-30. Ejus successor Artavasdes, 456, 31. Tigranes ab Artaxio genus duxit, 456, 3. Artavasdæ pater, Pompeii jussu 6000 talenta Romanis militibus distribuit, 454, 35. Mazacorum urbis incolas Tigranocerta transduxit, 462, 24. (Cf. Tigranocerta.) Metrodorum ad Mithridatem Eupatorem remisit, 521, 37; fortiter Parthis restitit, 634, 48. Pinaca, Gordyæorum urbem, subjectam sibi habebat, 636, 16. Gordyæis machinarum bellicarum fabris usus est, 636, 19. Magnam partem regionis, quæ ad Tigridem olim Gordyæis subjecta erat, ei dedit Pompeius, 636, 21. Cleopatram Selenen, quum ea Syria excidisset, interemit, 638, 18. E Seleucia exclusus est, 640, 4.

Tigranocerta, Τιγρανόκερτα, Armeniæ urbs, 636, 7; a Tigrane condita, qui duodecim urbes Græcanicas in eam

Digitized by Google

conduxit; semiperfectum opus subvertit Lucullus, 356, 24. In eam Mazacorum incolæ transducti sunt, 462, 24; supra Tigranocerta est Masius mons, 447, 43.

Tigris, Τίγρις, fl. in australi Armeniæ parte oritur, 631, 13; 73, 31. E Niphate monte per Arsenen paludem ruit nec miscetur ei ob velocitatem, unde nomen habet; nam *tigris* Medis sagitta dicitur, 454, 2; in ultimo paludis recessu terram subit; ad Chalonitidem denuo emergit, *ib.* Reliquus ejus cursus, *ib.* Tigridis fontes ab Euphratis fontibus 2400 stad. distant, 447, 19. In australi Tauri parte fontes habet; cursus ejus, 447, 15; 66, 48; lacum transit, 620, 42. Thopitin lacum maximo impetu transit, 635, 37, dein terram subit, rursusque emergit non procul a Gordyæa, *ib.* In Mesopotamia terram subit, 228, 41. Ejus ab Euphrate distantia maxima et minima, 635, 33. Tigris et Eulæus et Choaspes in lacum confluunt, indeque in mare exeunt, sec. Polycletum, 620, 25, et Onesicritum, 620, 54. Sec. alios omnes Susidis fluvii in Tigrim incidunt, indeque hunc prope ostia Pasitigrim vocari, 620, 32. In Tigride cataractas struxerunt Persæ impediendæ navigationis causa, 630, 11. Tigris fl. eo loco ubi Alexander translit, a Thapsaco abest 2400 stadia sec. Erat., 75, 13. Tigridi adjacet Opis pagus et emporium, 630, 8. Fluvius piscosus est, 454, 6.

Tigres Indiæ, 598, 54.

Tigurini, Τιγυρηνοί, Helvetii Cimbris se socios adjunxerunt, 244, 15.

Tilphossa, Τιλφῶσσα, fons Bœotiæ sub monte Tilphossio fluens prope Haliartum et Alalcomenas, 353, 8; ad eum Tiresiæ monumentum, *ib.* et 355, 27.

Tilphossii Apollinis fanum, 353, 11.

Tilphossius mons, Τιλφώσσιον ὄρος, Bœotiæ, sub quo Tilphossa fons, 353, 8. Hunc in montem Thebani confugerunt bello Epigonorum, 355, 26.

Tilphossium, Τιλφώσσιον, Bœotiæ opp. ad lacum Copaidem, 353, 1.

Timæus, Τίμαιος, historicus, unde Epitimæus dictus sit, 547, 16; ab Artemidoro reprehenditur, *ib*; quinque Rhodani ostia esse censuit, 152, 27. Citatur de Pithecussis, 206, 50; de Alpheo et Arethusa, 225, 8; Timæus Achilleum a Periandro Iliacis lapidibus contra Athenienses munitum esse dicit, obloquente Demetrio Scepsio, 513, 38. Post septem insulas maximas maximam esse alteram Gymnesiarum falso contendit, 558, 52.

Timagenes, Τιμαγένης, historicus, de Q. Servilii Cæpionis fatis postremis laudatur, 156, 13. In India æneis guttis pluere, easque colligi ait, 606, 1.

Timavum, Τίμαυον, in sinus Adriatici recessu intimo Diomedis templum et lucus cum septem fontibus, qui uno alveo (*Timao*) in mare effunduntur. Posidonii de Timavo fluvio narratio, 178, 51.

Timavus fl., 228, 51; 178, 51. Ab eo usque ad Polam pertinet Istriorum ora maritima, 179, 37. Cf. Timavum.

Timonitis, Τιμωνῖτις, Paphlagoniæ regio, 481, 42.

Timonium, Τιμώνιον, Alexandriæ Æg., 675, 37.

Timosthenes, Τιμοσθένης, Ptolemæo II classis præfectus, nomi Pythii inventor; de portubus quoque libros decem conscripsit, 361, 46. Timosthenes ὁ τοὺς λιμένας συγγράψας in nostri maris descriptione præ ceteris testis adhibetur ab Eratosthene, quamquam hic in permultis ab eo dissentit, 76, 24. Timosthenes quomodo ventos distinxerit, 24, 8. Timosthenes et Eratosthenes et antiquiores plane ignari fuerunt rerum Hispanicarum et Gallicarum ac multo magis Germanicarum, Britannicarum, Geticarum, Bastarnicarum; ignoratione etiam laborant Italicarum, Adriaticarum, Ponticarum, 77, 22. Timosthenes justissimas reprehendendi causas Hipparcho dedit, 78, 1. Laudatur de Carteia urbe Iberiæ, 115, 50; de insulis inter Lesbum et Asiam sitis, 528, 52. non recte Massiliæ objectum esse in Libya Metagonium censuit, 702, 44. (E Timosthene suas de Nili cursu mensuras habet Eratosthenes ap. Strabon. XVII, 1, § 2.)

Timotheus Patrio, Τιμόθεος ὁ Πατρίων, Sinopensis, 468, 13.

Τιμοῦχοι Massiliensium, 149, 16.

Tinctoriæ plantæ multæ in Hispania, 136, 9.

Tingis, Τίγγις, Τίγξ, Τρίγξ, (*Tanger*), Mauretaniæ opp., quod Artemidorus Αὔγξ, Eratosthenes vero Λίξος vocare a Strabone dicuntur, 701, 7; Tingi vicina Zelis urbs, 116, 1. Tingin trajicere solent a Belone Bæticæ oppido, 116, 1.

Tinia Umbriæ fl. V. Teneas.

Tiresias, Τειρεσίας, Mantûs pater, 381, 7; 548, 48; ejus sepulcrum ad Tilphossam fontem, 355, 27; 353, 10. De Tiresia versus Homerici, 649, 2.

Tirizis, Τίριζις, Hæmi promontorium et castellum, Lysimachi quondam gazophylacium, 265, 24.

Tiryns, Τίρυνς, Argolidis urbs; τειχιόεσσα, 320, 30; a Prœto Cyclopum opera munita, 320, 36. A Nauplia distantia, 320, 42. Nunc urbs deserta, *ib.* Tirynthis arx Λίκυμνα, 320, 41. Tirynthis incolæ Epidaurum migrarunt, 320, 49.

Tisamenus, Τισαμενός, Orestis f., cum Achæis Iones e Peloponneso ejecit, 329, 37; 334, 48.

Tisiaus, Τισιαοῦς, Numidiæ opp. a Cæsare dirutum, 705, 52. (Aliunde non notum; significari Οἴσιχα Ptolemæi suspicatur Letronnius. Ego puto in ΤΙΣΙΑΟΥΣ latere ΤΙΣΙΔΡΟΣ, adeo ut sit *Tisdros* Tab. Peut., *Thysdros* Ptolemæi, *Tusdra* Hirtii, hod. *El Edchen.*)

Titanes, Τιτᾶνες, Rheæ famulos dant Corybantes, 405, 21. Titanes i. q. Pelagones, 281, 36.

Τιτανισμός quid? 281, 34.

Titanus, Τίτανος, Thessaliæ opp. in Eurypyli ditione, unde nomen habeat, 377, 33.

Titaresius, Τιταρήσιος, Homero dicitur Europus fl. de Titario monte e quo defluit, 276, 8; 379, 7; 378, 46; per Perrhæbica loca in Peneum exit, 379, 7. Pinguis aqua fluvii, 379, 11.

Titarius mons, Τιτάριον ὄρος, Olympo adhærens in Thessalia, e quo Titaresius sive Europus in Peneum defluit, 276, 10; 379, 8.

Titius, Liburniæ fluvius navigabilis, 261, 37. (Nomen fluvii Strabo non apponit.)

Titius, Τίτιος, Syriæ procurator, quem convenit Phraates IV, 637, 30.

Tithonus, Τιθωνός, Memnonis pater, Susorum conditor, 619, 35; 502, 40.

Tityri, Τίτυροι, Bacchi πρόπολοι, 400, 23; 402, 19; 404, 6.

Tityrus, Τίτυρος, Cydoniæ mons, in quo Dictynnæum, 411, 31.

Tityus, Τιτυός, Panopensium in Phocide tyrannus, ab Apolline interficitur, 362, 34. Tityum Panopeo Phocidis assignant fabulæ, Homerus vero Eubœæ, in qua est heroum Tityi et Elaria spelunca ab Elara, matre Tityi, dicta, 363, 22.

Tlepolemus, Τληπόλεμος, Herculis filius et *Astyocheæ* ex Ephyra urbe oriundæ, 290, 36; post interfectum Licymnium in Rhodum vel e Bœotia vel Argis abiit, ubi socii ejus Lindum Camirum et Ialysum inhabitarunt, 557, § 6, vel etiam condiderunt, 558, 35.

Tlos, Τλῶς, Lyciæ opp.; ejus situs, 567, 30.

Tmarus. V. Tomarus.

Tmolus, Τμῶλος, dives mons Sardibus imminens; speculam in summo habet, Persarum opus; montis accolæ; 534, 54. Tmolus mons in ipsis Lydiæ finibus continetur,

Digitized by Google

537, 40. Ex eo Pactolus fluit, 474, 51; 534, 54. Auri metalla habet, 506, 36. Ad eum ψευδάργυρον reperitur, 521, 45. Sub eo Hyde opp., 535, 30, et Hypæpa, 536, 24; ei propinqua est Larisa, 530, 38. Ab eo versus meridiem est Λειμὼν locus, 555, 13.

Tochari, Τόχαροι, Scythæ trans Iaxartem, 438, 32.

Tolistobogii, Τολιστοβόγιοι, Galatæ a duce sic dicti, 485, 21; cum Trocmis et Tectosagibus Celtis Phrygiæ partem occuparunt, non liquet e quibusdam Galliæ locis profecti, 155, 48. Tolistobogiorum ditionis situs; Blucium et Peium eorum castella, 486, 5. Tolistobogiorum tetrarchiam habuit Dejotarus, 468, 38.

Tolosa, Τολῶσσα, Galliæ urbs, sita est quo loco arctissimus est sinus qui Narbonense mare ab Oceano distinguit, 156, 37. Tolosæ erat templum sacrosanctum thesauris abundans, 156, 33. Magnas auri divitias ibi reperit Q. Servilius Cæpio. De earum origine Timagenis et Posidonii sententiæ, 156, 5.

Tomarus seu Tmarus mons, ὁ Τόμαρος ἢ Τμάρος, Epiri mons, 272, 19; cui subjacet Dodona, 273, 4. Hinc Τομούρους dici Jovis interpretes perhibent, 273, 10. Ejus accolæ Talares, 373, 18.

Tomis, Τόμις (Τομεύς, p. 264, 27), ad Pontum urbs, inter Istrum et Callatin, 265, 5. Supra eam Crobyzi et Troglodytæ, 264, 27.

Tomisa, τὰ Τόμισα, Cappadocum castellum trans Euphratem situm, Sopheno venditum, postea a Luculio redditum Cappadociæ regi, 458, 40; Sophenes castellum, a Mazacis distans 1440 stadia, via ducente per Herphas opp., 566, 30; Tauro adjacet, 566, 38.

Τομεῦροι ap. Homerum quinam, 273, 10 et 16. Cf. Tomarus.

Topaziin Ophiode insula, 655, 28.

Topira, τὰ Τόπειρα, Thraciæ opp. Abderis et Maroneæ vicinum, 282, 15.

Toreatæ, Τορεάται (rectius Τορέται), Mæotarum gens, 425, 1.

Toretæ. V. Toreatæ.

Toronæus sinus, Τορωναῖος κόλπος (Τορωνικὸς κ., 279, 16), Canastræo et Derri prom. includitur, 279, 16 et 26 et 30.

Toygeni, Τωύγενοι, Helvetii, Cimbris se socios adjunxerunt, 244, 15. Contra eos pugnavit Marius, 152, 34. (Idem nomen reponendum esse censeo pag. 260, 22, ubi codices præbent Τοινίους. Toygeni pertinere videntur ad regionem hodiernæ Iuggen. V. Walckenaer, *Géog. d. Gaules*, I, p. 310.)

Trachea, Τραχεῖα, Ephesi pars quæ est ad latus Coressi montis, 541, 37.

Tracheotis Cilicia et Tracheotæ Cilices. V. Cilicia.

Trachin, ἡ Τραχίν, Phocidis oppidum, 363, 28.

Trachin, Thessaliæ opp., sex stadia ab Heraclea distans, 367, 42. In veteris Trachinis locum successit Heraclea. Ἡράκλεια Τραχὶν καλουμένη πρότερον, 372, 45; 334, 35; 380, 16.

Trachine. V. Tarracina.

Trachinia, Τραχινία, regio ad Œtam sita, 287, 30, in Pelei et Achillis ditione, 371, 31; quæ apud Sophoclem est pars Phthiotidis, 372, 6. Œchalia, Trachiniæ oppidum, 385, 2.

Trachones, οἱ Τράχωνες, duo montes prope Damascenen, apud quos desinit Antilibanus, 642, 43, 643, 40.

Tragææ inss., Τραγαῖαι, ad Miletum, 543, 11.

Tragasææ salinæ, τὸ Τραγασαῖον ἁλοπήγιον, ad Hamaxitum Troadis, 517, 48.

Tragium, Τράγιον, (Laconiæ opp.?), a Teleclo Nedontis incolis frequentatum, 309, 31. (Aliunde non notus locus.)

Tragœdia unde dicta sit, 15, 15.

Tragurium, Τραγούριον (*Boua* ins. ad *Traw* opp.), insula Illyrica, in quo Issenses oppidum condiderunt, 102, 23; 261, 46.

Tralles, Τράλλεις, in Asia, 566, 16; conditæ ab Argivis et Trallibus Thracibus, 554, 27. Distantiæ a Mæandro et Magnesia, 866, 8, et Alabandis, 565, 53, et Larisa vico, 378, 32. Situs urbis et opulentia; Ἀσιάρχαι principes, quorum fuit Pythodorus Pythodoridis pater; alii Tralliani sunt Menodorus, Dionysocles, Damasus, 554, § 42, 476, 9. Tralles tyrannide presserunt Cratippi filii sub tempus belli Mithridatici, 554, 29. Urbs terræ motu afflicta; ab imperatore restaurata, 496, 17.

Tralli Thraces Tralles Asiæ urbem condiderunt, 554, 28.

Transpadana Gallia. V. Gallia.

Trapezon, Τραπεζών, collis Syriæ in agro Antiocheno, ad quem Ventidius cum Parthorum duce pugnavit, 639, 51.

Trapezus, Τραπεζοῦς, urbs græca in Ponto, ab Amiso 1200 stad. distans, a Phasi 1400 stad., 469, 47; 470, 3; 428, 7; juxta Tibaraniam et Colchidem urbs, 257, 6; 426, 28 Ibi pelamydum piscatio, 366, 5. Gentes supra Trapezuntem habitantes, 470, 7.

Trapezus, Τραπεζοῦς (*Tchatir-Dag*), mons Chersonesi Tauricæ, 257, 5.

Τραπεζοῦς sicut ὁ Ἐλεοῦς dicitur, 283, 51. Probabiliter Trapezus h. l. intelligitur de promontorio Chersonesi Thracicæ, quod ab aliis Τράπεζα dicitur.

Trapontium (?), Latii opp., 198, 7.

Trarium, Τράριον, pagus Æolidis supra Cisthenen situs, 519, 18.

Trasimenus lacus, ἡ Τρασουμέννα λίμνη (*lago di Perugia*) in Etruria; juxta quem e Gallia in Etruriam aditus exercitibus patet, quo Hannibal usus est, 188, 48. Prœlium ibi commissum, 189, 1.

Trebia fl., ὁ Τρεβίας, Galliæ Cisalpinæ fl., ad Placentiam in Padum influit, 181, 9.

Trebonius, Τρεβώνιος, unus ex Cæsaris percussoribus, a Dolabella interfectus, 552, 2.

Trebula, Τρήβουλα, Sabinorum opp., 190, 15.

Trephia, Τρεφία, Bœotiæ lacus, 350, 11.

Treres, Τρῆρες, etiam Cimmerii vocantur vel potius pars Cimmeriorum dicuntur, 51, 22. Treres cum Thracibus habitantes; eorum urbes quædam a Bistonide et Aphnitide lacubus absorptæ, 49, 40. Trerum migrationes, 51, 13, sub Cobo duce, 51, 19. Treres Thraces Troadis partem occuparunt, 501, 48. Treres, Cimmerica gens, Magnesiam ad Mæandrum delerunt, 553, 11. Treres et Lycii Sardes expugnarunt, 536, 27. Treres et eorum dux Cobus a Madye Scytha expulsi sunt, 51, 30.

Trerus, ὁ Τρῆρος, Latii fl., Fabroteriam præterfluit, 197, 46.

Treta, Τρήτα, Cypri prom., 583, 2.

Tretum, Τρητόν, Libyæ prom., quod Massæsylios a Masyliensibus distinguit; ad id a Molochath fluvio 6000 stadia, 704, 11; 705, 35; 706, 9 et 17. A Treto Carthaginem 2500 stadia, 706, 27.

Treviri, Τρηούιροι, Galliæ pop., infra Mediomatricos et Triboccos ad Rhenum incolunt, apud quos pons factus est a Romanis, qui bellum Germanicum gesserunt, 161, 22. Trevirorum vicini Ubii, 161, 24; Senones et Remi, 161, 37; Nervii, 161, 26.

Triballi, Τριβαλλοί, gens Thracica, 253, 19; ab Agrianibus usque ad Istrum 15 dierum itineris spatium occupabant; eos sibi subjecerunt Autariatæ Illyrii, 264, 5. Triballi, qui ad Istrum et Peucen insulam usque pertinebant, aggressus est Alexander M.; Syrmus, rex Triballorum, in Peucen ins. confugit, et dona ad Alexandrum misit, 250, 29. Triballi Scordiscis minoribus finitimi, 264, 17; nunc sunt conditionis infimæ, 262, 23.

Digitized by Google

Tribocchi, Τρίβοκχοι, Germanica gens ultra Rhenum translata, partem regionis Mediomatricorum obtinent, 161, 6.
Tricca, Τρίκκη, Histiæotidis urbs, Dolopibus confinis, Æsculapii templo nobilis, 376, 1 et 28; 375, 45; 322, 8. Vicina Œchaliæ, 385, 3, et Æginio, 272, 10. Triccæi Æsculapii fanum etiam in Gerenia Messeniæ, 309, 22.
Τριχάϊκες Doriences. V. Doriences.
Trichonium, Τριχώνιον, Ætoliæ antiquæ urbs, 387, 12.
Triclari, Τρίκλαροι. Ex iis Erigon fluere dicitur, 277, 3. (Aliunde non noti sunt. In regione, ex qua Erigon defluit, habitabant Agrianes; quare pro Τρικλάρων reponi velim Ἀγριάνων.)
Tricorii, Τρικόριοι, Galliæ Narbonensis pop., pone Cavaros habitant, ab oriente Rhodani et Cavarorum regionis, inter Druentiam et Isaram, 153, 53; a borea Vocontiorum, 169, 35.
Tricorythus, Τρικόρυθος et Τρικόρυνθος, opp. tetrapoleos Atticæ, 329, 13; 342, 41. Ἐν Τρικορύθῳ Iolaus caput Eurysthei sepelivit juxta fontem Macariam; loco nomen est *Eurysthei caput*, 324, 22.
Tridentini, Τριδεντῖνοι, supra Comum occasum (deb. orientem) versus habitant, 170, 15.
Trieres, Τριήρης, Syriæ castellum inter Tripolin et Theuprosopon pr., 642, 35. (Ruinæ *Keniset el-Amid*, i. e. ecclesia columnarum, dictæ ad promont. et vicum *Bnfeh*, sec. Thompson et Calliers. Oppidum una cum Beryto terræ motu eversum, teste Antonino Martyre, p. 3, ed. 1640, citante Rittero, t. 17 p. 591.)
Trinacis, i. q. Sicilia. V. Trinacria.
Trinacria, Τρινακρία, (ex quo postea Trinacis nomen ortum), olim Sicilia vocabatur, 220, 43.
Trinemenses, Τρινεμεῖς, Atticæ pagus, e quo Cephissus defluit, 343, 29.
Trinx (Τρίγξ). V. Linx.
Triphylia, Τριφυλία, Peloponnesi regio. Eam a Messenia nunc dirimit Neda fluvius, olim vero etiam ultra Nedam quædam ad Nestoris ditionem pertinebant, ut Cyparissia, 299, § 22. Triphyliæ imminet Pholoe, Arcadiæ mons, 306, 46. Pars incolarum Paroreatæ vocabantur, 297, 40. Triphyliæ regio Macistia, 295, 28. In Triphylia Minyæ circa Arenen in Hypæsia regione, 298, 27. Triphyliæ antra nympharum Anigriadum et aliud in quo Atlantidum res et Dardani genituram fabulantur, 297, 46; lucus Ionæus et alius Eurycydeus, *ib.* In Triphylia Caucones, 296, 48. Ager Triphyliæ ferax, attamen rubigini obnoxius est et ulvam gignit, 296, 67. Triphyliacus Pylus, 289, 48. V. Pylus. Triphylii e tribus φύλοις, sc. ex Epeis, Minyis et Eleis, constabant. Pro Minyis alii Arcades ponunt, 289, 42. Triphylii omnes in Neptunium Samium contribuunt, 295, 35. E Triphylia in Argolidem profecti Amythaonidæ, 319, 51. Triphylia sub Nestore fuit, 289, 42. Eam Lacedæmoniorum adjumento Elei obtinuerunt, 308, 6. Triphyliorum nomen nunc non amplius usurpatur, 305, 37.
Tripodem quotannis Bœoti Dodonam miserunt, 345, 40.
Tripodes, Τρίποδες, Megaricus locus, nunc Tripodiscium dictus, prope Forum Megarensium situs, 339, 8. (Ruinæ prope *Derwoeni*. V. Leake *N. Gr.* 2, p. 410 *sqq.*)
Tripolis, Τρίπολις, Phœniciæ urbs, Tyri, et Sidonis et Aradi colonia; continuum ei Theuprosopon, 642, 31.
Triptolemus, Τριπτόλεμος, ad Io quærendam ab Argivis missus per Ciliciam erravit, ubi pars comitum Tarsum condidit, pars ad Orontem consedit, 638, 49; pater Gordyis, 636, 26; 639, 1; ut heros apud Antiochenses colitur, 638, 47; festumque ejus in Casio m. agitur, *ib.* Triptolemus, Sophoclis fabula, 22, 19; 40, 47.
Tritæa, Τριταία, Achaica urbs; ab ea Lampea mons 100 st. distat, 298, 38. Inter Tritæam et Dymen Caucon fl., 294; 4. Τριταιεῖς, 331, 25, quorum est Scollis m., 293, 36.
Triton, Τρίτων, Bœotiæ fl., ad quem Athenæ sitæ, 349, 34.
Tritonis lacus, Τριτωνιὰς λίμνη, ad Berenicen Cyrenaicæ; in eo insula cum templo Veneris, 710, 7.
Troas regio, Τρωάς, Τροία ap. Homerum, 500, 9. Troadis, Phrygiæ, Mysiæ, Bithyniæ confinia accuratius constituere difficile est, 483, 12; 484, 17. Troas septentrionem et ortum versus usque ad Æsepum pertinet sec. Homerum, 484, 11; 483, 49. In novem distincta erat portiones, quæ recensentur, 499, § 7. Trojanorum regio sec. Homerum ab Æsepo fluvio ad Caicum pertinet, in octo vel novem portiones divisa; ex posterioribus alii totam hanc regionem, alii partem ejus Æolidem vocant, Troadisque fines varie determinant; afferuntur sententiæ Eudoxi, Damastæ, Charonis, Scylacis, 498, § 2 et 4. Quæ proprie dicitur Troja, ejus situs optime definitur Ida monte, cujus extrema exeunt versus boream ad Zeliam, versus occasum ad Lectum prom., 499, 1. Troas inter Idam et mare sita, 491, 50; pars Phrygiæ Hellesponticæ, 107, 22. Troadis δυναστεῖαι, quibus omnibus Priamus rex præfuit, hæ sunt: Mynetis; Eetionis Cilicibus imperantis; Altæ Lelegibus imperantis; Hectoris, Trojanos ducentis; Æneæ Dardaniorum ducis; Pandari, Lyciorum ducis; Asii; Meropis filiorum duorum, 500, § 7. Mutationes postea subsecutæ, 501, § 8. In Troade Teucri e Creta, sec. nonnullos ex Attica advenæ, 517, § 48. Leleges habitabant in locis Idæ vicinis juxta Pedasum et Satnioentem fl., 267, 18. Troadis pars montibus adjacens, Æneæ parens, Dardania, 483, 51. Troadis Cilices, quorum finitimi Pelasgi vocantur, 184, 20. In Troade post Ilii eversionem remansit Æneas, sec. Homerum, 520, 19. Troas universa in Gygis potestate fuit, 505, 44. Totam fere Lesbii sibi vindicarunt, 513, 20. In Troadis urbibus Cabiri colebantur, 406, 10. Troes Idæ accolæ Rheæ orgia celebrant, 402, 41. Mysteria Samothracica eos docuit Dardanus, 283, 6. Multa nomina cum Thracibus communia habent, 505, 31. Troes Sirin in Italia condiderunt, 219, 20. Troum et Cretensium cognationis indicium, 5, 7, 36. Troes Homerus etiam omnes Trojanorum socios vocat, 491, 34. Troes Phrygum nomine apud tragicos introducuntur, 491, 29. Troes captivi Trojam in Ægypto condiderunt, 686, 23. Troades captivæ mulieres naves Græcorum incenderunt ad Neæthum Italiæ fl. 217, 46; vel in Pallene, 278, 48, vel alibi, 219, 39.
Trocmi, Τρόκμοι, Tolistobogii et Tectosages, Celticæ gentes, Phrygiæ partem occuparunt, 155, 46. E quibus nam Celticæ locis profecti sint non constat, *ib.* Trocmi Galatæ a duce nomen habent, 485, 21. Eorum ditio, triaque in ea castella, 485, 43; 480, 53.
Trœzen, Τροιζήν, Pelopis f., cum Pittheo fratre e Pisatide in Argolidem profectus cognominem sibi urbem ibi reliquit, 321, 47.
Trœzen, Τροιζήν, Argolidis urbs, 317, 14. Nomen habet a Trœzene, Pelopis filio, cui in regno successit Pittheus frater, 321, 47 Trœzen, aliquando etiam Posidonia dicta, Neptuno sacra; 15 a mari stadiis; Pogon portus ejus; objacet Calauria, 321, 20. Trœzenii sub Anthe Halicarnasum condiderunt, 560, 32.
Trogilium, Τρωγίλιον, prom. Mycales montis, e regione Sami, 543, 45; 544, 5; a Samo urbe 40 stadia distat, 544, 8.
Trogilium, parva insula ad promontorium ejusdem nominis, 543, 52. Inde ad Sunium trajectus 1600 stadiorum, 543, 53.
Trogitis, Τρωγῖτις, (*Lycaoniæ*) palus, 487, 1.

Digitized by Google

Troglodytas Arabes ad sinum Arabicum juxta Ægyptum et Æthiopiam habitantes Homerus Eremboos (ἀπὸ τοῦ ἔρεβος ἐμβαίνειν) dicere videtur, 35, 10. 2, 6. Troglodytice juxta occiduum sinus Arabici latus, 655, 8. Troglodytæ supra Ægyptum ad oram maritimam habitant; quorum qui regione Meroes sunt, a Nilo distant 10 vel 11 dierum itinere, 669, 5. Troglodyticam subegit Sesostris, 654, 38. Troglodytarum Æthiopiæ vita et instituta, 660, § 17. — Troglodytæ ad Pontum supra Callatim et Tomos, 264, 27. Troglodytæ ad Caucasi partem borealem, 434, 21. Troglodytice Libyæ, 108, 26. Troglodytarum more nonnulli Pharusiorum vivunt, 703, 21.

Troja Asiæ. V. Ilium.

Troja, Τροία, Ægypti opp. ad Troicum montem, e regione pyramidum. Origo oppidi, 687, 21.

Trojani. V. Troes, s. v. Troas.

Trojanum bellum, ὁ Ἰλιακὸς πόλεμος, res vere gesta, μυθοποιίαις ab Homero exornatur, 16, 40. Non minus victores quam victos male affecit; Cadmeam victoriam Græci retulerunt, 124, 14.

Troicus campus, τὸ Τρωικὸν πεδίον, describitur, 510, § 33. Campus, qui proprie sic dicitur, a Scamandro permeatur; ibi caprificetum, sepulcrum Æsietæ, Batiea sive Myrinæ sepulcrum, Ili sepulcrum, 511, 16; 532, 33.

Troicus mons Ægypti, 687, 20.

Trophonius, Τροφώνιος, et Agamedes, templi Delphici architecti, 361, 29; 649, 5. Trophonii Jovis oraculum Lebadeæ, 355, 38.

Tropici circuli duo, 91, 19. In tropici æstivi limite sita est Syene, 78, 27. Tropicis zonam adustam includit Aristoteles, parum recte, 78, 19. Sub tropicis circulis arctum tractum esse siccum et arenosum, nihil nisi silphium et frugem tritico similem ferentem, animalium etiam indole particularem, quasi zonam a reliquis distinguendam esse autumat Posidonius, 79, 8; 110, 28.

Troon, Τρώων, pagus Atticus, qui nunc Xypetensium vocatur; ex eo Teucer quidam in Troadem venit, 517, 34.

Truentus, ὁ Τρουεντῖνος ποταμός, Piceni fluvius, cui adjacet Truentum oppidum, 201, 7.

Trypho. V. Diodotus.

Tubæ usus Romam ex Etruria venit, 183, 24.

Tubattii, Τουβάττιοι (Σουβάττιοι codd.; Τούβαντοι Ptol.; *Tubantes* ap. Romanos scr.), Germaniæ gens, ex qua captivi conspiciebantur in triumpho Drusi Germanici, 242, 41.

Tuccis, Τοῦκκις, Turdetaniæ opp., 117, 19. (*Tucci colonia Augusta Gemella* Plin. et inscr.; nunc *Martos*.)

Tuder, Τοῦδερ (*Todi*), Umbriæ urbs bene munita, 189, 44.

Tuisi, Τουίσοι (?), Hispaniæ gens, 129, 29. V. Pleutauri.

Tullum, Τοῦλλον ὄρος, Alpium pars Illyrico obversa (m. *Terglou*), summa pars Alpium Juliarum, a *Villach* meridiem versus, 172, 37.

Tunicæ Ligusticæ, 168, 45.

Tunis, Τύνις, urbs Carthaginiensium, 708, 1.

Turdetania, Τουρδητανία, Iberiæ regio, quæ a Bæti fluvio Bætica vocatur, 115, 22 Ejus fines describuntur Ana fluvio, Carpetanis, Oretanorum nonnullis, Bastetanis, ora maritima; sed Bastetani quoque et ii qui ultra Anam sunt (*Celtici*) aliique vicini Turdetaniæ accensentur, 116, 42. Turdetaniæ longitudo et latitudo non excedit 2000 stadia, 116, 50. Turdetani, Τουρδητανοί apud nonnullos a Turdulis distinguuntur; Straboniana ætate non distinguebantur, 115, 24. Iberum sunt doctissimi; literis utuntur; habent poemata et metris inclusas leges vetustissimas, 115, 27. Turdetaniæ negotiatio omnis est versus Italiam, 119, 15; adjuvatur parce et abolitis latrociniis, 119, 22. Navigationem in Italiam ob maris tranquillitatem et ventos in hac maris parte regnantes habet facilem, 119, 19; 119, 25. Merces quænam? 119, 21. Naves onerariæ maximæ et numero plurimæ sunt, 120, 10. Ex Turdetanis Bætis maxime accolæ Romanos mores assumpserunt, ne sermonis quidem vernaculi memores; plerique colonos Romanos acceperunt, 125, 26. Turdetania valde opulenta solis fertilitate et mercium exportatione ob magnos fluvios et æstuariorum commoda facili, 118, 8. Æstuaria, quæ sunt a Sacro promontorio ad Columnas fusius describuntur, 118, 13 *sqq*. Montes et metalla ad boreale Bætis fl. latus 117, 47; planities magna fertilisque ad alterum fl. latus, 117, 52. Auri, argenti, æris, ferri metalla multa et eximia, 117, 49; 118, 2; 121, 6; 122, 13. Aurum e puteis effoditur et ex arenis elavatur; glebas interdum ingentes coquendi et purgandi ratio. Argenti camini sublimes. Ærariarum officinarum, τῶν χαλκουργείων, quædam vocantur χρυσεῖα, propterea quod olim aurum habuisse videntur, 121, § 8. Turdetanorum circa metalla industria, 122, 5; lucrum ex iis ingens, 122, 14. Cochleis Ægyptiis utuntur ad hauriendam e metallorum puteis aquam, 122, 8. Mare Turdetaniæ abundat ostreis, conchis, orygibus, balænis, physeteribus, congris, muræns, buccinis, purpuris, polypis, teuthidibus, thynnis quercu vescentibus, quæ plurima in ipso mari nascitur, 120, § 7. Turdetani argenteis præsepibus et doliis utebantur, quo tempore Carthaginienses sub Barca duce expeditionem fecerunt, 125, 6. Oppida Turdetaniæ supra 200 perhibentur, 116, 51; ex quibus potiora sunt Corduba, Gades, *Hispalis, Bætis (?)*, 117, 2-15. Alia sunt oppida Italica, Ilipa, Astigis, *Obulco*, Carmon, Munda, Ategua, Urso, Tuccis, Ulia, Ægua, 117, 16. Castlon, 117, 45. Sisapon novus et antiquus; Cotinæ, 117, 50; Saltiga (?), 119, 43. Æstuariis adjacent Asta, Nabrissa, Onoba, Ossonoba, Mænoba, alia, 119, 7. Pleraque a Phœnicibus habitantur, 124, 2. Gentes Turdetaniæ descripsit Asclepiades Myrleanus, qui ibi grammaticam docuit, 130, 19.

Turduli, Τουρδοῦλοι, sec. Polybium Turdetanis vicini versus septentriones; Strabonis ætate a Turdetanis non distinguebantur, 115, 28. Turduli cum Celticis expeditionem in Lusitaniam susceperunt, 127, 30. Turdulorum urbs Augusta Emerita, 125, 33. Turduli in vetere Tartesside habitant, 123, 9. Cf. Turdetania.

Turiua (Τουριούα?), Bactriæ provincia, qua Parthyæi potiti sunt, 443, 18.

Turris Cæpionis in Turdetania, 116, 25. V. Cæpio.

Turris Pelori in Sicilia, 142, 5. V. Pelorus.

Tusculum, Τοῦσκλον, Latii urbs; situs ejus, 199, 24; 197, 33 et 41. Per Tusculanum montem transit via Latina, 197, 32.

Tyana, τὰ Τύανα, Tyanitidis præfecturæ in Cappadocia urbs; vocatur etiam Eusebia ad Taurum; situs ejus, 460, 37. Fluvius Tyanis Solos fluens, 502, 36.

Tyanitis, Τυανῖτις, una ex decem Cappadociæ præfecturis, 458, 24; in qua Tyana urbs, 460, 37.

Tychon, Τύχων, Atticus deus Priapo similis, 503, 10.

Tymbrias, Τυμβριάς, sec. Artemidorum Pisidiæ opp., 488, 18. Tymbrias Pisidiæ oppidum aliunde non notum. Ceterum quum Artemidorus inter Pisidiæ opp. etiam Tabas numeret et Anabura, quæ erant Phrygiæ, idem fort. de Tymbria valet, adeo ut Tymbrias non diversum sit a Thymbrio, quod aliunde novimus in Phrygia Magna fuisse (hod. *Derbend*, inter *Akcher* lacum et urbem).

Tympaneæ, Τυμπανέαι (Typaneæ ap. Polyh.; quærendus locus est ad Typæum montem inter Scilluntem et Alpheum), Triphyliæ opp., 296, 9.

Digitized by Google

Tymphe, Τύμφη, Epiri mons, e quo oritur Aratthus fl., 270, 20.
Tymphæi, Τυμφαῖοι, Epirotis accensentur, 271, 10. 274, 33. Eorum oppidum Æginium, 272, 9. Tymphæi, de Penei fontibus controversia erat cum Thessalis Pindi accolis, 272, 13.
Tyndareus, Τυνδαρεύς, Icarii frater, domo pulsus ad Thestium profectus est; deinde domum rediit, uxore ducta Leda, Thestii filia, 396, 28.
Tyndarii scopuli, Τυνδάρειοι σκόπελοι, quattuor insulæ portum habentes ad oram Libycam, 679, 5.
Tyndaris, Τυνδαρίς, Siciliæ opp. A Mylis et Agathyrno distantia, 221, 14; 226, 18.
Τύφη, planta palustris in lacubus Etruriæ, 188, 43.
Typho, Τυφῶν. Quomodo eum fallere studuerit Isis, 682, 53. Typhonis cubilia apud Arimos esse dicit Homerus, 535, 41. Typho sub Pithecussis jacet. Fabulæ ejus origo, 206, 33. Fabulam etiam ad Catacecaumenen referunt, 496, 27; 537, 19; 535, 41, et ad alias regiones, 535, 41.
Typhon draco quo pacto Syriæ fluvio nomen dederit, 639, 17.
Typhon, priscum Orontis fl. nomen; de denominationis origine fabula, 639, 17.
Typhonia, τὰ Τυφώνια, Tentyræ, 652, 18.
Typhrestus, Τυφρηστός, Dryopicus mons, in quo Penei fontes, 372, 15. Ei conterminus Othrys, 371, 43.
Tyrambe, Τυράμβη, in Asiatica Mæotidis ora locus prope Anticitam fl., a Rhombite minore 600 stadia distans, 423, 45.
Tyrannio, Τυραννίων, grammaticus Amisenus, quem Strabo audivit, 469, 43. Aristotelis libris in Sullæ bibliotheca asservatis usus est, 521, 16.
Tyras, Τύρας, Geticæ fl., 11, 43; 88, 46; 240, 23; 253, 35. Ejus fontes ignoti sunt, 88, 46. Ad ostium sunt Neoptolemi turris et Hermonactis vicus, 254, 10. Adjacent fluvio Niconia et Ophiussa 40 stadiis ab ostio positæ, et alia urbs post 120 stadia, 254, 11. Accolunt Tyregetæ, 254, 25. A Tyra fl. ad Istrum 900 stad., 254, 5; ad Chersonesum urbem 4400 stadia juxta litus, 256, 15; ad Leucen insulam 500 stadia, 254, 15. Tyram Scythæ transgressi sunt, 258, 19.
[*Tyras?*] urbs ad Tyram, 120 ab ostio fluvii stadiis, 254, 14.
Tyriæum, Τυριαῖον, Phrygiæ urbs, in confiniis Phrygiæ Paroraeæ et Lycaoniæ, 566, 22; ab Holmis distat supra 500 stadia, a Coropasso 840 stadia, *ib.*
Tyregetæ, Τυρεγέται, ad Tyram fl., 254, 25; 97, 24; 106, 32; 240, 27. De iis Strabonianæ demum ætatis scriptores certiora tradiderunt, 97, 24. Usque ad Tyregetas Getæ pertinent, 245, 13.
Tyro, Τυρώ, Salmonei f., Enipei fluvii amore ardet, 306, 25.
Tyrrheni. Tyrrhenia. Tyrrhenicum mare. V. Etruria.
Tyrrhenus, Τυρρηνός, Atyis filius, Lydi frater, coloniam e Lydia in Etruriam duxit et 12 ibi urbes condidit; præfectus ejus Tarco, 182, 39. Etiam Pelasgos nonnullos secum in Italiam duxit, 184, 37.
Tyrtæus, Τυρταῖος. De ejus ætate, patria, munere, 310, § 10. Ejus poema quod Eunomia inscribitur, 311, 6. Tyrtæi versus de bello Messeniaco, 232, 32; 315, 3.
Tyrtamus. V. Theophrastus.
Tyrus, Τύρος, Persici sinus ins.; hinc Tyrum Phœniciæ urbem deductam incolæ aiunt, 652, 25; 667, 12. (Aliis Tylus, hod. *Bahrain* sive *Samak* ins. Cf. v. Aradus et Ogyris.)
Tyrus, Phœniciæ urbs, e Tyro insula sinus Persici deducta esse ab insulanis dicitur, 652, 25. Tyrus olim insula, 48, 51; ejus situs, 652, 25. Ad Tyrum fluvius est, 645, 11; Palætyrus distat 30 stadia, 645, 12. Tyrus a Sidone 200 stadiis abest, 645, 9. Antiquissima Phœnicum urbs, et post Sidonem maxima; coloniis suis celebris; Homerus ejus non meminit, 644, 10. Urbs describitur, 644, 21. Historiæ ejus momenta quædam. Purpura Tyria; Herculis cultus, 644, 28. Inter Tyrum et Acen tumuli sunt qui vitrariam arenam habent, 645, 11. Apud Tyrum lo quærentibus e conspectu subducitur, 638, 50. Tyri dies longissima 14 ½ horarum, 110, 48. Tyrus cum Arado et Sidone Tripolin condidit, 642, 31. Tyrii oraculo jubentur urbem ad Herculis Columnas condere, 141, 8. Primum appulerunt ad Fretum Calpæ vicinum, ubi nunc Exitanorum urbs, deo invito; secunda expeditione ad insulam Onobæ objectam, item contra numen; tertia demum ad insulam, in qua Gades condiderunt, 141, 8. Tyrii in Hispania, 131, 25. Eorum colonia Carthago, 706, 43. Eorum oppida in Libyæ ora occidentali olim trecenta floruerunt, nunc a Nigritis et Pharusiis excisa, 701, 35. Tyrii fuerunt Apollonius, qui Zenonis librorum et discipulorum tabulam edidit, et Antipater, 645, 6.

U.

Ubii, Οὔβιοι, Germanica gens quam ex Rheni ripa orientali in Galliam transduxit Agrippa, 161, 24.
Ubisci. V. Bituriges.
Ucromirus, Οὐκρόμιρος, Chattorum dux, pater Ramidis, 242, 31.
Ufens (Αὔφιδος gr. corrupt.) fl. ad Terracinam paludem implens, 194, 21.
Ugernum, Οὔγερνον (*Beaucaire*), Galliæ opp. in via situm quæ Nemauso ducit ad Aquas Sextias, 148, 25 et 34.
Uitii, Οὔϊτιοι, a Caspiis boream versus sunt accolæ maris Hyrcani, 440, 40; 436, 8. In Uitia Ænianes nonnulli consedisse et Ænianam (?) urbem munivisse feruntur, 436, 10; 455, 36.
Ulia, Οὐλία, Turdetaniæ opp., 117, 19 (*Monte Mayor* ad *Montilla* montem).
Οὔλιος Apollo. V. Apollo.
Ulyssea urbs. V. Odyssea.
Ulyssi subditi omnes, inter quos etiam Acarnanes erant, Cephallenes vocantur, 389, 4. Ulysses præ ceteris heroibus ab Homero omni doctrina exornatur, 13, 52 *sqq.* Errores ejus Homerum voluisse non notis locis adscribere censet Eratosthenes, 19, 14. Ab Homero non prorsus finguntur, sed fabulis exornantur, 16, 40; verisimiles esse judicari debent, 38, 10. Ulysseæ navigationis spatia ficta sunt, 18, 6; 20, 52 *sqq.* Ulysses revera ad Siciliam et Italiam et ultra etiam evagatus est, 17, 52. Vel usque ad Hispaniæ extrema errorum indicia inveniuntur, 18, 1. Pars errorum non inepte ponitur in locis extra Columnas sitis, 130, 45. Ulyssem circa Siciliam et Italiam vagatum esse hodiernis locorum nominibus probatur, 21, 31. Ulysses Minervæ templum struit in cognomine Campaniæ promontorio, 206, 11. Ulyssis patera in Circæo monstratur, 194, 1. Ulysses ad Averni lacus necyomantium venisse perhibetur, 203, 30. In Hispaniam venit, 124, 4; testantur rem Odyssea Hispaniæ urbs et alia indicia, 124, 11; 130, 22. Ulyssis ara in Meninge ins., 708, 32. Ejus comites Polites, 212, 37, et Baius et Misenus, 21, 37; quorum Baius Baiis, Misenus autem Miseno pr. nomen dedisse perhibentur, 204, 33.
Urso, Οὔρσων, Turdetaniæ opp., 117, 19.
Umbria, Ὀμβρική. Ejus descriptio, 189, § 10; Felix regio, montosior tamen; zea magis quam tritico homines alit, 189, 46. Umbriæ longitudo ab Ariminio ad Ocriculos 1350 stadiorum; latitudo inæqualis est, 189, 28. Umbriæ situs,

Digitized by Google

182, 30. Pertinent Umbri usque ad Ravennam, 182, 31. Umbros ab Etruscis Tiberis dirimit, 182, 14; 180, 10. Umbri cum Etruscis de principatu certarunt; urbes in transpadana Gallia a Tyrrhenis olim occupatas et dein rursus amissas ipsi barbaris eripuerunt; plures quam Tyrrheni colonias in hac regione habuerunt, 180, 10 et 20. Umbris Ravennam urbem dederunt Thessali, 178, 24. Umbri etiam nunc urbem hanc tenent, *ib.*, 189, 9 et 22; 180, 37. Umbricæ urbes inter Ariminium et Anconam, 200, 36. Umbri in Cispadana Gallia Romanis admixti, 180, 8. Per Umbriam in Tiberim influunt Nar et Teneas, 196, 5. In Umbriam Æginetæ colonos miserunt, 323, 10.

Undalum. V. Vindalum.

Unguentum ex iride Selgica factum, 489, 11.

Unoculi. V. Μονόμματοι.

Uranopolis, Οὐρανόπολις, ad Athonem urbs 30 stadiorum ambitu, ab Alexarcho Antipatri filio condita, 280, 29.

Urgi, Οὔργοι (Οὔγγροι in marg.), Sarmati inter Tyram et Borysthenem non longe ab ora, 254, 26. (Aliunde non noti sunt; Γεωργοί conj. Mannert; quod ob sequentia Strabonis verba parum probabile. Ptolemæus cum Tyragetis componit Τάγρους; fortasse igitur pro ουΓροι erat οἱ Τάγροι.)

Uria, Οὐρία, Iapygiæ opp. in medio isthmo qui est inter Tarentum et Brundusium; regia quædam ibi monstratur; aut hæc aut Veretum est Hyria Herodoti, 234, 22.

Uria, Οὐρία, Ætoliæ palus, 394, 50.

Urina in cisternis inveterata Hispani lavantur et dentes tergunt, 136, 18.

Urium, Οὔριον, ad Garganum prom. Italiæ opp., 236, 20.

Ursæ, αἱ ἄρκτοι in austrinis Indiæ partibus occultantur, sec. Megasthenem et Nearchum, obloquente Deimacho 63, 25; 64, 28. Ursa minor tota arctico circulo includitur apud incolas regionis Cinnamomiferæ, 109, 45. Ursa quomodo in Syenes parallelo appareat, 110, 14. Ursæ sidus ap. Homerum arcticum circulum denotat, I, 1, 6, p. 2. Ursæ sidus primum a Phœnicibus ad dirigendas navigationes observatum est; ab his ejus notitia ad Græcos venit, 3, 1.

Urson, Οὔρσων (*Urso quæ Genua Urbanorum*, Plin. 3, 1, 3; Ὄρσων App. Hisp. 26; *Ursao* Hirt. Hisp. 26 etc; nunc *Osuna*, ubi ruinæ), Bæticæ oppidum, 117, 19.

Usipi, Οὔσιποι, Germaniæ pop., ex quo captivi in Germanici triumpho, 242, 39. (Idem qui Usipetes.)

Utica, Ἰτύκη, Africæ urbs post Carthaginem maxima, et, hac deleta, caput regionis et receptaculum Romanorum ad res in Africa gerendas; ejus situs, 706, 18. Prope Uticam Bagradas fl., 706, 26. Uticæ Adherbalem Jugurtha interfecit, 705; 41.

Uvæ bicubitales Margianæ, 61, 1.

Uxii, Οὔξιοι, Persis et Susiis contigui, 449, 43. Per Uxiam e Susis in mediterranea Persidis itur, 633, 34. Uxii bellis petunt Elymæos, 623, 35. Τὰ ἐν τοῖς Οὐξίοις στενά, 621, 4. Ex Uxia defluit Pasitigris, 621, 12. In ea Choaspes oritur, 620, 20.

Uxisame, Οὐξισάμη (*Ouessant*), ultima insularum quæ objacent Cabæo prom., et a continente distant tridui navigatione sec. Pytheam, 53, 46.

Uzita, Οὔζιτα, Africæ opp., bello Africano dirutum, 706, 2.

V.

Vaccæi, Οὐακκαῖοι, Hispaniæ gens, per quos Durius fluit, 126, 26. Multa eorum loca Durius præterfluit, 127, 11. Apud eos oritur Lethes fl. s. Belion s. Limæas, 127, 15. Vaccæi ab occasu Celtiberiæ, 134, 37. Lusitaniæ et Celtiberis contermini, 126, 39. Eorum urbes recensuit Polybius, 135, 12. Vaccæorum est Acontia, 126, 26.

Vacua, Οὐακούα, Lusitaniæ fl., 127, 9.

Vaga, Οὔατα, Africæ opp., a Cæsare dirutum, 705, 52.

Valeria via, ἡ Οὐαλερία ὁδός, a Tibure incipit ducitque in Marsos et Corfinium; Latinæ ad eam quænam urbes, 198, 34; 197, 25; inter Valeriam et Latinam viam sita oppida, 198, 18. Valeria via a Messana ad Lilybæum, 221, 29.

Valerius Flaccus consul a Fimbria interfectus, 508, 31.

Vapanes, Οὐάπανες, Corsicæ opp., 187, 8.

Varagri, Οὐάραγροι, supra Salassos in Alpibus habitant, 170, 6.

Vardæi. V. Ardiæi.

Varia, Οὐαρία (*Varea*), Veronum in Hispania urbs ad Iberi trajectum, 134, 42.

Varia, Οὐαρία, Latii urbs ad viam Valeriam, 198, 36.

Varus fl., Οὔαρος (*Var*), terminus Italiæ et Narbonensis Galliæ, 174, 30; 169, 30; 148, 14; 152, 51; æstate parvus, hieme maximus, 148, 14. Prope Antipolin exit; a fano Veneris Pyrenææ 273 mill., sec. alios 2600 aut etiam 2900 stadia distat, 148, 29.

Vasa lignea usurpant Lusitani, ut Celti, 128, 46. Vasa lignea Nuceriæ in Umbria conficiuntur, 189, 39.

Vascones, Οὐάσκωνες, Hispaniæ pop. ad Pyrenæos, 159, 8, et Oceanum circa Pompelonem et Œasonem. A Tarracone ad extremos Vascones iter 2400 stadiorum, desinens ad Oceanum in Hispaniæ et Aquitaniæ confinia, 134, 15. Vasconum urbs Calaguris, 134, 5.

Vates olim etiam musicam exercebant, 276, 53. Vates Apollinis ministri, 402, 16. Προμάντεις ἱέρειαι et eorum vestitus apud Cimbros, 244, 22. Vates Gallorum, 164, 20. Vaticinandi rationes variæ, 649, 11.

Veii, Οὐήιοι, Etruriæ urbs a Romanis oppressa, 188, 24.

Velia, Ὑέλη vel Ἔλη, nunc Ἐλέα, Lucaniæ urbs, Phocæensium colonia, patria Parmenidis et Zenonis Pythagoreorum; bonis legibus usa est; Lucanis restitit; incolæ mare exercent; urbis origines sec. Antiochum; nomen ab Ela fonte, vel ab Eleete fluvio; objacent Œnotrides insulæ, 210, 6. Quot stadia sint a Velia ad Laum et Posidoniam, 210, 21 et 28.

Velitræ, Οὐελίτραι, Latii opp., 198, 8.

Vallavii seu Vellavi, Οὐελλάϊοι ἢ Οὐελλάουοι, gens Aquitaniæ adscripta; olim pars Arvernorum, nunc pro se civitatem constituunt (*les habitants du Vélai*), 158, 28.

Vellus aureum. V. Aureum vellus.

Venafrum, Οὐέναφρον, Latii opp., unde oleum optimum, 198, 27. In colle situm, quem Vulturnus alluit, 198, 28; 202, 45. Venafro vicina Telesia, 208, 8. Venafrana regio olei ferax, 202, 37.

Venasi vel Venasa, Morimenæ in Cappadocia locus, ubi Jovis fanum, τὸ ἱερὸν τοῦ ἐν Οὐηνάσοις Διός, 460, 30. (Morimene occasum versus Tatta lacum limitem habuit. Qua in Cappadociæ regione aliunde nos novimus Parnasum et Nyssam; Venasa non nota; ruinas tamen duobus vel tribus locis in hac regione exhibet mappa Kiepertiana).

Vendon, Οὐένδων, Iapodum oppidum, 261, 33; 172, 48. (*Avendo* Itin. T. P.; Αὐενδεάται Appian.; 18 vel 20 mill. a Senia dissitum; cum hod. *Jeserana* componit Lapieus, cum ruinis prope *Ober-Modruse*, Reichardt.; aliis est *Windisch-Grætz*.)

Veneno sagittas inficiunt Soanes, 428, 30.

Veneris statio. V. Myoshormus.

Veneris urbs. V. Aphroditopolis.

Veneti, Οὐένετοι, Galliæ Belgicæ (ut Strabo opinatur) pop., ad oceanum; ex iis Venetos Italiæ oriundos dicunt, 176, 36; 162, 21. Eorum vicini Osismii, 162, 27. Eorum cum Cæsare prœlium navale; navium structura, 162, 7.

Digitized by Google

Veneti (Ἐνετοί), in Galliæ Cisalpinæ parte transpadana, 176, 31; 179, 46; sec. alios e Venetis Gallis Oceani accolis oriundi, sec. alios ex Henetis Paphlagoniæ qui post bellum Trojanum cum Antenore huc delati sint, 176, 35. Idem erat apud Paphlagones et Italos Henetos alendorum equorum studium, quod tamen nunc apud Italos non amplius viget, 176, 36; 179, 36. Veneti Italiæ oriundi sunt e Venetis Galliæ, quamquam Paphlagonibus ob nominis similitudinem a nonnullis adscribuntur, 164, 21. Veneti ex Henetis Paphlagoniæ oriundi, 466, 5. Antenor ejusque filii cum Henetis e Troade in Thraciam, hinc ad Adriam venerunt, 520, 5. Cf. Heneti. Veneti a Pado ad Timavum usque sive ad Istriam habitant, 179, 47. Venetorum limes (in ora sinus Adriatici) est fluvius ab Alpibus defluens (*Tilaventus*, ut cum Cluvero statuo), adeo ut Aquileia sit extra Venetorum ditionem sita, 178, 40. Fluvius ille anaplum habet 1200 stadiorum ad Noreiam urbem, *ib.* (Quod quum in hujus tractus fluvios non cadat, numerum stadiorum corruptum, Noreiam vero istam aliunde non notam esse putant. At Norela non est alia nisi ea quam ex Cæsare, Livio, Plinio, Tab. Peuting. novimus; quæ quum ab ora sinus Adriatici et Aquileia distet fere 1200 stadia, hæc ipsa distantia nostro loco indicatur, sed perperam ad ἀνάπλουν per fluvium refertur.) Venetis superjacent Carni, Cenomani, Medoaci, Symbri (Insubres), 179, 49. Regio fluviis et paludibus abundat, 176, 49; 177, 1; urbes nonnullæ insularum modo aquis cinguntur, 177, 5. Venetorum ora, 175, 41; ubi mare fluxus et refluxus habet, 176, 52. Apud Venetos Diomedem mortuum esse ferunt, 236, 32. Veneti Diomedi honores decreverunt. Duo apud eos luci, alter Junonis Argivæ, alter Dianæ Ætolicæ; de iis lucis fabula, 179, 14. Apud eos equi λυκοφόροι, 179, 22. Veneti et Cenomani jam ante Hannibalicum bellum auxilia Romanis tulerunt contra Boios et Symbrios (Insubres), 179, 51.

Vennones, Οὐέννωνες, Vindelicorum pop., 171, 50; supra Comum versus orientem habitant, 170, 13. (Haud dubie *Venostes* et *Vennonetes* Plinii; quorum pars circa Atesis fontes in hod. *Vintchgau* (*Venonesgowe* sæc. XI).]

Venti. Nonnulli Homerum et Thrasyalcen tradunt nonnisi duos ventos præcipuos distinguere Boream et Notum sive Austrum, a quibus reliqui parva differant inclinatione, Eurus, Apeliotes, Zephyrus et Argestes; adeo ut Eurus ab æstivo ortu, Apeliotes s. Subsolanus ab hiberno ortu, Zephyrus ab æstivo occasu, Argestes ab hiberno occasu flent, 23, 44. Aliter de ventis statuunt Aristoteles, Timosthenes, Bion astrologus, Posidonius, quorum sententias vide p. 24, 9. Ventos plagasque accurate notare solet Homerus, 21, 48 *sqq.* Zephyri et Argestæ sive Cauri in Attica Scirones vocantur. Venti in mari inter Hispaniam et Italiam interjecto certum quendam ordinem habent, 119, 22. Eurus usque ad sinum Sardoum statis anni temporibus flat, testante Posidonio, 119, 26. Ventis in Hiera insula et in Sicilia montium ignivomorum exspirationes augentur, 229, 15. Ventorum promus Æolus, 19, 29. Ventos colunt Persæ, 623, 40.

Ventidius, Οὐεντίδιος, Pacorum Parthum in Cyrrhestica Syriæ interemit, 639, 39. Cum Phranicate Parthorum duce ad Trapezuntem Syriæ collem pugnavit, 639, 51.

Venus, Ἀφροδίτη. Templum Veneris Pyrenææ (in *cap Creuz.* non longe a Veneris portu, *port Vendre*), inde a quo Narbonensis Gallia incipit, 148, 19. Inde ad Narbonem 63 miliaria, 148, 23 et 30; 150, 45 et passim. Veneris templum Lavinii, 193, 44; Ardeæ, 193, 46; Ennæ in Sicilia, 226, 26; Eryce, 226, 26. Erycinæ Veneris templum Romæ ante portam Collinam, 226, 35. Veneris fana in Elide, 295, 20; fanum Corinthium; dedicatæ ibi meretrices, 325, 20 et 48. Veneris Κωλιάδος fanum ad Anaphlystum, 342, 22. Venus Καστνιῆτις et Onthyrii et Metropolis, oppidorum Thessalicorum, porci sacrificium admittit, 376, 15. Veneris Apaturi fanum ad Phanagoriam, 424, 34 et 47. Fabula qua nomen explicatur, *ib.* Templum in Pyrrha prom. ad sinum Adramyttenum, 519, 4. Veneris Acrææ fanum in Olympo Cypri, 582, 24. Paphiæ templum Palæpaphi, 583, 5; Veneris templum Solis in Cypro, 583, 18. Venerem colunt Persæ, 623, 39. Ad fanum ejus Babyloniæ mulieres corpus peregrinis prostituunt; argentum, quod accipiunt, Veneri sacrum est, 635, 1. Veneris Arsinoes sacellum in Zephyrio prom., 680, 28. Veneri sacer collis supra Pedalium pr. Cypri situs, 682, 29. Venus apud Momemphitas culta, 682, 36. Ejus templum Memphi, 686, 14; Tentyræ, 692, 17. In insula Tritonidis lacus ad Berenicen urbem, 710, 8. Cf. Aphroditopolis et Myoshormus.

Venusia, Οὐενουσία, Samnitium opp., 208, 12; 211, 38. In Samnii et Lucaniæ confiniis, ad viam Appiam, 235, 2.

Vera, Οὔερα, Atropatenorum regia per hiemem; situs ejus; oppugnavit urbem Antonius, 448, 50. (Phraata ap. Arrian.; Phraaspa ap. Dion. Cass.; ruinæ *Tachti Souleiman* (30° 25′ lat.; 64° 55′ long.), ut probabiliter statuit Rawlinson, qui cum aliis nonnullis Veram a Gazacis non diversam esse censet.)

Verbanus, Οὐερβανός, Galliæ Cisalpinæ lacus, 300 st. longus, Ticinum fl. emittit, 174, 16.

Vercellæ, Οὐέρκελλαι (*Verceil*), Galliæ Cisalpinæ vicus ad quem olim aurifodinæ erant, 181, 48. (Cf. Plinius 33, 21. Parum recte Strabo Vercellas Placentiæ vicinas dicit.

Vercingetorix, Οὐερκιγγετόριξ, Arvernorum dux, contra Cæsarem pugnat ad Gergoviam et Alesiam, 159, 42.

Verestis, Οὐέρεστις (?), amnis per Prænestinam Latii regionem fluens, 199, 19.

Veretum, Οὐερητόν, olim Baris, Salentinorum opp.; 600 a Tarento stadia distans, 233, 47. Veretum Iapygia fortasse est Hyria ab Herodoto memorata, 234, 26.

Verona, Οὐήρων, urbs Galliæ Transpadanæ, 171, 38; 177, 27.

Verones, Βήρωνες, Hispaniæ pop., 131, 26; a Celtiberis versus boream siti, Cantabris Coniscis finitimi; e Celtica transmigratione orti, 134, 41. Veronum urbs Varia ad Iberi trajectum, 134, 42.

Vertinæ, Οὐερτῖναι, Lucanorum urbs mediterranea, 211, 36. (hod. *Vergine* vel *Verzine* inter Petellam et Crimissam in mediterraneis. Locus in Bruttio situs Lucanis eodem modo tribuitur quo vicinæ urbes Crimisa et Petelia et Calasarna tribuuntur.

Vespertiliones prægrandes abundant Borsippis; sale ibi condiuntur, 629, 46.

Vestales virgines tempore belli Gallici Roma Cæren confugerunt, 183, 28.

Vestini, Οὐηστῖνοι, Sabinis finitimi, 190, 5; 182, 29; 201, 4. Eos a Marrucinis dirimit Aternus fluvius, 201, 37. Per Vestinos fluit Liris, 194, 47.

Vestitus Lusitanorum, 128, 45; incolarum Cassiteridum inss., 145, 47; Gallorum, 163, 35; sacerdotum Cimbricarum, 244, 24; Vestitus Persicus a Medis profectus est, 451, 2. Vestes Indorum, 612, 12; Persarum, 625, 17; Assyriorum, 635, 15; Nabatæorum, 666, 50; Maurorum, 703, 11; in Massæsylia, 705, 27.

Vesuvius, Οὐεσούιον ὄρος, describitur, 205, 47; 21, 30.

Veteres, Βέτερες codd. (leg. Βέτερας, Veteres, i. e. Veteranorum colon., uti recte conjecisse videtur Wesseling), Hispaniæ opp. in via militari sita inter juncarium

Digitized by Google

campum et Tarraconem, 133, 12. (Idem locus est qui in Itin. p. 398 *Prætorium* vocatur, a Juncaria 69 mill., a Barcinone 15 mill. distans, h. *Granollers* sec. Lapicum; *Ostalric* sec. Cortez, quod contra distantias est. Fuit a d *la Roca*, ubi ingentes antiquissimi prætorii parietinæ supererant, teste Marka II, 20. Wesseling *Veteres* refert ad *Vidreras* vicum. Alii in vulgata lectione inesse putarunt Itinerarii *Secerras* vel *Seterras* (ut Geogr. Rav.), a Barcinone boream versus sitas.

Vettones, Οὐέττωνες, Iberiæ gens, juxta Vaccæos, 126, 26. Lusitaniæ et Celtiberibus contermini, 126, 39; ab occasu Celtiberiæ, 134, 47; in superiori tractu Tagi fl., 115, 10; 126, 17. Vettones aut in tabernaculo quiete sedendum aut pugnandum esse putant, 136, 22.

Vetus urbs, Παλαιὰ πόλις, vocatur insula Hispaniæ, in qua Emporienses habitarunt antequam in oppositam continentem transirent, 132, 45.

Viæ. V. Æmilia via, Appia, Egnatia, Flaminia, Nomentana, Salaria, Valeria.

Vibo Valentia, Bruttii urbs. V. Hipponium.

Vicentia, Οὐικετία (sic) (*Vizence*), Italiæ Transpadanæ opp., 178, 29.

Viminalis collis, Οὐιμινάλιος λόφος, a Servio urbi adjectus, 195, 27.

P. 287, 2. γῆν] τὴν Mein.; fort. γῆν τὴν. ‖ 4. σύμβολον *BCElsv*. ‖ 5. προπεσοῦσα *BEl*. ‖ 7. τῇ δ[ὲ εἰς τὸ Μυρτῷον πέλαγος (sive πρὸς τὸν Σαρωνικὸν), καὶ] ἀποτελεῖ etc. legendum suspicatur Corayus, probante Groskurdio. Ac sane nisi ejusmodi aliquid suppleveris, male stat sententia. ‖ 8. ταῦτα] ταῦτα τὰ vel potius τὰ Mein. conj. in Vind.; τὰ dedit in edit.; fort. erat διὰ ταῦτα. ‖ 10. καὶ τὸ ἐκτὸς [ἰσθμοῦ μέχρι Πυλῶν. ἄλλο δέ τι (vel τρίτον δὲ) τὸ ἐκτὸς] Πυλῶν μέχρι proponit Kramer. At Strabo nonnisi duo systemata distinguit, quod vel ex comparativis μεῖζον, ἐπιφανέστερον patet. Casaubonus conj. καὶ τὸ ἐκτὸς μέχρι Πυλῶν καὶ τῆς ἐκβολῆς; Groskurdius : τὸ ἐκτὸς [τὸ ἀπὸ Ἰσθμοῦ διατεῖνον διὰ Θερμο]πυλῶν μέχρι κτλ. Sed quomodo alterum hoc systema Θετταλικόν dici potuit? Curtius (*Pelop.* 1, p. 31) et Meikius verba Πυλῶν et καὶ τοῦτο δ' ἐστὶ τὸ Θετταλικόν ejiciunt. Fieri sane potest ut quidam Helladem nonnisi usque ad Thermopylas pertinere existimans verbum Πυλῶν substituere voluerit verbis τῆς ἐκβολῆς τοῦ Πηνειοῦ, utque cetera quæ ejici vult Meinekius cento sint scholii. At quum et quæ antecedunt et quæ sequuntur in Strabone lacunis lacera sint, eadem labe etiam nostrum locum laborare probabilius est. Jam vero e Scylace et Dicæarcho constat quæstionem a multis agitatam fuisse, num Thessalia annumeranda Helladi esset necne. Hanc igitur quæstionem Strabonem quoque tetigisse puto, adeo ut locus in hanc sententiam refingendus sit : καὶ τὸ ἐκτὸς [τὸ μέχρι τῶν Πυλῶν καὶ τὸ ἀπὸ τῶν] Πυλῶν μέχρι τῆς ἐκβολῆς τοῦ Πηνειοῦ· [τῆς γὰρ Ἑλλάδος] καὶ τοῦτό ἐστι τὸ Θετταλικόν. Possis etiam : καὶ τοῦτο γάρ ἐστιν Ἑλλαδικόν. Sed illud malo. Aliud in latinis tentaveram, quod nunc retracto. ‖ 11. ἔστι δὲ καὶ μεῖζον] « Hæc variis conjecturis frustra tentarunt Tzsch., Cor., Grosk.; sana sunt omnia. » Kramerus, qui hæc scribens insanus erat. Ipse Strabo lin. 37 Peloponnesum dicit ἐλαχίστην, ἐπιφανεστάτην δέ. Corayus in sqq. τὸ ἐκτὸς legit; quod ferri nequit. Groskurdius : ἔστι δὲ καὶ μείζων· [ἐνδοξότερον δὲ] καὶ ἐπιφ. Tzschuckius : ἔστι δὲ καὶ μεῖον καὶ ἐπιφ. At καὶ, sive μεῖον sive μεῖζον legeris, ineptum est. Legerim ἔστι δὲ μεῖον, ἀλλ' ἐπιφ. ‖ 14. Ante χωρὶς quædam exciderunt. Groskurdius proponit : ἀλλὰ μὴν καὶ πᾶσα αὕτη συμπάσης τῆς Εὐρώπης. Kramerus : ἡγεμονίαν δὲ τρόπον τινὰ τῆς Εὐρώπης ἔχει ἡ ἅπασα Ἑλλάς. Curtius l.l. p. 31 : ἡ δὲ Ἑλλὰς τῆς συμπάσης Εὐρώπης. ‖ 16. τε] γὰρ *BCElv* Mein. ‖ 17. ταῖς σημειωδεστάταις Cor. ‖ 18. διαπεποικιλμένην ἐκ *BCElv*, διαπεποικιλμένων *A;* e Tzsch. conj. em. Mein. ‖ 21. Παγῶν Epit. et sec. m. in *C;* πάντων *ABCEl*. ‖ 25. Κρισσαίου *BE* et sic alibi. ‖ 25. ἡ δ' ἐπιν. *BCE* editt. ante Kr. et Meinekius; recte. ‖ πεντακοσίων ὀκτὼ] ὀλίγῳ πλειόνων ἢ πεντακοσίων σταδίων Pletho.; Groskurdius delet vocem ὅσον, ut quæ non conveniat stadiorum numero tam accurate definito. Suspicor Strabonem scripsisse φν' (550), vel φκ' (550), quum ν' κ' η' confundi sexcentis jam locis viderimus; corruptum illud ὀκτὼ Plethopem jam reperisse nihil est quod miremur. ‖ 27. Fuisse τὴν μὲν Ἀττικὴν καὶ] Βοιωτίαν probabilis est conjectura Meinekii et Spengelii. ‖ 44. ἐπὶ Ἰσθμὸν] ἐπὶ Μαλέαν Pletho, pessima conjectura, quam rec. Tzsch. ‖ 45. Μαλεῶν] Ταινάρου Pletho, Tzsch. ‖ 49. κατὰ τὸν ... ἑτέραν θάλασσαν om. *BClsv*.

P. 288, 8. [αἱ] Ἔχιν. Cor., Mein. ‖ 11. μετὰ δὲ Ἠλείαν *B* (ἑξῆς δὲ μετὰ τὴν Ἠλείαν ex correct. sec. m.) *CEl;* ἑξῆς δ' ..... μὲν τὴν Ἠλείαν *A*. « Quæ inter δ et μὲν legebantur cum membrana h. l. corrosa deleta sunt. In schedula agglutinata sec. m. μὲν τὴν et infra μετὰ δὲ Ἠλείαν : inde μετὰ τὴν Ἠλείαν *no* editt. » *Kramer*. ‖ 22. πόρον] κόλπον conj. Cor. ad vers. gall.; potius ἢ post πόρον inserendum videtur, ut censent Grosk., Kr., Mein. Verba μέση .... ἴθνεσιν Grosk. post μέχρι τοῦ ἰσθμοῦ καὶ αὕτη transposuit. ‖ 36. Ῥίον om. *BCEl;* in *B* additum m. sec.; δὲ [καὶ] Μολ. Ῥ. Mein. ‖ 37. προϊοῦσα *BCEl*. ‖ 40. τέρμοσιν] τέρμασιν editt. ante. Kr. ‖ 41. Ἀράξου ποταμοῦ *Buk*. ‖ 42. χιλίων καὶ τριάκοντα *B*, sed sec. m. corrrect. ‖ 44. Verba Ἀκαρνᾶνές εἰσιν ejicienda esse censeo. Groskurdius corrigi voluit : ἐπὶ τὸν Εὔηνον Αἰτωλοί εἰσιν, εἶθ' ἑξῆς ἐπὶ τὸ Ἀντίρριον [αὖθις] Αἰτωλοί. ‖ 45. Præter Phocenses memorandi erant Locri, adeoque cum Plethone Tzsch. et Cor. scripserunt : Λοκρῶν ἐστι καὶ Φωκέων καὶ Βοιωτῶν. ‖ 48. Ante Ἀλκυονὶς et post θάλασσα exciderunt fere hæc : Κρισαῖος κόλπος ἐστίν· ἡ δὲ ἀπὸ Κρεούσης πόλεως θάλασσα, monentibus Grosk. et Kramero. ‖ 49. Inclusa supplevit Kr.; in *A* quinque vel sex literarum lacuna est; κόλπου ἀπέχουσα τοῦ ἰσθμοῦ *no;* κόλπου διέχουσα ἀπὸ τοῦ ἰσθμοῦ *B* editt. ante. Kr. ‖ 50. Inter τοῖς et μὲν novem fere literæ in *A* deletæ sunt, attamen χ litera ex parte superest et ὡς additum man. sec.; inde χιλίοις om. *Bghno;* e Casaub. conj. suppl. Cor. ‖ ὡς μὲν οὖν *B*. ‖ 52. θέσις ἐστὶ καὶ *B*. Verba γῆς ... κόλπος in *B*. omissa man. sec. in margine apposuit, scripto τῆς pro γῆς. ‖ 53. εἶτα] μετὰ δὲ ταῦτα τὰ *Bkt;* τὰ om. *A*. Ceterum ita habent *Clms* : τὰ καθ' ἕκαστα ἐρεῖ, φησί, τὴν ἀρχὴν ἀπὸ τῆς Ἠλείας ποιησάμενος· τὸ γὰρ μέχρι νῦν, ὡς τύπῳ εἰπεῖν, τοιαύτην καὶ τοσαύτην καὶ (καὶ om. *s*) τὴν τῆς Πελοποννήσου θέσιν (τάξιν *s*, sed θέσιν in margine) ἐξέθετο καὶ τῆς (om. *lm*) ἀντιπόρθμου. Similia leguntur in Plethone.

P. 289, 5. τοῦτο δὲ τὸ π.] τὸ δὲ παλαιὸν *BCl*. ‖ 9. πόλιν] Leg. esse Ἤλιν monuit Cor. ‖ 10. ἡ δὲ παρ'] τὴν δὲ παρ' codd. ‖ 17. παρ'] περὶ Epit. et Eustath. ad Il. β, 77. ‖ 22. ἦν om. *BCklm;* ἐστιν editt. ante Kr. ‖ 28. ὀνομάζει] ὀνομάζων *no;* νομίζειν [δεῖ] Mein. ‖ 35. ὀκτὼ (η') post συνεπολίσθη supplevit Cor.; fort. erat : Ἤλις [ἐξ] ὀκτὼ περιοικίδων συνεπολίσθη. Sed incerta hæc; neque magis liquet de sqq., ubi quod Kramerus dedit προσκτισ[θεισῶν], lacunam codicis *A* explet, at sensum non fundit; dicendum foret μία δὲ τῶν πρ., monente Meinekio, qui addit : « At mirum profecto unam præ ceteris commemorari περιοικίδα, eamque aliunde ne nomine quidem notam. An fuit igitur : Ἤλις ἐκ τῶν περιοικίδων συνῳκίσθη μία πολλῶν· προσέκτι[σαν δὲ καὶ] Ἀγριάδας? » Fort. μία δὲ ταύταις (sc. prioribus octo) προσεκτίσθησαν αἱ Ἀγριάδες. Aut : μία δὲ τούτων προσέτι σ[υμμένει], Ἀγριάδες. Quodsi Ἀγριάδες nomen corruptum est, fortasse reponendum Ἀνιγριάδες, coll. p. 297, 45. 298, 6. Ceterum verba μία ... Ἀγριάδες om. *BClm* Pleth. « In *A* inter προσκτισ et ἀγριάδες sex septemve literæ cum ipsa membrana deletæ; in margine agglutinato σ alterum obtectum sec. m. non est restitutum, præterea ριάδες modo scriptum. Inde μία τούτων προσκτι ..... άδες, *gk*; quibus concinunt *hi* ita ut άδες omittant; μία τούτων ..... ρεῖ *no;* inde μία τούτων. ρεῖ κτλ. Ald. Quam scripturam integram non ratus Corayus οὖσα post τούτων addit; Groskurdius autem ex iis quæ *g* exhibet hæc procudit incredibili temeritate : ... μία τούτων. Προσκτί[ζεσθαι δὲ καί τινες διεπράξαντο Ἀρκ]άδες. » Kramer. ‖ 38. δὲ] τε codd.

P. 290, 8. « Inde a voce δεῖ alia manus incipit in *C*, ab ea qua priora scripta sunt prorsus diversa, quæ pertinet usque ad finem libri noni. Tam presse autem in tota hac parte sequitur codicem *A* cum in verbis

Digitized by Google

ipsis tum in lacunis notandis, ut ex illo omnia hæc manasse liquidissime appareat. » Kramer. ‖ 17. Ὠτον] Xyl.; Βοιωτῶν, et supr. Βοιωτὸν, *A*; Βοιωτῶν *chno*, Βοωτὸν *g* et sec. man. *k*; nomen om. *BEl* Ald. ‖ 20. κώμη] καὶ κώμη *B*, Eustath. ad Il. β, 603 p. 227, 43 R. ‖ 24. καὶ τῆς] ita corrosa sunt in *A* ut nonnisi κ literæ vestigia supersint; om. *cg*; τῆς om. *hi*; καὶ τῆς τῶν *bno*, editt. ante Kr. ‖ 25. Novem fere literarum lacuna in *A*; ε[ἰσὶν, οὐ πλεί]ους suppl. putat Kramerus probabiliter; ἐκ Κυλλήνης στάδιοι *cgh*, ἐκ Κυλλήνης εἰσὶ ἱ, quod rec. Cor., verba ἐκ Κυλλήνης uncis includens. ‖ 26. Ἐλείσων ἡ Ἔλεισα *A* m. pr.; Ἐλίσων ἡ Ἔλισσα *A* m. sec.; Ἐλίσσων ἡ Ἔλισσα *b*. ‖ 28. Μεταξὺ etc.] Μετὰ δὲ τὸν Χελωνάταν καὶ τὴν Κυλλήνην conj. Leakius *Travels in Morea* I, 7. At cum Strabone facit Ptolemæus 3, 14, p. 236 ed. Wilb. Unde hoc certe patet nihil esse mutandum; alia quæstio est, num revera olim Peneus inter Chelonatam et Cyllenen exierit, ut censet Curtius *Pelop.* t. 2, p. 105. Quod ut perfracte negare non ausim, sic Strabonis et Ptolemæi consensu non probari contendo; persæpe enim fit ut de rebus falsissimis auctores isti consentiant, ut supra de cursu Haliacmonis et Erigonis (p. 277, 1). ‖ 30. Ἔφυρα] Rectius ubique scripseris Ἐφύρα. ‖ 33. ἐπὶ τὸν Λασίωνα] ἐπὶ Λασίωνα Mein.; ἐπιθαλασσίωνα codd. Cf. schol. ad Hom. Il. *o*, 531 : ὁ Σελλήεις, ὃς ῥεῖ ἀπὸ Λασίωνος ὄρους. ‖ 33. Βοιωνῷ] Βοινῷ vel Βοινόᾳ Cor., recte, ut opinor. ‖ 36. λέγεσθαι] γενέσθαι Cor. ‖ 36. Verba ἐκεῖ γὰρ ... στρατεῖαι Meinekius transposuit post v. Σελλήεντος (lin. 38). ‖ 40. θώραξ addidit Cor. ‖ 40. ἡ Ἀθηνᾶ add. Mein. ‖ 45. ὄφρα οἱ εἴη ἰοὺς χρίεσθαι om. *Bklnou*, editt. ante Kr.; in marg. habent *Bk*.

P. 291, 1. Alterum ἄνδρα ejiciendum. ‖ 8. Aut leg. οἱ καὶ Κρ., aut καὶ ejiciendum, monente Meinekio. ‖ 13. συντιθεὶς] προστιθεὶς Pletho, συντιθεὶς [ἢ προστιθεὶς] Cor.; [ἢ] συντιθεὶς ἢ πρ. Grosk. ‖ 14. μεσηγὺς ... Ἰμβρου om. *Bklu*, Pletho. ‖ 24. καὶ [τὸ] περὶ? *Mein.* ‖ 25. οὖν fort. delendum opinatur Meinekius. ‖ 30. Verba φησὶ γὰρ ... Οἰχιαλῆος ejecit Mein. ‖ 32. ἦν] Leg. aut ἡ aut ἦν ἡ; hoc Corayus, illud Mein. maluit. ‖ 36. Μεταξὺ δὲ τοῦ Πηνειοῦ καὶ τῆς τοῦ Σελλήεντος ἐμβολῆς Curtius, probante Meinekio (nisi quod pro τῆς τοῦ Σ. dedit τῆς Σ.) nec non Kramero, nisi quod pro ἐκβολῆς maluerit εἰσβολῆς. Posses etiam συμβολῆς. At perperam Strabonis verba sollicitantur. Secundum codicum lectionem et Peneus et Selleis suo quisque ostio in mare exeunt; eamque opinionem Strabonis fuisse clare patet ex p. 290, 29, ubi : Μεταξὺ δὲ τοῦ Χελωνάτα καὶ τῆς Κυλλήνης ὁ τε Πηνειὸς ἐκδίδωσι καὶ ὁ Σελλήεις, quæ sic Strabo dicere non potuit, si Selleentem in Peneum influere putasset. Error hic Strabonis cum altero illo de Penei ostio componendus est. Ceterum Pylum reapse inter Penei et Selleentis confluentes situm fuisse et ipse statuo. ‖ 37. τὸ Σκόλλιον] « τὸν Σκόλλιν editt. inde a Xyl., qui montem intelligit infra (p. 293, 33) descriptum : at ille ἡ Σκόλλις appellatur (quapropter Leake p. 183 tacite scripsit κατὰ τὴν Σκόλλιν), et paullo longius abfuisse ab urbe Pylo videtur. Codicum vero scripturam ne ipse quidem sanam crediderim. » Kramer. Promiscue dici τὴν Σκόλλιν et τὸ Σκόλλιον ὄρος nihil habet quo offendas; neque probandus est Curtius (l. l. 1, 105) qui diversos montes his nominibus significari opinatur. Quodsi accurata tradit Strabo, Scollis nomen ad totum tractum montanum qui a Peneo boream versus pertinet, referendum est. ‖ 38. ᾗ] ἡ codd.: em. Penzel.; ἡ πρὸς τὸν Ἀλφειὸν, ἧς οὐδὲν etc. *Acghno* et sec. m. margo *B.*; ἧς τῇ πρὸς τ. Ἀλφ. οὐδέν ἐστι κ., οὐδὲ τῇ πρὸς etc., Cor. ‖ 39. τῇ ante πρὸς habent *bno* ‖ 44. μὲν ... ἄλλος] μὴν ... ἄλλη *Bu*; ἄλλη etiam ap. Eustath. ad Il. β, 591, p. 296, 30. ‖ 45. καὶ τῇ Πισάτιδι om. *Blu*. Alia multa in *B* ceterisque codicibus, qui libros VIII et IX decurtatos habebant, omittuntur vel in brevius contrahuntur; quas omissiones cur singulas enotemus, causam non video. ‖ 49. νεωτέρων] ἑτέρων codd.; em. Cor.

P. 292, 5. Γέρηνον *A* m. pr. et Eustath. ad Il. β, 336 et 591 (p. 175, 24 et 224, 31 R.). ‖ 6. Γεράνιον *A* m. pr.; *hl*; Γεράνιον et η supra α *A* m. sec. et *B*. ‖ 7. δὲ ταὐτὸ] δ' αὐτὸ *no* Cor.; δὲ ταὐτὸν Ald. ‖ 9. Γερηνὰ *Ag*. ‖ 10. συνοικούμενα *Bl*. ‖ 11. ὑπάρχουσι *bnou* Ald. ‖ 16. « Pro versibus Homeri ipde ab ὅσσον in *Bklsu* Ald. vocem ἔναιον excipiunt hæc : καὶ ἑξῆς ἕως τοῦ πολέες δ' ἐμβεβαον Ἐπειοὶ, ita tamen ut in *B* ἐμαονον pr. m. scriptum sit et β sec. m. supra add., in *s* legatur ἐμενον. Totum hunc Homeri locum om. Pletho. » Kramer. ‖ 26. Βοπρασιεῖς *Bl*. ‖ 29. « Verba τὸ δὲ—τοῦτο quo referenda sint, quomodo et cum proximis et inter se cohæreant, difficillimum est dictu. Infinitivum ut aliqua ratione fulciret καὶ ante νυνὶ add. Cor., excidisse autem post ὁμώνυμον verba καὶ ἄλλοι φασὶ statuit Groskurdius, parum apte uterque. Infinitivus enim ille liberius positus cum sæpius apud Strabonem inveniatur (v. p. 166. 255. 258, 372 ed. Cas.), per se hic foret ferendus : sed ineptissime hæc verba interrumpunt Strabonis disputationem, eoque minus videntur genuina, quod eadem fere paulo post aptissimo loco atque connexu repetuntur. Annotatio videtur esse margini a nescio quo addita, atque in ordinem deinceps recepta, quam recte omisit Pletho. » Kramer. Ejecit verba Meinekius. ‖ 80. οὐκ om. *Blu* editt ante Kr.; δὲ post νυνὶ add. *BEknou*. Ald. ‖ 36. Verba ἡ δὲ χώρα ... πόλεως om. *B*. ‖ 53. πυρῶν *Eustathius* ad Il. 2, 625.

P. 293, 3. Αἰσχύλος] An Ἀρχίλοχος? *Mein.* ‖ 5. Ἠλείους Cor., Ἐπειοὺς codd. ‖ 18. ἔνεμον τὴν π. *Acghno*; ἐνέμοντο πολ. cett. codd. ‖ 23. ἐντὸς] ἐν ἱ Cor. ‖ 29. Volebam Ὑρμίνα. Ὁρμίνα ἡ Ὑρμίνα habet *A*; Ὅρμινα et Ὑρμινα cett. codd. et editt. ‖ 38. Post ἐκ octo fere literæ una cum membrana in *A* corrosæ sunt; ἑκατὸν πρὸς τοῖς suppletum in *bno*, quod quum justo longius sit, in brevius redegit Kramerus, qui deinde alteram novem fere literarum lacunam explevit, cum Xylandro scribens καὶ Δύμης, pro quibus καὶ ἐκ Δύμης δὲ tentarunt *hi*. Ceterum his sic constitutis locus nondum sanatus; nam mensuræ istæ referri possunt ad Scollim montem, sed ad Lampeam pertinere nequeunt. Quare verba ἐχόμενον ἑτέρας τινὸς Ἀρκαδικοῦ ὄρους Λαμπείας tamquam spuria ejicienda esse putavit Curtius in *Zeitschrift für Alterthumswiss.* 1852, N. 1, monente Kramero in Addendis. Idque fortassis recte fieri putat Meinekius. At cur ultimo hoc refugio utamur, causa est nulla. Fieri potest ut, transposito pronomine relativo, legendum sit : ... Ἠλείων, ὅπερ ἐχόμενον ... Λαμπείας, τῆς Ἠλιδος μὲν διέστηκε κτλ., idque propterea mavelis, quod Scollidis potius quam Lampeæ montis situs hoc loco definiendus fuisse videtur. Quodsi autem distantiæ istæ ad Lampeam m. pertinent, lin. 38 pro ρλ' Strabo scripserit σλ', et pro καὶ Δύμης supplendum fuerit καὶ Φαρῶν. Nimirum Lampea (quem montem Pausanias Erymanthi partem dicit, dum Strabo fortasse Lampeæ nomine Erymanthum, quem non memorat, comprehendit) hodie ejusdem significationis vocabulo Ἀστρᾶς vocatur, uti statuo cum Leakio, Kleperto, Rossio ceterisque, quibus quæ opponit Curtius (Pelop. I, p. 386 sqq), Lampeam componens cum hodierno *Calliphoni* monte, qui ab Erymantho versus ortum tenditur, pondere carere mihi videntur. ‖ 14. Ἀλίσιον *A*, Ἀλήσιον *B* et (addito ει supra η sec. man.) *l*. Ἀλήσιον habent etiam Stephanus

Digitized by Google

et Eustath. ad Il. λ, 757, p. 883, 3 R. || Ἀλησιαῖον] Ἀλαισιαίων *Ah*, Ἀλαισυέων *gi*, Ἀλαισιαῖον *c*, Ἀλαισυαῖον *o*, Ἀλεσυαῖον *lk*. Non notum aliunde vocabulum. || 41. περὶ] παρὰ editt. ante Kr. || ἐν ᾗ καὶ] ἐνὶ καὶ *no*, ἔνθα *Bl*. || 45. Ἀλίσιον καὶ Ἀλισίου *A* et sic in sqq.

P. 294, 4. Καύκων] καὶ Καύκων Ald.; unde καὶ Καύκων καὶ Καυκώνη θηλυκῶς conj. Cas. et Grosk. || 5. θηλυκῶς ut e sqq. inepte huc translatum obelo notatur a Cor. et Kr.; ejecit vocem Mein.; jam reperit Eustathius ad Il. β, 607. || 5. ὡς recte om. Pletho, Cor., Mein. || 8. Τευθόας *Acghno*, Τευθέας (ο supra ε sec. m.) *B*. || 11. Νεμιδίας *bknou*; Νεμεαίας conj. Lobeck ad Phryn. p. 557; Νεμαίας Cor. || 12. Τευθόας *A*. || 17. εὐρῆος *bno*. || 18. Πόροιο *no*; leg. Πίεροιο. || 18-28 περὶ δὲ...τυχόν a Strabone aliena esse monuit Kramer.; ej. Mein. || 19. φησίν] τισίν *Bklu* Ald. || 23 et 36. ὀφέλλεται Cor. || 34. Λέπριον codd.; Λέπρειον ubique Meineke; recte, opinor. || 38. Σαφέστερον...μεθορίας] Sic *Acghinou* et margo *B* manu sec.; manus prima in *B* ita: Δῆλον δὲ μᾶλλον τοῦτ' ἔσται, ἐπειδὰν τὴν Πισᾶτιν καὶ τὴν ἑξῆς κειμένην Τριφυλίαν διεξίωμεν. In *lm* nihil nisi hæc: Ἀναβάλλεται δὲ τὴν περὶ τούτου σκέψιν εἰς τὰ ἑξῆς. In *tq* legitur: Δῆλον δὲ μᾶλλον τοῦτ' ἔσται, ἐπειδὰν τὴν Πισᾶτιν καὶ τὴν ἑξῆς Τριφυλίαν διεξίωμεν μέχρι τῆς τῶν Μεσσηνίων μεθορίας. || 41. Πεισατῶν *A*, et similiter in sqq. || 42. Φαία *Aghi*. || 43. ῥέεθρον *Aghno*. || 45. Φαιάν *A*; καὶ ante ταύτης om. *Bklu* Cor. || 46. τὸ ἐγγυτάτω *B* Epit., Mein.; recte; τὸ ἐγγύτατον *notu* Ald. || 47. ἐστὶ om. Cor.; εἰσὶ Mein. || 48. εὐθὺς om. *BEklu*; αὖθις Cor.; per se εὐθὺς vox nihil habet offensionis, sed quum ἄκρα ista Ἰχθὺς vocaretur, ipsum hoc nomen abiisse in εὐθὺς haud improbabilis est conjectura Palmerii Ad auctor. gr. p. 304. || 49. πάλιν om. *BEklu* Cor.

P. 295, 4. ὑπὸ γῆν *BEl* et Eustathius ad Dion. 409. || 8. μακρὸν] μικρὸν *Bk*, Pletho, Ald.; μαντικὸν *l*. || 10. Γυθείου Mein.; Ἀκραίων codd. etiam infra præbent; Ἀκριῶν e Polybio 5, 19, 8 et Pausania 3, 21, 6; 22, 5 Xyl. et Cor.; apud Ptolemæum 3, 14 scribitur Ἄκρεια. || 11. Κελάδοντα] Quum parum probabile sit significari τὸν Κέλαδον fluviolum (Pausan. 8, 38, 9), haud dubie legendum est Λάδωνα e conjectura Palmerii l. l. p. 304, quam recepit Mein. || 15. Ἐπιταλίου] Ἐπιτάνου *Acgh*, Ἐπιτάνης *B* expuncta litera ε; Πιτάνης *klno* et man. sec. margo *A*; e Tzschuckii conj. em. Kr. || 16. Ἀλφειωνίας Mein., addens fortasse præstare Ἀλφειῴας. || 22. ἀνθέων πλέῳς Mein.; ἀνθέων ὡς codd.; pro ἀνθέων Xyl. conj. ἀναθημάτων, Casaub. ἀνατεθέντων, Toupius (App. Emend. Theocrit. p. 4) ἄντρων, Kramerus ἱδρυνθέντων. || 34. Σάμιον] Σάμιοι codd.; em. Cor. || 35. Post vocem Τριφύλιοι ponenda esse quæ leguntur lin. 47-49 (καὶ τὸ ...Φέλλωνα) vidit Groskurdius. || 38. καὶ] Legendum aut ἢ aut ὁ καὶ, monente Corayo. || 40. τῶν Ὁμήρου ej. Mein.; Strabonem scripsisse αὐτοῦ, cujus vocis locum glossa τῶν Ὁμήρου occupaverit, censuit Groskurdius; Kramerus verba ὡς ἂν... τεκμαίροιτο utpote glossema suspectat. || 42. Μάμαος] an f. Ἄμμαος? || Ἀρκαδικός] Ἀρκαδιακός editt. ante Kramerum. « Quod Mamaus amnis etiam Arcadicus dictus fuisse fertur, mihi quidem satis mirum esse videtur, ac vereor ne hic quoque aliquid turbatum sit. Vide igitur an verba hæc καὶ Ἀρκαδικός cum iis conjungenda sint, quæ paulo superius leguntur (lin. 38), ubi de situ Pyli Triphyliaci agitur. Lepreaticus Pylus non diversus est a Triphyliaco, tertiumque præterea nomen habuit ὁ Ἀρκαδικός. Testis ipse Strabo p. 289, 48: ἀφ' οὗ καὶ Ἀρκαδικὸς Πύλος ἐκλήθη ὁ αὐτὸς καὶ Τριφυλιακός, item p. 301, 13: ἡ πατρὶς τοῦ Νέστορος, ἣν φαμὲν Τριφυλιακὸν Πύλον καὶ Ἀρκαδικὸν καὶ Λεπρεατικόν. Scribendum igitur videtur ὁ Τριφυλιακὸς Πύλος [ὁ] καὶ Λεπρεατικὸς [καὶ Ἀρκαδικός]. Ac par erat hoc maxime loco omnia Pyli cognomina simul conjuncta apponi. » Meinekius Vind. p. 106; fortassis recte. || 49. κατὰ τὸν Φέλλωνα] « Vereor ne minuscula litera κατὰ τὸν Φελλῶνα scribendum sit, quo nomine regionem designatam fuisse probabile est duram et lapidosam, inter Scilluntem et Pholoæ montis declivia sitam. Comparari potest, quem Aristophanes Acharn. 273 et Nub. 71 commemorat, Atticæ ager ὁ φελλεύς dictus. Cf. Ruhnkenius ad Tim. p. 270. Similiter passim legas aliquid factum situmve esse κατὰ τὸν τραχῶνα, κατὰ τὸν λασιῶνα, κατὰ τὸν πλατανιστῶνα et id genus alia. » Meineke l. l. Haud multum inde lucramur. Quum ejusmodi nomina persæpe sint locorum nomina propria, nostro loco num minuscula an majuscula litera exaranda sit, sciri omnino nequit. || 51. Legas πατηθεῖσαν e conject. Sevini (v. Apollodor. ed. Cluver. t. 2, p. 67 sq.). || 53. Verba ἦν τινες ἠδ. καλ. inclusit Cor.

P. 296, 9. Ὕπανα] Ἔπάνη *B*, sed Ὕπανα m. sec. || Τυμπανέαι scripsit Tzsch., Cor., Kr., Mein.; Τυπάνσαι *Abgh*, Τυπάνσα *c* (?), Τιπάνσαι *i*, Κτυπάνσα *Ald.*, *Epana et Tiphane* Guarinus. Scribendum potius Τυπανέαι; nam sic Steph. Byz. et Polybii (4, 77, 9 et 78, 1 et 79, 2) codices omnes præter unum qui Τυμπ. Apud Ptolemæum (3, 14, p. 260 Wilb.) quoque optimi codices Τυπάνεαι, sicut moris hujus tractus apud Pausan. 5, 6, 7 Τυπαῖον vocatur. || 10. τόδε δ' ἔμεινε *no* (?) Ald., τὸ δὲ διέμεινε Cor. || δὲ δύο] δὲ om. Cor. || Δαλίων] Διάγων ap. Pausan. 6, 21, 4. || 13. δὴ inclus. Cor. || 20. Λέπριον *Acghno*, Λέπρεον, supra scr. ι, *B*. || 21. ἡ add. Grosk. || 22. Ἀννίου] Ἀνίγρου e Xyl. conj. Cor., Penzel., Grosk., quod ferri non posse recte monet Kramer., qui recte, opinor, conj. Ἀλφειοῦ. || 24. ἑκάτερον codd.; em. Cor. || 32. δ' inclusit Kr.; τότε δ' ἀπεχ. Cor.; verba τὸ δ' ἀπ. π. μ. delenda esse opinatur Meineke, qui post v. δυνατὸν interpungit. Quodsi probandum esset, certe δεῖ post ἐφαρμόττειν supplendum foret. Nescio an Strabo scripserit: τοῦδ' ἀντέχεσθαι προσῆκε μᾶλλον. Ceterum non patet quo consilio hanc sententiam h. l. auctor apposuerit. Fort. verba πάρεστι...μᾶλλον transferenda esse in p. 297, 15 post v. ὁ λόγος suspicatur Mein. Vind. p. 107. || 33. Λεπρεᾶται] sic Pletho; Τεγεᾶται codd. et Eustath. ad Il. β, 607, p. 301, 41. || 34. Κυπαρισσεῖς *Bl*. Eustath. et Steph. Byz. s. v. et codd. omnes p. 299, 32; Κυπαρισσιεῖς (σεῖς supr. m. sec.) *A*, quæ forma quum etiam in numis legatur, utroque Strabonis loco fort. reponenda est. || 35. τὸν M.] sic etiam Stephan. Byz.; infra p. 300, 37; 384, 32 τὸ Μάκιστον ὄ, sicut Plinius quoque habet *Macistum*. || 45. Καυκωνιάτας] Καύκωνας Pleth., *Cauconii* Guarin. Infra p. 465, 3 Καυκωνίτας.

P. 297, 8. ἃ] delendum, tollendaque interpunctio quæ est post v. Λακωνικήν. || 8. ἐκείνῳ] ἐκείνῳ τε *Acghno*, ex corr. *k*, Pletho. || 15-41. τὸν Σωτάδην *Bkl*, Ald.; Ὀδύσσειαν margo *B* man. sec. et margo *n*; τὴν Ὀδύσσειαν *o*, Guarin., Cor. « Quum tamen conjecturam parum probabilem esse sponte sua apparet. Quomodo autem Sotadis ista mentio explicanda sit, nemo unquam, ut opinor, divinaverit: neque nimis anxie quærendum puto, cum totus hic locus usque ad verba μέχρι Πύλου τοῦ Μεσσηνιακοῦ non a Strabone profectus esse videatur. Quod ut credam, primum nimia quædam et anilis prorsus facit loquacitas a Strabone aliena, deinde inepta repetitio verborum εἰ μὲν τοίνυν ἐνταῦθα μόνον οἰκοῖεν οἱ Καύκωνες [« Verum hæc neque inelegans et pæne necessaria erat repetitio, ut opposita sententia, quæ verbis μεμερισμένων δὲ...οὔσης continetur, recte inferri posset. » *Mein.*], denique et maxime quidem ultima

Digitized by Google

verba inde a παραπλησίως, quæ non a Strabone, sed ab homine quodam de alieno opere loquente scripta esse liquidissime patet : nusquam enim Strabo, ut alia taceam, opus suum τὴν χωρογραφίαν vocavit. Ab eodem adjecta hæc esse videntur qui supra p. 342 ed. Cas. de Cauconibus quædam addiderat. » Kramer. « Krameri sententiam probabilem mihi videri non diffiteor. Negari enim non potest in tota illa disputatione etsi non indocte scripta, tamen aliquammulta inesse quæ Straboni sunt dissimillima. Neque tamen eo vocis χωρογραφία usum retulerim in postrema parte, quæ mihi in hanc sententiam accipienda videbatur, ut dicat scriptor dubitationes et ἀπορίας de Pylo se soluturum, ubi antea paucis locorum inter utrumque Pylum sitorum enarrationem absolvisset. At maximam νοθείας suspicionem movet mira ista Sotadis citatio, hominis prorsus ignoti, quem, si conjecturæ locus est, grammaticum Byzantinum fuisse crediderim, cujus ex scholiis Homericis quidquid hic sapientiæ expromitur fluxisse crediderim. Ac fortasse is idem est Sotades quem de Planetarum nominibus exposuisse auctor est Joannes Malala Chron. 2, p. 25. » Meinekius. || 21. πορεύεσθαι Cor., Mein., recte; εἰς τοὔπισθεν *no*. || 40. δὲ] δὲ [καὶ] Cor.; Παρωρεᾶται e Casaub. conj. Tzsch., coll. Herodot. 4, 148, Παρωνάται *Acgh*, Παρονάται *Bkno*. || 41. Λέπριον *Acgh*. || 42. πλησίον] μέχρι *Bl* Pletho. || 46. Post γένεσιν Pletho addit μυθεύουσιν. Ac sane ejusmodi verbum excidisse videtur. || 47. Ἰωναῖον ad Νύμφας Ἰωνιάδας referendum, de quibus v. p. 306, 35 et Athenæus 15 p. 681, 683. Cf. not. ad Dion. Per. v. 416 ; Διωναῖον conj. Xyl.; Ἐνδυμιωναῖον conj. Tzsch., rec. Cor. || Εὐρυκύδειον Tzsch., Εὐρυκύδιον *A*. Cor., Εὐρυκίδιον *bno*. Post hanc vocem nonnulla excidisse putat Meineke. || 50. τάχα δὲ καὶ τῆς *no*, editt. ante Kr.

P. 298, 2. Μινύειος ἐκδίδωσιν, οὐ *Bl*, editt. ante Kr. || 7. τιφῶδες e Casaub. conj. Cor.; τειφώδης *Acg*, τυφώδης *Bl* Ald. || 10. ὀσμὴν e Casaub. conj. Cor.; ὀχθὴν codd. « Hoc fere loco in marg. *A* pr. m. addita sunt hæc : νῦν τοῦ ἁγίου Χριστοφόρου μοναστήριον τοῦτό φασιν, quæ quo spectent dici nequit. Eadem leguntur in *g*. » Kramer. || 18. Ἀνίγρου *B* m. sec. et Pletho ; ἄντρου codd. || 20. Μιννήιον] Μιμνήιον vel Μενυήιον conj. Cor. Quod reprehendens Meinekius : « Non adeo, inquit, scriptor hic nugabatur, ut tam falsis etymologiis indulgeret; necesse est latere talem nominis formam, quæ ad verbum in υω revocari potest. Fortasse igitur Ἐλινυήιον Strabo scripserat, ab ἐλινύω, quod cum grammatici fere per ὀκνεῖν vel ἀναπαύεσθαι interpretentur, scholiasta Hippocratis nuper a Darembergio editus p. 26 per σχολάζειν explicat et, quod maximi momenti est, diserto testimonio Eliensibus tanquam proprium assignat. » Meinekius. Probabilior est Corayi conjectura, quam commendant etiam præcedentia verba μονὴν μᾶλλον ἢ ῥύσιν, quibus ad etymon vocis alludi videtur. || 22. Μινυήιον] Μιντήιον *Agh*, Μεντήιον *i*, Μιντήριον *c* (?) *bkno;* em. Cor. || 27. Ὑπαισίᾳ] Ὑπάνᾳ conj. Cas., Ὑπανίᾳ Tzsch.; quum infra p. 299, 15 memoretur τὸ πεδίον τὸ Αἰπάσιον Lepreo propinquum, nostro loco Αἰπασίᾳ legendum conjecit Palmerius l. l. p. 306, quod probant Groskurdius, Kramerus, et recepit Meinekius. Sed Αἰπάσιον et Ὑπαισία nomina ad eundem locum pertinere minime liquere recte censet Curtius *Pelop.* t. 2, p. 117 Ni fallor, pro Ὑπαισία lenissima correctione legendum est Ὑπαι-[π]εία. Ab oriente Arenes in alto montis jugo sita erat Αἴπυ (*summis ingestum montibus Æpy*. Stat. Theb. 4, 180) s. Αἴπιον (Ptol.) s. Ἤπειον (Xen.), de eoque jugo versus meridiem defluebat Anigrus seu Minyeus fl. Regio his montibus subjecta dicta fuerit Ὑπαιπεία. Similiter Lydiæ urbs Ὕπαιπα dicebatur, utpote κτισθεῖσα ὑπὸ τὸ παρακείμενον ὄρος, ὑπὸ τὸ Αἶπος (St. Byz.). In tabula Hypæpeam regionem ad borealem montium tractum notavi ; sed ponenda potius fuerit ad latus meridionale, adeo ut ἡ Ὑπαιπεία aut non diversa sit a Παρωρεία, (cf. p. 297, 40), aut partem ejus constituerit. || 31. μεταξὺ Κυρηναίας] v. not. ad p. 48, 11. Articulum τῆς ante Κρήτης om. *Bl* Cor. || 34. ἀπέδειξαν Mein.; ἐπέδειξαν codd. || 37. αἱ inseruit Cor.; deinde cum Meinekio pro Ἀχαιαί legi velim Χααῖαι (hod. *Kaiaffa*), adeo ut petræ istæ sic dictæ fuerint a Chaa oppido (p. 299, 15). Ceterum verba Μεταξὺ Ἀχαιαὶ om. *ls*. « In *B* autem quum primum omissa fuissent, quæ inde a Μεταξὺ usque ad verba καθάπερ καὶ (p. 299, 35) leguntur, totaque fere pagina vacua relicta esset, sec. m. postea quæ deerant addita sunt, multis tamen audacissime mutatis. Jam hoc ipso loco habentur ibi hæc : μεταξὺ δ' Ἀνίγρου καὶ τοῦ ὄρους, ἀφ' οὗ Ἰαρδάνης ῥεῖ, λειμὼν δείκνυται καὶ τάφος ἐπιφανὴς καὶ Ἀχαιαὶ πέτραι ἀπότομοι κτλ. Eadem exstant in *klu*, Guar., editt. usque ad Corayum, qui confundendis veris falsisque novam effinxit scripturam hanc : Μεταξὺ δὲ τοῦ Ἀνίγρου καὶ τοῦ ὄρους, ἐξ οὗ ῥεῖ ὁ Ἰαρδάνης, λειμὼν δείκνυται. Καὶ ἠρίον ἐπιφανές, καὶ [αἱ] Ἀχαιαί· εἰσὶ δὲ πέτραι κτλ. » Kram.|| 42. Post θέσιν in *bku* et Guarin. adduntur : ὅτι ἐν ἀφανεῖ κεῖται. In *ls* post θέσιν pergitur : φησὶ γὰρ αὐτὴν ἐκ θαλάσσης μὴ ὁρᾶσθαι· καὶ πεδίον κτλ. || 43. Post θαλάττῃ *bku* et Ald. ita habent : τούτῳ δὲ κορυφὴ ὑψηλὴ ἐπιπροσθεῖ τὸ Σαμικόν· οὕτω γὰρ νῦν καλεῖται, ὅπου ἡ Σάμος ἦν, ὥστε ἐκ θαλάττης μὴ ὁρᾶσθαι, ἐνταῦθα δὲ πεδίον ἐστὶ Σαμικὸν ὀνομαζόμενον· ἐξ οὗ δὴ καὶ μᾶλλον τεκμαίροιτο ἄν τις (μάλιστα ἄν τις τεκμαίροιτο Ald.) πόλιν ὑπάρξαι ποτὲ Σάμον. || 44. ἐπίπροσθεν Coray.; περίπροσθεν *Acghino*. || 48. Ῥαδίνη Mein.; εἰς ἐjiciendum esse monuit Tzsch.; ποιῆσαι] τὸ ποίημα γεγραφέναι *bku*, Guar., Ald. || 49. Leg. λίγει'; λιγεῖα codd.; deinde Ἐρατώ, νόμους Mein.; ἐρατῶν ὕμνους codd.

P. 299, 1. τῷ corrosum in *A* neque sec. m. restitutum; lacuna in *gc*, ita tamen ut in *c* legatur σὺν δ' αὐτῷ; οὐ δ' αὐτῷ *hi*. || 2. « Syllabæ τὸν ἀδ cum membrana deletæ, neque sec. manu restitutæ sunt in *A* : inde τὸν om. *cg* spatio vacuo relicto; etiam in *h* spatium vacuum relictum, quod voce φησι explevit manus recentior, deinde habet τὸν ἀδελφόν : inde φησὶ τὸν ἀδελφὸν *i*, ὄντα ἀδελφὸν *bknou*, Guar., editt. » Kramer. || 6. Λεπρίου *Abcg hi*. || 7. τὸν Μεσσηνιακὸν Cor. || 19. « ἡδῶμ ... καὶ Νέδα om. *blsu*, ac pro illis verbo γράφειν subjiciuntur alia : ἀντὶ τοῦ Φειᾶς παρ' τείχεσι Χάας παρ' τείχεσιν in *ls*, ἀντὶ τοῦ Φειᾶς Χάας παρ' τείχεσιν in *bu*, sed in *b* versus Homerici in margine additi, deinde etiam reliqua inde a τῷ γὰρ τάφῳ ... Νέδα. Hæc in ordinem recepta sunt in *kgt*, præterea οὐ Κελάδοντι οὐδὲ Φειᾶς inter versus inserta sunt in *k*, in margine addita in *q* : inde οὐ Κελάδοντι οὐδὲ Φειᾶς ἀντὶ τοῦ Φειᾶς Χάας παρ' τείχεσι Ald. » Kram. || 19. Κελάδοντι] Ἀκίδωνι aut Ἀκίδοντι leg. esse patet; Ἀκίδωνα dedit Cor., quum sic infrà legatur ; Ἀκίδοντι, utpote ad tradita propius accedens, scripsit Meinekius. || 20. Post Ἀρκάδες margo *q* sec. m. addit ἐγχεσίμωροι. || 21. Χάας Casaub.; Φειᾶς codd. || 25. Κυπαρισσία Tzsch.; Κυπαρισῖνα *Ag*, Κυπαρισσίνα *bhkno*. Ceterum Cyparissiam hanc fortasse ab ea quam novimus in Messeniaca ora diversam esse putat Curtius *Pelop.* 2, p. 199. Mihi Strabo confundere videtur Triphyliam ad Nedam usque pertinentem cum Nestorea Triphylia quæ etiam Messeniæ partem complectebatur. || 31. Ante καθ' ὃ excidisse καὶ ἐκδίδωσι probabiliter censent Cor., Grosk., Kr. || Κυπαρισσεῦσι] Fort. leg. Κυπαρισσιεῦσι, quod dederunt Cor. et Mein. Cf. supra not. ad 296, 34.

Digitized by Google

42. Ἔρανα] Ἔρενα codd., em. Xyl.; Ἔραννα St. Byz. v. Κυπαρισσία, quod malim etiam in Strabone. || 43. Decem fere literæ in *A* deletæ; καὶ ἡ ἄκρα recte, ut videtur, supplet Grosk. In *Bkno* legitur : ἔστι δὲ καὶ Πλαταμ. || 45. ἑκατόν εἰσι στάδιοι] ἑκατὸν εἴκοσίν εἰσι στάδιοι *no* (?), στάδιοι εἴκοσι καὶ ἑκατὸν *k*, στάδιοι ἑκατὸν εἴκοσι *l* editt. ante Kr. || 45. καὶ νησίον] κενήριον codd.; em. Curtius.

P. 300, 1. συγκρούειν] συγκρίνειν editt. ante Kr. inde a Xyl. || 19. μὲν delendum videtur Meinekio. || 21. Μαργάλαι] Μαργάναι sec. Diodor. 15, 77, quod apud Strabonem quoque reponendum esse censet Wesselingius. Idem oppidum Μάργαια vocatur in nostris Steph. Byz. codd. || Ἀμφιδολίας] Ἀμφιπολίας *Abcghnio*, Ἀμφιπόλεως *k* Ald.; e Wesselingii (ad Diodor. 15, 77) conj. em. Tzsch. || 24. φυσικῶς abesse velit Mein. || 22. αὕτη ἡ] ἡ αὐτὴ codd.; em. Cor. || 34. πυμάτη] νεάτη ex Il. λ, 712 Cor. || 35. πρότερον] προτέραν *Acghino* || 36. ἦν [ἡ] Μακ. Cor. || 38. ὁμωνύμως] ὁμώνυμος *B;* ὁμώνυμος μέν, ὅμως δὲ νῦν aut ὁμωνύμως μὲν οὖν ἦν, ὅμως δὲ νῦν conj. Corayus; οὐχ ὁμώνυμος μὲν οὖν κτλ. conj. Kramerus; ὁμώνυμος μὲν οὔ, ὁμοίως δὲ νῦν dedit Meinekius. Quorum nihil satisfacit. Legendum censeo : Ἄλλη δ' ἐστὶν ἡ Μεσσηνιακὴ Κυπαρισσία, ὁμωνύμως μὲν οὔ, ὁμοίως δὲ [λεγομένη· τό γε vel τὸ δὲ] νῦν κἀκείνη (sc. ὁ Κυπαρισσήεις τῆς Μακιστίας ad cognominem fluvium sita) λέγεται Κυπαρισσία ἑνικῶς καὶ θηλυκῶς, ὁ δὲ ποταμὸς Κυπαρισσήεις. Ceterum hæc distinctio inter Cyparissiam Messeniacam et Cyparissiam in Macistia transnedana (quæ erat Messeniæ) sitam, ex eadem confusione fluxerit, de qua supra ad p. 299, 25 monui. || 46. Πτελεάσιμον] « Nomen hoc corruptum esse vidit Lobekius Pathol. p. 164, cui Πτελεατικόν vel Πτελεάσιον scribendum videtur, quorum alterum verum puto, nisi forte locus ab declivitate Πτελέα σιμόν appellatus fuit, ut Πτελέα sit genitivus a Πτελέας » Meinek. Vind. p. 111. In edit. Strab. Mein. dedit Πτελεάσιον. Conjicerem Πτελε[οῦ ἐ]λειμῶν, nisi δρυμῶδες vox obstare videretur. || 50. Ἠλείας] Ἐλείας em. Cor. || 52. Post πεδίον Groskurdius οἱ δὲ καὶ πόλιν, Meinekius οἱ δὲ πολείδιον supplent; Corayus vero πεδίον mutat in πόλιν.

P. 301, 2. Ὄλουριν] sic etiam Eustathius ad Il. β, 594; Ὄλουρον editt. ante Kr. inde a Xyl. || 19. ἐπὶ ξενίᾳ Eustath ad. Il. β, 591. || 21. τὴν suppl. editt. || 23. ὅρμον [ὁδόν] Cor. || 26. δύσετο] δύετο *Aghino* Mein. || 38. νώτου Cor.; νότου codd. || 43. εἰ γοῦν] εἴτ' οὖν *Acghino* Cor.; Ἠλιακὸν] Ἠλειακὸν *Bl* et similiter in sqq. || 46. ἐπιβαλεῖν. *Bkl*, editt. ante Kr.

P. 302, 3. πλέονος] πλείονος *Bkl*, || 5. παραπλ. *B;* περίπλους *A*, *B* sec. m., *cghinoqlu* Ald. Literæ πα in *A* erasæ. || 6. ἀδόξων [τόπων καὶ] ποταμῶν Cor., recte. || 15. ὅτι] ἔτι *Achino*. || 16. δὴ] δὲ mavult Kr. || 21. οἷόν τ' ἦν *kno*. || 30. γενομένης] γεγενημένης *no* Ald. || 32. γενομένης inclusit Cor. || 38. Μιννήιον] Μινύειον *l*, Μινύηον *hi*, Μινήιον *c*. || 52. ὑπὸ τοῦ] ὑφ' *Bkl*, editt. ante Kr.

P. 303, 1. ἐμελλον *no* (?) editt. ante Kr. || 12. ὑπῆρχε codd., ἐπῆρχε em. Cor. || 19. δὴ incl. Cor. || 22. Βουπράσιον *no*. || 25. χρεωκοποῦντες *Bkl*, editt. ante Kr. || 41. Νέδωνος] Μέδ. codd.; em. Casaub. || 45. καὶ πάνθ' *Bl* editt. ante Kr.; ἄλλας pro πάνθ' legendum suspicatur Kr.; πάνθ' ὑπ' ἐκ. ποιῶν [ἀλλότρια] Grosk.; asteriscum voci πάνθ' apposuit Mein.; vocem ποιῶν om. Pletho.

P. 304, 10. Χαρμίδου] sic Epit.; Χαρμίνου codd. || 11. ὡς] ὅτι *Acghino*. || 13. καθήμενον [μὲν] ποιησ. Cor. || || 18. Πάνειος] Πάνδειος *Acghil* et pr. m. *B;* Πάνδαιος *k*, Pleth., Mein. || 19. τε om. Cor. || 23. δὲ καὶ τοῦ Φ. *c*, Cor. || 24. μέλλει *Bchiklno* Ald. || 30-39. εἰρῆσθαι ... δείξας recte suspectavit Kr., ej. Mein. || 31. ὅτι om. Cor. || 34. ἔφη μὲν γάρ φησι *Acghi*, ἔφη γὰρ *Blk*, φησὶ γὰρ *no* Cor. || 35. σείσατο Epit. et sec. m. *A*, εἴσατο codd. || 36. ἐκείνῃ *Bkl* Ald.; ὅλης κινηθείσης *no* Cor. || 38. κομψῶς] κοσμίως Eustath. ad Il. α, 529. || 51. Πεισάτιδος *Ach*.

P. 305, 12. οὔτε] οὐδὲ Mein. || 23. μέγ' suppl. Cor. || 25. οὐ *Bl*, Eustath. ad Il, α, 698; οὖν *Acghino*. || 26. δὲ e Plethone additum. || 27. Πεισάται et lin. 30 Πεισάτιδος *Acgh*. || 37. μέχρι καὶ νῦν *Bcghiklmno* et sec. m. *A*. || 39. Λέπριον *cgh* et pr. m. *A*. || 40. κρατήσασι πολέμῳ] οὐ κοινωνήσασι τοῦ πολέμου Pletho, Cor., Grosk. Lepreatæ non solum bello contra Lacedæmonios abstinuerant, sed socii etiam se Lacedæmoniis adjunxerant. Pausanias 4, 15, 8 : Λακεδαιμονίοις δὲ ἦλθον συμμαχήσαντες Κορίνθιοι καὶ Λεπρεατῶν τινες κατ' ἔχθος τῶν Ἠλείων. Fort. igitur legendum est Λεπρεάταις συστρατεύσασιν [ἐν τῷ] πολέμῳ, vel tale quid. || 42. θ'] γ' Cor., Mein. Malim cum Casaub. delere καὶ quod est ante φόρους. || 44. πλεῖστον delendum esse censet Kr.; ej. Mein. || 50. διὰ ante τὸ ἱερὸν probabiliter addunt Cor. et Mein. || 53. πολλάκις νομίζουσι καὶ τάν. *n* editt. ante Kr.; legendum πολλὰ καινίζουσιν e conj. Casauboni, quam rec. Mein.; πολλὰ καινοτομοῦσιν conj. Grosk.; καινὰ νομίζουσιν conj. Kr.

P. 306, 2. Πεισάτιδος *Acgh*, et sic in sqq. || 4. ἐπὶ τὸ πολὺ *Bki* Ald., Cor. || ὁροῖν *Acghino* Mein. || 12. Βῖσσαν Epit.; Βῆσαν codd. || 13. Κικυσίου]] Κυκισίου mgo *B*, Κικινυσίου *c*, Κυκησίου editt. ante Kr. || 25. καλεῖται ... Βαρνίχιος] Suspectarunt Bœckhius et Kr.; ej. Mein. « Videtur, Kramerus ait, nomen illud ex slavico quodam formatum, quod fuerit, ut Cybulskius slavici sermonis peritissimus me docuit, aut *warnitza* (fluvius verticosus) aut *wranitza* (fl. niger, aut *branitza* (fl. defendens) aut *barnitza* (fl. paludosus). » || 28-32. Verba τὸν δ' ἐν ... ἐκ Φαρσάλου recte, ut videtur, ejecit Meinekius. || 30. Ἐνισία] sic etiam Eustathius ad Odyss. λ, 328, p. 1682, R; Ἐνιπέα habet Epit., atque sic vulgo et ipsi Straboni p. 370, 49. 371, 4 fluvium hunc vocari constat; nostro tamen loco de alia ejus nominis forma agi patet, quamquam eam non Ἐνισία sed Ἐλισία fuisse colligis ex Hesychio (Ἐλιπεύς· ὁ Ἐνιπεὺς ποταμός) et titulo Thessalico ap. Ussingum Inscr. gr. 2, 7 : ἐκ τοῦ Εὐρωποῦ ἐν τὸν Ἐλιπῆ, ἀπὸ τοῦ Ἐλιπέος ἐν τὸ νέμα.. Ceterum glossator dicere debebat : ὃν ἀπὸ τῆς Ὄθρυος ῥέοντα δέχεται ὁ Ἀπιδανός, etc., quod ipsum reponi voluit Groskurdius. || 36. Ἰωνιάδων] Γωνιάδων *A* m. sec., et hinc *bchhikno* Ald. || 37. Ἄρπινα] Ἔπινα *ABchiklno*, Αἴπινα *A* m. sec.; em. Tzsch. || 38. Φηραίαν] Ἡραίαν legendum esse bene monuit Tzsch. Ad corruptam lectionem Φαραίαν (Achaiæ urbem) pertinet glossa : ὑπέρκειται δὲ etc. || 41. Κικυσίαν *n*, Κυκίσιον *b*, Κυκήσιον editt. ante Kr. || 43. ἐξελείφθη Mein.; ἐξηλείφθη codd. || 48. διὰ δὴ τοῦτο *no*, διὰ τοῦτο δὲ *Bkl*. || 51. Ἐρύμανθον] Ἀμάρυνθον codd.; em. Palmer. (Exercitt. ad auct. gr. p. 308.)

P. 307, 1. τῶν] ἕνεκα τῶν conj. Kr. || 26. Ἀχαιοί] Ἐπειοὶ conj. Kr. Vulgatam tuetur Curtius in *Ztschft f. Allerth.* 1852, N. 1. || 35. Ὀλυμπιακὸν *Bghiklno*, editt. ante Kr. || 43. Φειδώνεια *Bchkno* editt. ante Kr. || 48. Ὀλυμπιακὸν *kno*, editt. ante Kr. || 52. ἀναγράψαι] ἀνασχέσθαι Pletho.

P. 308, 3. ἦν ἐκεῖνοι *no* ex conj., ut videtur; literæ ἦν ἐκεῖ in *A* una cum membrana deletæ; ταύτην γὰρ οὗτοι in *i* et sec. m. in *h*. || χιλίων ... διακοσίων] Numerus hic quum falsissimus sit, Curtius *Pelop.* 2, p. 93 putat Strabonem Elidis paraplum confudisse cum oræ longitudine quæ est usque ad Acritam, Messeniæ promontorium. Immo pro χιλ ... σ' legendum est χο' (670) qui numerus recte habet

Digitized by Google

et cum ceteris Strabonis mensuris convenit. Eodem errore p. 312, 1 pro χϛ' codex *m* habet χιλίων ἑξδομήκοντα. ‖ 31. Sex septemve literæ deletæ in *A*; Οἴτυλον supplendum esse recte monere videtur Kramerus, idque rec. Mein.; sec. man. in *A* supra τὸν δὲ scr. μὲν; inde τὸν μὲν καὶ, indicata lacuna, *hion*, et, missa lacuna, *bcgqtu*. ‖ 32. Inclusa, quæ in *A* perierunt, suppl. Kr. ‖ 35. καὶ ἡ Κυπαρισσία ej. Mein. et Curtius *Pelop.* t. 2, p. 199, n. 55. Exspectabas : μεθ' ἣν ἡ Κυπαρισσία καὶ τὸ Κορ., sed ita Strabonem scripsisse ob sequentia (lin. 43) non est probabile. Triphylia h. l. intelligenda videtur Nestorea illa quæ longe ultra Nedam fluvium pertinuit, adeo ut promontorium Triphyliæ et Messeniæ commune sit Ptolemæi Cyparissium prom. Itaque ad vocem ἄκρα quidam in margine notasse videtur ἡ Κυπαρισσία, quæ verba deinde, addito καὶ, in alienum locum transducta sunt. ‖ 36. Αἰγαλέον] Αἰγάλεων mavult Mein. in Vind. p. 112. ‖ 42. καὶ Στρατοκλ.] καὶ Σοφοκλέους e Palmerii conjectura Cor., coll. Thucyd. 4, 2; ἐπὶ Στρατοκλ. Wesseling. ad Diodor. 12, 60 et Mein. In *A* syllabæ τὸς καὶ Στρα deletæ, et m. sec. postea additæ sunt; fort. igitur pr. m. pro καὶ erat ἐπὶ. ‖ 44. Decem fere literarum lacuna in *A*; καὶ ἡ [Πρωτὴ νῆσος] conj. Kr. Dein προκειμένη Cor. et Mein. ‖ 48. αἱ delendum. ‖ 49. Κυπαρισσῶν *c*; leg. videtur Κυπαρισσιέων, monente Kramero, idque dedit Mein.

P. 309, 1. « Hoc fere loco in margine *n* adnotata sunt hæc : Τόδε ἐγὼ Κυριακὸς εἰς Μεσσηνιακὴν Πύλον ἐπίγραμμα εὗρον (sequitur titulus, qui est in Bœckhii Corp. Inscr. n. 1323). Καὶ νυνὶ δὲ ταύτην ἠλαττωμένην Πύλον πόλιν Βαίτυλον καλοῦσιν. » Kramer. ‖ 14. Κιναίθιον] Κιναίδιον' codd.; em. Xyl.; Καινήπολιν (voluit Καινόπολιν) conj. Falconer (cf. Procop. B. V. 1, p. 367, 10); Kramerus quoque Καίνην urbem, quam Ptolemæus dicit (3 15), codicis scripturæ subesse opinatur. Xylandri emendationem confirmat Dionysius Hal. Ant. Rom. 1, 50 : ἀπὸ δὲ Κυθήρων ποιουμένου τὸν πλοῦν οὐ πρόσω τῆς Πελοποννήσου τῶν ἑταίρων τινὰ τῶν Αἰνείου Κίναιθον ἐπὶ τῶν ἀκρωτηρίων ἑνὸς θάπτουσιν, ὃ νῦν Κιναίθιον καλεῖται. ‖ 16. Οἴτυλος] ὁ Πύλος codd.; ὁ Οἴτυλος Plethio. ‖ Βαίτυλος] Leg. vid. Βοίτυλος, ut Cor. in not. suspicatur, et sic Mein. scripsit; Βείτυλος, conj. Kramer, quum sic scribatur in titulo modo laudato (Βίτυλα ap. Ptol.; Βίτυλο hodie). ‖ 19. Γερηνίοις *Acghinok*. ‖ 24. Θαλάμους] Θαλάμας Cor., Mein., probabiliter, quum sic apud ceteros oppidum vocetur. ‖ 29. Leg. ἀγαγόμενος cum Cor. et Mein. ‖ 29-31. Verba καὶ ἐν Ποιαέσσῃ ... καὶ Τράγιον Strabonis non videri esse censet Meinekius. ‖ 29. Ποιηέσσῃ *Bkno*, ‖ 31. Ποιήεσσαν *bno*. ‖ 34. Πέλλανα Kramer., Πέλαννα *A*, Πέλανα *Bl*, editt. ante Kr. ‖ 37. ἰόντων] ἰόντι Eustathius ad Il. 7, 152 p. 743 27 R., editt. ante Kr. ‖ 39. Μεσσόλαν *ch*. (?), editt. ante Kr. inde a Casaubono. ‖ 42. Φηραῖς *BEl*, editt. ante Kr. ‖ 44. πόλις μία] πόλισμα Cor. ‖ 46. Ἀσίνην e Breq. conj. Corayus; Ἀσίνης codd. et Eustath. l. l.; τὴν μεταξὺ [Μεθώνης καὶ Κορώνης] Ἀσίνην Groskurdius. ‖ 48. ἧς [πλησίον] πρὸς Groskurd. ‖ 51. Φαραὶ *A* m. pr., Φηραία *A* m. sec. *BEcghil*.

P. 310, 4. Ἔρανα] « Malim Ἔραννα. » *Mein.* ‖ 5. Quinque fere literæ in *A* deletæ; καλεῖσθαι suppl. *h* man. sec. et ἐ, εἶναι *bno* Ald. ‖ 6. Φηρὰς editt. ante Kr.; deinde sex fere literæ in *A* deletæ, ἐν ἀριστερᾷ habent *bno*. ‖ 9. Μακαρίας] Καμαρίας *Bk*. ‖ 11. διακοσίους καὶ delenda, monente Palmerio l. l. p. 310. ‖ 15. ὃν om. *Bl*, editt. ante Kr. Ut recte oratio procedat, ὡς, quod est ante προείπομεν, cum Kr. et Mein. ejiciendum puto. ‖ 18. Decem fere literarum in *A* lacuna; χώρας habet margo in *A* agglutinata, nec non *chi*; ταύτης legitur in *bgknoqt*. ‖ 19 et 20. In *A* lacuna decem, deinde altera lacuna duodecim fere literarum; η, quod Kr. dedit post Ἠίον, pro κ potius habendum esse videtur. Supplerunt et correxerunt viri docti :.. αὐτῷ, [εἰς δὲ τὰς ἄλλας] βασιλείας πέμψαι [εἰς sec. man. addidit *n*] Πύλον καὶ Ἠίον κ[αὶ Μεσόλαν καὶ] Ἠαμεῖτιν. V. Stephan. v. Μεσόλα et Ἠάμεια, Müller. *Dor.* 1. p. 95. In *B* hæc leguntur : ὥστε τὴν Στενύκλαρον ἐν τῷ μέσῳ οὖσαν βασίλειον ἐκείνῳ γενέσθαι· ἐντεῦθεν δὲ Ἠαμιτιν (sic) πέμψαι πρεσβευτὴν εἰς Πύλον καὶ Ἠίον τοὺς Μεσσηνίους ἅπαντας ἰσονόμους τοῖς Δωριεῦσι ποιήσοντα· ἀναξιοπαθούντων δὲ τῶν Δωριέων, μεταγνοὺς μητρόπολιν τὴν Στενύκλαρον ἀπέδειξε καὶ τοὺς Δωριέας εἰς τοῦτο ἤγαγεν. In margine autem legitur : Γράφε· μὲν ἐν τῷ μέσῳ τῆς χώρας ταύτης κειμένην ἀποδεῖξαι βασίλειον αὐτῷ τῆς βασιλείας, et deinde : Ἄλλως· μεταγνόντα μόνην τὴν Στενύκλαρον νομίσαι πόλιν· εἰς τοῦτο δὲ τοὺς Δωριέας συναγαγεῖν πάντας. ‖ 29. Φάριος correct. in *n*, Φαληρεὺς codd. ‖ 30. Δημήτριον *Acghi*; παρακαλευόμενον *ABcghikl*; em. Xyl. ‖ 32. Post ἀμφοῖν Xyl. et sqq. editt. addiderunt κρατήσας; Meinekius ἀμφοῖν mutat in κρατῶν. Cf. Polyb. 7, 11 : οὕτω γὰρ ἑκατέρων τῶν κεράτων κρατῶν μόνος ἐν ὑποχείριον ἔχοις τὸν βοῦν. ‖ 36. Ῥωμαῖοι addidit Xyl. ‖ 53. Verba καὶ Ἠλείους quæ codd. exhibent, in *A* sec. m. scripta sunt in lacuna totidem fere literarum; prima manu scriptum potius fuisse καὶ Ἀρκάδας probabiliter suspicatur Kramerus; idque reposuit Meinekius; καὶ Ἠλείοις [καὶ Ἀρκάδας] καὶ Π. dedit Corayus.

P. 311, 3. Post vocem Λακεδαιμονίοις quædam excidisse patet; ἐλθὼν δὲ Ἐρινεοῦ e Casaub. conj. suppl. Cor. et Mein. ‖ 25. ἑκατόμβοια *A* m. pr. ‖ 28. Μεσσ. Κόλ.] Μεσηνιακὸς κόλπος ὁ τῆς νῦν Μάνης *glossa in marg. A* m. sec. et in *g*. ‖ 38. Ibi in marg. *A* m. sec. et in *g* legitur : τὸ τῶν μειλιγῶν (ἡμειλιγῶν *g*) ὄρος. ‖ 49. ἄκραν δίαρμά ἐστι τῆς Κυρηναίας πρὸς νότον codd.; ex Epit. em. Cor.

P. 312, 1. ἑξακόσιοι ἑξδ. *m*, confusis χ et χιλίων. ‖ 4. κατὰ] καὶ Cor., recte, ni fallor. ‖ 9. ἐγγύτατα *bno* Ald.; ἐγγυτάτην conj. Grosk. ‖ 10. « σταδίων πεντήκοντα, et σ pr. m. supra π add., *A*; διακοσίων em. *g*; σν' *b*, διακοσίων καὶ πεντήκοντα *k* (sed priores duæ voces expunctæ videntur) et editt. At Groskurdius de distantia inter Tænarum et Corycum h. l. agi recte statuens, numerumque διακοσίων a Strabone profectum non esse suspicatus (id quod confirmari videtur ipsa codicis *A* scriptura, ex qua reliquæ omnes manarunt), ἑπτακοσίων valde probabiliter conjecit coll. p. 475 ed. Cas. (p. 408, 21 Did.) » Kramer. Itaque ἑπτακοσίων pro διακ. scripsit Meinekius, haud recte. Verborum σταδίων Διακοσίων lenissima correctio offertur σταδίων [ἐν]νακοσίων. Porro quum a Creta ad Tænarum navigatio ducentis minimum stadiis longior sit quam ea quæ est ad Maleas : Strabo, quum hanc (quæ reapse est circiter 500 stadiorum) 700 stadiorum esse dicat p. 408, 21, illam jure suo dicere potuit stadiorum esse 950. ‖ 12. Ἀμαθοῦς] Reponendum videtur Ψαμαθοῦς; nam sic urbs apud cett. nominatur; Γύθειον m. sec. *A*., recte. ‖ 16. Ἀκραίων] Ἀκταίων *ABEcghino*, Ἀκριῶν Cor., ut supra. ‖ 17. διακοσίων καὶ τεσσαράκοντα σταδίων] « Syllabæ σαράκοντα στα in *A* perierunt, sed sec. m. restitutæ sunt, simul tamen γρ. τεσσάρων itidem sec. m. additum : etenim quum is qui codicem illum resarsit, h. l. non inveniret in exemplo suo quod poneret, dubius hæsit quomodo lacunam compleret : inde δ' est in *b*, τεσσάρων in *no* Ald. Sed τεσσαράκοντα magis convenit et magnitudini lacunæ quæ est in *A*, et locorum distantiæ. » Kramerus. At 240 stadia in antecedentibus Strabo usque ad Gythium pertinere dixerat; quo demum pacto eundem stadiorum numerum denuo usque ad Eurotam pertinere dixerit? Nostro loco oræ longitudo

Digitized by Google

quæ est a Gythio ad Eurotam notanda erat; quæ quum sit fere 74 stadiorum, dubium non est quin pro Cδ' (204) legendum sit οδ' (74). In codice *A* fuerit διαν. τεσσαράκοντα, sed recte alter horum numerorum ex alio codice in τεσσάρων correctus est. || 28. Μεσσόαν... Θόρναχα om. *BEit* Pletho; in margine tamen habet *i* usque ad vocem τὸν; eadem sic in ordinem verborum recepit *q*, spatio vacuo post τὸν relicto. || 29. ἀλλὰ add. Cor. || [Θόρνα]κα. Inclusa, quæ in *A* perierunt, suppleta e conj. Mein.; Θρᾶκα (grammaticum) suppl. Kr. || 34. ἥρως] ἵππους ex Il. τ, 392 editt. ante Kr. inde a Xyl. || 32-47. Verba παραδείγμασι.. Σιμμίας a Strabone aliena esse censet Mein. || 42. ἥλον... ἥλ] ἥλιον... ἥλι Epit. Cf. Apollon. Dysc. de pronom. p. 372, Eustb. ad Il. ε, 416 p. 566, 35 R, Il. ξ, 266, p. 984, 22. || 45. τὸ ἔριον add. Cor. || 50. Quattuor fere literarum lacuna; οὐ suppl. *A* man. sec. in marg. agglutinato; quod hinc habent *cghino;* αἱ suppl. Cor., Mein.; αἱ ἄλλαι conj. Kr.

P. 313, 3-6. Verba καὶ Σοφοκλῆς...θεούς ej. Mein. || 16. λαιμενωι να (α ex parte deletum)....λίμενον *A;* perierunt quindecim fere literæ; pro λίμενον scriptum εὐλίμενον in *bno.* Müllerus (*Dor.* 1, p. 49) conj.: Λαΐ μὲν ὁ[χυρώματι, Ἐπιδαύρῳ (vel Γυθείῳ) δὲ ἐμπορίῳ διὰ τὸ εὐ]λίμενον. Quæ lacunæ spatium longe excedunt. Kramerus, neglectis literis ωι, conj.: Λαΐ μὲν· να[υστάθμῳ διὰ τὸ εὐ]λίμενον, addens in ωι fort. latere ὡς. Nescio an in λαιμενωι conflata sit vera lectio Λαΐ μὲν cum corrupta ἀλιμένῳ. || 17. Αἴγυι] Αἴτυι codd.; em. O. Müller l. l. Inter πολε et γὰρ quindecim fere literæ in *A* absumptæ; super πολε sec. man. additæ literæ μι; unde πολεμι in *gi*, πολεμίους in *h*. Müllerus l. l. supplevit πολεμί[ους ἐπιτειχισμῷ· ταύτην] γὰρ; Kramerus: πολέ[μους· τοῖς πολεμίοις] γὰρ. Meinekius: πολέ[μους ὁρμητηρίῳ· καὶ] γὰρ. || 18. Φαραίᾳ, Groskurd.; Φερέα *bno*, Φεραίᾳ cett. codd.; Φάριδι conj. O Müller. Post δ quindecim fere literæ in *A* pessumdatæ. Müllerus l. l. conj.: δ' [εἰς συνόδους]; Kramerus: δ[ὲ φρουρίῳ, μάλιστα]; Meineke: δ' [ἀρχαίῳ, πλείστην]; Curtius *Pelop.* 2, p. 309: δὲ [ταμιείῳ πλείστην]. Ex quibus πλείστην in nostra edit. addi velim. Quamquam totam rem in meris opinationibus repositam esse patet. || 19. ἐκτὸς Mein.; ἐντὸς codd. Sequitur post τ literam in *A* quindecim fere literarum lacuna, in qua quid scriptum fuerit sciri nequit. [Βοιαῖς δ' ἐμπορίῳ] proposuit Curtius. || 21. ἀρχείων] ἀρχῶν Cor. || 22. Verba καλεῖσθαι δὲ Εἵλωτας, quæ hoc loco ferri nequeunt, post v. Ἕλος (lin. 25) ponenda esse probabiliter censet Kramerus. || 50. καὶ ej. Cor. || 52. καὶ inclus. Cor.; ej. Mein.

P. 314, 16. ἀρχὴ] ταραχὴ Cor. || 18. ἀπεστερημένου ταύτην πᾶσαν Cor. || 29 sqq. Inclusa in *A* una cum membrana perierunt. || 34. ἀποδίδοται] ἀποδέδοται bene Cor., Mein. || 35. Quum tredecim fere literæ exciderint, Meinekius supplendum proponit: ἐκπεσόν[τα διὰ φόνον τῆς] οἰκείας. || 37. ἐκβαλούσης malim cum Cor. et Mein. || 45. πολεμίοις *m*, ut vid., et correct. *n;* πολέμοις cett. codd. || 48. μυρίοισι νάμασι e conj. Cas. et Valckenarii (ad Eur. Phœn. 248) Tzsch.; μυρίοισιν ἅρμασι *A*, μυρίοις ἅρμασι *B*. || 49. ποίμναισιν e conj. Valckenarii Tzsch.; ποιμέσιν codd. Deinde εὐδοτάτην, codd.; em. Cor. || 53. γαίας Mein.; φαύλου Casaub.; φύλου *ABl*, φύλον *cg*, φῦλον *no*, οἶλου et supr. αλου *h*, ἥλου *i*.

P. 315, 2. μείζονα codd. || 8. ἐπιθαλαττίας *Bl;* fort. ἐπιθαλαττιδίας leg. esse putat Mein. || 11. πρόσω δὲ] Hæc sana esse non videntur; διὰν δὲ βάντι conj. Mein. || 12. κάθηται] καλεῖται Mein. || 13. ὁμορεῖ *no;* in *A* ὁμο literæ perierunt, uti σὸς literæ in lin. 14. || οὐδὲ in codd. omissum addidit Casaub. || 16. Inclusa exciderunt in *A;* διὰ μέσον *ρεῖ ghi*. || 17. Quinque vel sex literæ in *A* absumptæ; καλουμενην habent *bknoqt*. || 18. Sex fere literæ desunt in *A;* διαβάντι δὲ τὸν *i;* γὰρ pro δὲ dedit Kr. In *bknoqt* legitur διαβᾶσι δὲ τὸν. || 19. Ante ων sex fere literæ desunt; εἶτ' ἡ τῶν Φηρῶν ἐπαρχία ἅπασα etc. sec. m. in *oqt;* τῶν [Ἐπει]ῶν conj. Kr.; τῶν [Καυκώ]ων Curtius; τῶν [Λεπρεατ]ῶν Mein. || Μεσσαίων] *Messeniorum* Guarinus, Μεσσηνίων Grosk.; Μινυῶν Kr. et Curtius; Μακιστίων Mein. || 20. Desunt sex fere literæ in *A;* εἶθ' ἑξῆς ἡ Πισᾶτις *hi*. || 21. Lacuna expleta in *h*. || 27. ὁ καιέτας] καιάσας Ald. || 32. κορυφὴν τινα *Bl*. Ald. || 40. Inclusa interciderunt in *A*. || 42. κελὰ] δῶρα ex Odyss. φ, 13 Coray. || 44. ἐπενέγκῃ Cor.; ἐπήνεγκε codd. || 46. Ὀρσιλόχοιο *B* ex correct., uti nos legimus in Odyss.; Ὀρτιλ. habet etiam Eustath. ad Odyss. l. l. et Pausan. 4, 1, 3. 30, 2. || 47. τῆς Φήρης ej. Mein.; recte. Dein: ἡ μέρος ἦν τῆς Μεσσηνίας margo *n*, Cor. || 49. ξεῖνος Xyl., κοινῶς codd.

